
43
3 H
19

PARABOLARVM,

SIVE SIMILITVDINVM AC DISSIMILITVdinum Liber, ex diuersis Sanctissimorum Ecclesiæ Doctorum lucubrationibus accurata diligentia excerptus, atque adeò in Theologiæ sacræ studiosorum usum & gratiam, ita commodè digestus, ut obseruato per totum alphabetico ordine, Lectori, quacunque de re sermo instituatur, singula reperire facillimum expeditissimumque sit.

PER IOANNEM GASTIVM.

CVM EPISTOLA D. IOANNIS BRENTII.

Adiecimus quoque rerum ac uerborum toto in Opere memorabilium, locupletissimum INDICEM.



BASILEAE,
M. D. XL.

ER. CORNELII AD PIVM LECTOREM CARMEN.

ECCE tuum prodit, Lector, thesaurus in usum,
Quem tenuere prius scrinia clausa domi.
Conferat huic nemo uel quæ penitissima tellus,
De gremio profert fulua metalla suo.
Muneris autorem par est agnoscere tanti,
Ingrati ut fugias, Lector amice, notam.
Non ille argentum, gemmas, neq; postulat aurum,
Munere proq; suo munera nulla petit.
At petit, ut CHRISTO *hoc facias seruire talentum,*
Vt studeas domini quæstibus inde tui.
Atq; ita, quam debes, fuerit (sic iudicat ipse)
Gratia pro meritis ampla relata suis.
Sit tibi cum CHRISTO *genus hoc commune docendi,*
Sit tibi cum PAVLO, *cum reliquisq; pijs.*
Sermones Simile illustrat, confirmat, & ornat,
Persuadet rudibus, conciliatq; fidem.
Omnia quæ præstat bona, si numeranda uenirent,
Crede mihi, longum commemorare foret.
Ergo opus hoc passis amplectere protinus ulnis:
Sic tibi quàm dixi commoda plura ferat.



CLARISSIMO AC NOBILISSIMO BARONI, D. IOANNI IACOBO A MOERSPERG, D. *in Bienfort, & Dattenriet, &c. domino suo plurimum obseruando,* IOANNES GASTIVS S. D.



CVM tot sint excellentissimæ patrum cùm Græcorũ tum Latinorum, tam in nouum quàm in uetus Testamentum lucubrationes, quibus partim inextricabiles quæstionum nodos dissoluerunt, ne hæreses suppullularent, aut enatas iam, scripturarum argumẽtis tam ualidis, ceu quibusdam arietibus expugnarunt, ut tanquam fumus illæ euanescerent, neq; immeritò aranearum etiam telis hæreticorum somnia conferri tandem possent: partim exhortatorio genere, quum ecclesiæ concordia constaret, quod tamen raro accidit, ita excelluerunt, ita se ac studium suum miris modis approbarunt, ut in hoc omnes uelut conspirasse, ad hunc scopum omnes collimasse uideantur, ut uitia extirparent, uirtutes plantarent, ac rectam uitæ institutionẽ populo proponerent: More quidem planè prophetico, non à seipsis excogitata proponentes, aut suis tanquam simiæ partubus applaudentes, sed diuinitus relicta nobis sacrarum literarum oracula sectantes, quas à DEO nobis in hoc traditas nouerant, ut in hisce tanquam lucidissimo speculo, aut se ipsum homo agnosceret, contemplareturq; an ullum peccati næuum cõtraxisset, atq; ita demum rationem uitæ meliorem, æternæ felicitatis spe atq; fiducia adductus institueret: aut si nullum omnino resipiscentiæ genus admittere dignaretur, certo certius intelligeret, gehennæ se supplicium non euasurum. Istuc igitur summo studio quum expendissent sancti illi patres, ac totis in hoc ipsum uiribus incumberent, pro suo quisque modulo talentum sibi à Domino concreditum diuinæ isti usuræ impendens, hic simplici scripturarum tenore uti, alius similitudines adhibere, quò gratiam sermoni aspergeret aliquam, atq; ita facilius auditorum animos occuparet, maluit: ut scilicet nullum non lapidem mouerent, unde fructum aliquem redundare ad ecclesiam posse sperarent. Atq; ut de postremo aliquid dicere ab instituto nostro non abhorret, nulla ferme est docendi ratio rudibus populi animis erudiẽdis accommodatior, queúe maiorem apud eos applausum mereatur, quàm quæ similitudinis speciem habet. Nam & seruant eam facilius recenti memoria, ac domi recitare alijs quoq; non sine fructu solent. Et hinc CHRISTVM etiam multis

subinde parabolis esse usum constat, ut de prophetis & Paulo nihil dicam. Porrò autem ad multa quoque alia adhibetur similitudo, nempe ad ornatum, ad uoluptatem, ad persuadendum, ad euidentiam, ad grauitatem, & ab omni genere rerum asciscitur. In qua tamen seligenda cum singulari etiam diligentia ac iudicio sit opus, non piget Desiderij ERASMI sanctæ memoriæ uiri de eo uerba ex lib. 3. de ratione concionandi petita subijcere. Illud tantum, inquit, admonebo curãdum, ut similitudo quadret ad id cui adhibet̃, ne sit sordida aut obscœna: ne auersetur à rebus ignotis populo cui loquat̃, nisi natura rei sit tam insignis, ut hoc etiam ipsum discere sit operæpretium: ne dura & affectata, ne talis ut statim in diuersum torqueri possit. Hoc schemate scatet undique scriptura diuina, præcipuè sermones Euãgelici, quæ tamen ferè non sumunt̃, nisi à rebus uulgò notissimis. Inter ecclesiæ doctores nullus largius utitur hac figura, quàm IOANNES CHRYSOSTOMVS. Hactenus ERASMVS. Ex his igitur clarum est, quomodo & in quem usum seligendę parabolę. Hæ enim maiori ex parte non tam doctis, quàm simplici & rudi plebeculæ à prophetis & CHRISTO propositæ sunt. Præterea uerò, quanquã parabolæ & similitudines non semper solent per omnia ijs rebus exactè conuenire, quibus accõmodantur: is tamen honor uerbis CHRISTI & prophetarum habendus est, ut quæcunque possunt in ipsorum parabolis ad usum aliquem pietatis accommodari, diligenter excutiantur. Vnde nemini non facilè liquet singularis cuiusdam esse industriæ aptam parabolarum inuentionem, neque genus docendi ullum simplici ac rudi populo excogitari adhiberiúe accommodatius posse. Itaque ne quis fortè ullam hîc tergiuersandi ansam arriperet, ob difficultatẽ rei tam utilis tamque necessariæ, siue librorum inopiam, siue ingenij tenuitatem prætendens, collegimus nos ex orthodoxis patribus illam SIMILITVDINVM ac DISSIMILITVDINVM farraginem, quę ad omne argumentũ tractandum uberem quoque materiã suppeditaret, nullo ne uerbo quidem eorum quæ à sanctis uiris scripta essent, mutato. Quanquam enim pleraque aliter etiã disponi, multa uerò uel fusius dici, uel cõtractius potuissent, maluimus tamen pro nostra in sanctos illos ueterũ labores religione ac reuerẽtia, suũ ubique lectori iudiciũ relinquere, nõ ignorãtes interim quorundã morem, qui in ueterũ scriptis nihil nõ deflectere ad suum institutũ audent, uerùm de eo ipsi uiderint. Quod ad librum hunc à nobis congestum attinet, nõ deerit ipsi quoque laus sua & gratia apud æquũ lectorẽ: ut quod est in Prouerbio, Vino uendibili nõ sit opus suspensa hedera. Et quantũ tamẽ pertinet ad rem ipsam, abundè parabolarum usum ac rationẽ, doctissimi uiri IOANNIS Brentij epistola, quę mox subsequet̃, exponit. Cęterùm in eodem stadio decursum etiã antè ab alijs esse, nemo est arbitror qui nesciat. Nam & D. ALARDVM Amstelradamũ, & aliquos ex antiquis doctoribus diuulgasse SIMILITVDINVM libros satis cõstat. Itaque habeant etiã

illi

illi suã laudem. Nihil enim nõ conati esse uidenť, quò laborũ suorũ certũ aliquod emolumẽtũ pietatis amatores referrẽt. Quare illorũ quidẽ institutũ quis improbare meritò queat? quis laborẽ, ac de multis bene meren di studiũ, nõ ut par est amplectatur? Audemus tamẽ et nos (absit uerbo inuidia) id sanctè polliceri, hac nostra editione omnes quotquot hactenus argumentũ hoc tractandũ susceperũt, multis etiã parasangis excellere. Neq; enim ullum siue SIMILE siue DISSIMILE in sanctis illis patribus ab ecclesia receptis extat, quod nõ singulari cura (ne quid amplius dicamus) à nobis inde erutũ, ac in suũ unũquodq; ordinẽ hoc in libro relatum proponať, idq; nõ nisi ex emẽdatissimis, quæ habere licuit, exẽplaribus. Hoc tamẽ loco nõ ab re fuerit lectorẽ admonere, si quid fortè desideret, SIMILITVDINVM librum nos aliũ quoq; moliri, nẽpe ex Canonicis scripturis, rem à nullo hactenus tentatam, hoc est, ex ueteri & nouo testamẽto, qui cũ per se ipse iustã magnitudinẽ habiturus sit, farragini huic annecti cõmode in præsentia non potuit. Eum tamẽ, si dño uisum fuerit, breui dabimus, cũ luculentissimis patrũ sanctissimorũ interpretationib. Nuda siquidem sim lia ex scriptis seligere sine iudicio atq; ordine facilẽ quiuis fortè possit. Verũ expositiones ueterũ adiungere, id uerò non perinde erit facile: multis enim & uigilijs & studio neutiq; uulgari opus fuerit. Nam quis ignorat saltem parum in rebus theologicis uersatus, librũ Iob, Psalterium ac Prophetas reliquos, ut nouum Testamentum prætersream, similitudinibus undiq; scatere, easq; interdum paucissimis tantũ uerbis adduci, ut oscitãter in illis uersatis, similitudo sæpe nulla etiã, ubi tamen debebat uel maximè, appareat? Hoc itaq; tam sedulæ ac diuturnæ lectionis nostræ fœtus cũ aliquãdiu apud me deliberassem, cuinam potissimũm dedicarẽ (nempe quòd uiderem etiã ueteribus illum bonis uiris suos labores nuncupandi morem usurpatũ fuisse) tua mihi clarissime BARO ex multis alijs generosa ac nihil nõ magnũ promittens humanitas occurrit, cui hoc quicquid id esset studij nostri, adscriptũ uolui. Atq; eo nõ parũ etiã nos cõmouit D. Io. Sphyractes, uirtutũ tuarũ egregius preco, quòd minimè, ut pleriq; hodie nobiles ac principes, satis tibi ornatus maiorũ imaginib. ac stẽmatis uideare, quę tu pro uetusta gentis tuę nobilitate, tũ moribus ista dignis meritò pręfers, nisi & animũ longè preciosiore quodã quasi mundo ex honestissimis sacrarũ diuinarũq; literarũ thesauris cõgesto, instruas atq; exornes. Sed nolo hîc uirtutes tuas tãto aliorũ testimonio hactenus nobis approbatas enumerare. Satis laudum assecutus est, quę pietas erga eã, quã uelut ex uberibus primitiuæ ecclesię suximus, religionẽ apud omnes cõmendat. Alijs id negocij cõmitto, quibus uel dicendi scribendiue amplior uena uel ociũ, aut consilium quoq; isthęc melioribus alijs pręferẽdi suppetit. Dominus CHRISTVS hunc tuum nobis generosum animum ad nominis sui gloriam diu seruet incolumem. Basileæ, Calendis Septemb. M. D. XL.

IOANNES BRENTIVS IOANNI GASTIO FRATRI SVO IN CHRISTO amicißimo S. D.



NTELLEXI ornatißime Gasti, ex nuperis literis tuis, te ex probatissimis quibusque ecclesiasticis scriptoribus ὁμοιώσεις in unũ librum cõgeßisse, ut pij concionatores in promptu habeant, non solum quo orationem suam illustrent, uerumetiam cum quadam autoritate doceant. Quod studium tuum non possum non uehementer probare, & hortor te ut quamprimum potes, ecclesiam huius thesauri participem facias. Nam si doctißimi uiri hoc honoris Ethnicis scriptoribus habuerunt, ut non piguerit ipsos ὁμοιώσεις è scriptis eorũ seligere, ac tanquam è uirentibus pratis flores decerpere, inq; unum calathum coniectas, publicè utendas proponere: quanto magis sacri scriptores, qui nobis ueram salutis rationem literis suis explicare conati sunt, in eo apud nos honore esse debent, ut praeclara ipsorum dicta publicè omnibus conspicienda atque usurpanda commemoremus? Coram cano capite, inquit lex, assurge, & honora personam eius. At hoc uerè est canitiem uenerari, maiorum nostrorum honestè meminisse, & pijs eorum cogitationibus ad incitandum pietatis studium diligenter uti. Nam quantus sit usus, quanta utilitas parabolarum & similitudinum in explanando & illustrando quod doceas, etsi res ipsa conuincit, & doctißimorũ autorũ testimonio approbatur, nullum tamen extat testimoniũ, quod maius autoritatis pondus habeat, quàm CHRISTI domini nostri cœlestis doctoris, qui, si parabolae & similitudines non haberent peculiarem quandam ac potentem in docendo energiam, non his tam saepe, ac tam multum ad explicandam Euangelij sui maiestatem usus esset. Non addam iam, quantum adiuuent memoriam: sed hoc in ipsis uehementer admirabile est, quòd rebus, quibus aptè adhibentur, maximam afferant lucem, & auditorem, quamuis repugnantem, ad consentiendum inuitent. Paulus quum explicare uellet, quantum exitiũ afferat impia doctrina, quomodo potuit hoc, ut breuius, ita apertius ob oculos ponere, quàm similitudine Gangraenae? Quorum sermo, inquit, ut Gangraena, pastionem habet. Quum Basilius inter ecclesiasticos scriptores uerè Magnus, indicaret humanae rationis caecitatem in percipienda luce Euangelij, quomodo potuit hoc & iucundius & magis perspicuè docere, quàm similitudine à noctua ducta? Πῶς ἐοίκασι (inquit, libuit enim uerba eius adscribere) τοῖς ὄμμασι τῆς γλαυκὸς οἱ περὶ τὴν ματαίαν σοφίαν ἐσχολακότες; καὶ γὰρ ἐκείνης ἡ ὄψις, νυκτὸς μὲν ἔρρωται, ἡλίου δὲ λάμψαντος ἀμαυροῦται. καὶ τούτων ἡ διάνοια, ὀξυτάτη μὲν ἐστὶ πρὸς τὴν τῆς ματαιότητος θεωρίαν, πρὸς δὲ τὴν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς κατανόησιν ἐξαμαυροῦται. Quid potest manifestius exponere naturalem hominis industriam ad perspiciendas impietatum tenebras, hebetudinem autem eius ad cognoscendam ueritatis lucem? Et haec exempli tantum gratia recensui. Nam syluam ipsam similitudinum liber tuus copiose suppeditabit. Quare bonam operam nauasti, optime mi Gasti, quòd ex praecipuis ecclesiasticae doctrinae scriptoribus selectißimas quasq; similitudines in unum contuleris. Etsi enim quicquid id est studij non mediocri labore tuo constiterit, tamen hoc officium abunde tibi compensabitur, quod (ut ego quidem sentio) & gratum & utile erit ecclesiae CHRISTI. Vale, Halae Sueuorum,

Anno M. D. XL.

AVTORVM NOMINA EX QVI BVS HAE PARABOLAE BONA FIDE DESVMPTAE SVNT.

Abſalon.	Hieronymus.
Ambroſius.	Hilarius.
Arnobius.	Ioannes Damaſcenus.
Athanaſius.	Irenæus.
Auguſtinus.	Iſichius.
Beda.	Lactantius.
Baſilius.	Leo.
Bernardus.	Marcus Eremita.
Chryſoſtomus.	Maximus.
Clemens.	Olympiodorus.
Cyprianus.	Origenes.
Cyrillus.	Pamphylus martyr.
Didymus.	Paulinus.
Dionyſius.	Primaſius.
Eraſmus.	Rupertus.
Fulgentius.	Smaragdus.
Gerſon.	Tertullianus.
Gregor. Nazianzenus.	Theodoritus.
Gregorius Niſenus.	Theophylactus.
Gregorius Papa.	Tyrius Platonicus.

LECTORI S.

INDICIS subsequentis rationem, candide Lector, paucis hoc loco dare uisum est, ne temerè nobis susceptum laborem hunc inuerso isto ordine existimes: quem ea de causa obseruauimus, ut quum omnia prius alphabetica serie digesta sint, clarè singula tāquam ad oculum exposita cerneres, quæcunq; ex hoc Similitudinum & Dissimilitudinum libro ad institutum tuum accommodare uelles. Exemplo itaq; consilium nostrū, quo prodesse tibi studuimus, exponere etiā apertius placet: Ouis quidem uocabulum in litera O reperies, ad quam uerò sententiam ea parabola accommodata sit, non ita mox occurrit: neq; enim in promptu statim est, ad peccatorémne an CHRISTVM, uel aliam quamlibet rem adhiberi adaptariq; pulchrè possit. Aequi igitur boniq; facies laborem hunc nostrum Lector, nempe quo nihil aliud, quàm prodesse tibi pro uirili nostra parte studuimus. Vale.

EORVM QVAE TOTO HOC OPERE CONTINENTVR, LOCVPLETISSIMVS INDEX.

A.

Aron uestis quid significet. 317. B
Abecedarij pueri. 178. D
Abraham ex fide iustificatus. 43. A
Abraham uisionem Dei assecutus. 142. C
Abrahæ migratio. 210. D
Abrahæ uirtutes. 37. B. & 328. C
Abraham multa acerba tulisse. 63. B
Absolui qui non poterit. 161. A
Abstinentia grauia delicta purgari. 217. B
Abstinentiæ bono quomodo utendum. 135. B
Abundantia animæ. 57. A
Accessuros aliquem colligere mentem. 145. B
Acetum à uino degenerans. 2. C
Accipere dulcissimum. 260. C
Accipitris industria. 213. A
Accipitres in uolucres. 297. B
Actionibus bonis adnitendū. 33. B
Adam & Euæ sententia mortui. 166. C
Adæ unicum præceptum datum. 97. A
Adam gloriosum uestitum amisisse. 231. B
Adam quid è paradiso eiecerit. 3. B
Adhortationis forma. 203. A
Administrationes rectæ laus. 171. B
Admonitione particulatim quosdam non indigere. 149. B
in Adoptionem filiorum Deum nos uocare. 146. C
Adoratio Christi. 48. D
Aduersarium dominus humana uirtute prouocat. 3. A
Aduersarij Dei facilè tollēdi. 46. D
Aduersitates utiles. 86. D
Adulatorum sermonem diutius hærere. 320. D
Adulter spiritualis. 233. B
Adulterij genus. 131. B
Aedificatio Dei. 98. C
Aedificantium cura. 198. C
Aedificij spiritualis absolutio. 30. D
Aedituum diligentia. 9. A
Aegri desperati. 119. B
Aegrum animo semper sequi malum. 4. D
Aegyptiaca flagella sunt Philosophorum dogmata. 163. B
Aequanimitatis bonum. 1. B
Aër Solis radio perfunditur. 21. B
Aëra ictu non lædi. 119. B
Aera liquefieri fornace. 6. C
Aestas tranquillitatem rerum significat. 124. D
Aetas tenera flexilis. 21. B
Aetas bene disponenda. 241. A
Aetatis nostræ optimū primū. 16. C
Aetati omni pios esse gratos. 345. A
Aetatum uaria ratio. 138. D
Aeterna qui non credant. 320. D
Aeternauita finis nostri propositi. 321. A
Aethnæi ignis descriptio. 152. C
Affectionem humanam in sanctis trāsfundi in dei uoluntatē. 319. A
Affectiones esse discretas. 249. B
Affectiones pios accedere non audent. 218. D
Affectus uitiosus. 112. C
Affectum grati hominis qui non seruent. 56. C
Affectus multi in homine. 290. D
Affectus lactantes. 304. C
Affectus indomiti. 259. A
Affectus boni & mali. 233. B
Affectus nos ad terram detrahere. 250. C
Affectus uarij in homine. 65. B
Affectuum impugnatio. 126. D
Affectibus uacuus quid agit. 219. B
Afflictio una uirorum. 217. B
Afflictio piorum utilis. 195. A
Afflictionis utilitas. 165. A
Afflictiones clarum reddere pium. 26. C
Afflictiones propter Christum inuita patiutile. 187. A
Afflictiones non esse pares præsentis temporis. 2. D
Afflictionum initia unde. 147. A
Afflictionum uis. 3. A
Afflictos à deo contemni ab hominibus. 142. D
in Afflictionibus agnoscenda sunt peccata. 118. D
Ager bonus. 10. D
spiritualis. 10. C
Ager dominicus quomodo colendus. 240. D
Agrum purgamus, & animam desæcamus. 241. B
Agnitio filij Dei. 3. B
Agon fidelium. 7. B & 8. C
Agon spiritualis. 33. A
Agon cœlestium premiorum. 149. A
Agricola non sine fide surculum mcidit. 116. D
Agricolæ studium. 62. C. & 250. D. & 275. B
Agricolæ desideria. 30. D
Agricolæ boni imitandi. 292. C
Agricolæ studium erga arborem. 322. D
Agricolarum spes. 228. D & 229. A
Alacritatis uis. 150. D
Alacritatem animæ paucos quærere. 55. B
Alimentum spirituale. 74. C
Alimenta carnalia. 18. D
Allegoriæ candor quando tenendus. 149. B
Altaria quare Abraham construxerit. 142. C
Alexandrum Leonidis præceptoris sui uitia habuisse. 117. B
Amabile nihil præter uirtutē. 274 C
Amans uerè quid faciat. 256. D
Amantium impetus furor. 152. C
Amaritudines uitæ. 201. A
Amaritudines animæ mitificare. Amatores tabescere. 13. B (204. C
Amatores mūdi insensati. 212. D
Amatores Dei. 15. A
Amatores carnalium esse radices spinarum. 315. A
Amatoria ars quomodo naturæ admouenda. 231. B
Ambitionis malū. 35 B. & 148. D & 335. A
Ambulantes super finem. 313. B

Ambulantibus in uia iustitiæ multa obstare. 338. D
Amicitiæ appetentes omnes esse. 313. B
Amicitiæ infelices. 152. C
Amicitiæ uis. 15. B
Amicitiam non deserendam. 234. D
Amicus cæcus. 319. B
Amico quomodo inseruiēdū. 100. D
Amico falsam felicitatem optare. 94. C
Amici gratia. 77. A
Amicorū ingenia qualia deligenda. 258. D
Amicorum uisitatio semper suauis. 265. A
Amicos quidā reddunt uiles. 189. B
Ammon populus turbidus. 212. D
Amor contra naturam. 73. B
Amor cōciliandus probitate. 274. C
Amor ferarū concitatus. 232. C
Amor gloriæ. 18. D
Amor in hominibus quod in arboribus humor. 138. D
Amorem mundi & Dei simul habitare non posse. 235. B
Amor inter improbos. 151. B
Amor ex friuolis causis. 151. B
Amoris ignis. 153. B
Amoris Christi uis. 274. C
Amoris calorem omnem, fastū soluere. 150. D
Amorem iisdem rebus ali, quibus gignitur. 274. C
Amorem facilè recrudescere. 15. B
Amorem animæ non sentire in corde. 216. C
Amphoras semiplenas uino cito acescere. 140. D
Anathema ecclesiæ aliquem facere. 141. A
Angelus quid. 104. D
Angelo homo obesse non posse. 141. A
Angeli quibus mittantur. 210. D
Angelorū aduentus cū signis. 156. D
Angelorum exercitus quare nobis constitutus. 156. C
Angelorum sanctorū mos. 194. C
Angelorum præsentia ubiq;. 82. D
Angelos peccata fugare. 127. B
Angelos turpibus factis abigi. 20. D
Angelis nos undiq; custodiri. 218. D
Angelis nihil quicquā esse, nisi parendi necessitatem. 218. C
Animaduersiones potestatū magis terrere quàm nocere. 127. A
Animal in partes dissectū. 3. A & B
Animalia ministerio hominis utilia. 57. B
Animalia prudentiora ebriosis. 102. C
Animalia quomodo à Deo creata. 27. B
Animalia munda. 34. D
Animalium natura solivaga. 140. D
Anima morti obnoxia. 66. D
Anima quando se prauis actionibus tradat. 324. D
Anima quando Deo proximior. 233. B
Anima Christiana à sponso suo non recedit. 317. B
Anima quæ sermonem Dei nō accipiat. 161. A
Anima mollis & languida. 67. A
Anima iaculo cōcupiscentiæ saucia. 151. A
Anima una in corpore. 218. D
Anima imago spiritus. 155. A
Anima impiorum. 291. B
Anima certaminibus implicita. 18. C
Anima sine precibus. 70. C
Anima destituta solatio. 187. A
Anima secularibus curis occupata. 314. D
Anima ocio uiuens. 178. C
Anima conditionibus agitata. 350. C
Anima in silentio esse gaudet. 64. D
Anima Dei timore carens, equus ferociens. 18. D
Anima fœda per iniquitatem. 314. D
Anima lectionibus diuinis exercenda. 115. B
Animam quotidiano cibo indigere. 67. A
Anima precibus munita. 56. D
Anima secularis gratiæ non capax. 24. D
Anima tristitiæ morsibus deuorata. 338. C
Anima corpore opus habet. 36. D
Anima uita corporis. 72. C
Anima quando non subsistat. 68. C
Anima opus habet spirituali cibo. 72. C
Anima in omnibus membris diuisa. 72. D
Anima inexpugnabilis contra dæmonis insidias. 69. A
Anima quando sapientior fiat. 69. B
Anima in hoc corpore, tanquā in fidibus musicis. 213. A
Anima præstantiā mentis perdens, stulta redditur. 66. D
Anima obsita malis. 69. A
Anima frugalitati dedita, firmior. 51. B
Anima ægrota quomodo curanda. 60. C
Anima multitudine malorū operum obruta. 75. B
Anima à tentationibus libera. 279. B
Anima tentationibus salitur. 48. D
Anima aurigæ in morem se habet. 22. D
Anima quæ deploranda. 148. C
Anima in uerbo Dei se exercens. 115. A
Anima salua. 43. A
turbata. 59. A
beata. 67. B
cæca. 68. C
mortua. 70. C
peregrina. 92. D
arida. 215. B
Animæ medela quando tribuenda. 138. D
Animæ uita & mors. 67. A
Animæ ueritas fructus. 127. A
Animæ cibus sola iustitia. 152. C
Animæ peccantis similitudo. 141. B
Animæ salutem quomodo satan auferat. 141. B
Animæ utria medicina. 75. A
Animæ oblectamenta. 57. A
Animæ plurimorū quomodo curandæ. 196. D
Animæ an aberrent circa sepulchra mortuorum. 155. B. & 156. C
Animæ & corporis ratio. 174. D

Animæ nullam curam maior hominum pars habet. 40. C
Animæ morbus periculosus. 71. B
Animæ affectus erga Deum. 335. B
Animæ quæ non dignam fidem adferant. 329. A
Animæ habitudo bona. 242. C
Animæ morbus curandus. 70. D
Animæ uita Deus. 88. D
Animæ qualis cura habenda. 73. A
Animæ pernitiosum spirituales delicias fastidire. 74. C
Animæ turbatio. 157. A
Animæ in medio certamine corruentes. 222. D
Animæ quædam diutius se ruantur in hac uita, aliæ minus. 83. B
Animæ morbus quomodo curandus. 78. D
Animas ingratas gratiam abeũtem sentire. 235. A
Animæ Deus *uerbum quid.* 234. D
Animæ rationalis coniugium. 77. A
Animæ utilitatem paucos quærere. 296. D
Animæ pestifera mala. 50. C
Animæ curam negligere. 75. B
Animæ deformes in malitia existentes. 215. A
Animæ ratio non in sanguinis materia ponenda. 18. C
Animæ opus. 29. B
— *motio.* 67. A
Animæ nutrimentum. 54. D
Animæ febres. 63. C
— *dissolutio.* 73. B
— *medicamenta.* 74. C
— *conditio.* 74. D
— *impetus.* 79. B
— *ualetudo.* 200. C
— *tabula.* 262. C
Animam per cogitationes affectus habere. 66. C
Animam ægritudo peccati humilem facit. 70. C
Animam multis affectibus detentã, uirtuti mori. 341. C
Animam non esse partem corporis. 234. C
Animam uerbum Dei *continere, alere, & fouere.* 324. D
Animam efferre supra dignitatem. 238. C
Animam recreatione indigere. 65. B
Animam quid supinam faciat. 68. C
Animam propriam sæpe affectionẽ non sentire. 68. C
Animam, mundum habere cogitationes ipsas. 66. C
Animam fornicari. 215. B
Animam in aliquo nuncupatiuo loco terræ esse. 67. A
Animam frontem perfricare. 326. D
Animam cogitationes per corpus exequi. 29. B
Animam sine spiritu nihil intueri. 235. B
Animam carnem regere. 89. B
Animam nostram reddi pulchram. 293. B
Animam non semper tristitia respicere. 238. C
Animam separatam à corpore nihil sentire. 234. C
Animam corpori commiscere per uitia. 22. C
Animam non egere admonitrice lege. 106. D
Animam negligentia perire. 112. D
Animam in ipso peccati tempore cruciari. 48. C
Animam animæ commorari. 115. A
Animam subinde illustriora uitæ opera exercere. 142. C
Animam secularibus negocijs absolutam quiescere. 222. D
Animam occisionis suæ dolorem sentire. 338. C
in Anima causariæ partes. 95. B
in Anima consilij sedes. 83. A
ex Anima quæ reijcienda. 238. D
Animarum cura. 48. D
Animarum medicus qualis. 77. B & 193. B. & 196. C
Animarum medicina apud Christum. 200. C
Animarum uitia & supplicia figurari. 243. B
Animarum cibus uarius in scripturis. 172. D
Animarum maculas fletibus abluere. 217. B
Animas Deum *eligere.* 106. D
Animas infelices exulcerare. 141. B
Animas peccatorum participare aliqua beneficia. 349. B
Animas igne spiritus coalescere. 169. A
in Animabus differentiæ. 78. D
Animus torpens. 21. B
Animus hominis ut fons. 123. B
Animus splendescens. 309. B
Animus affectionum ui depulsus. 15. B
Animum placida uerba mitigare. 21. A
Animus hominis diuinus. 20. C
Animus longo morbo infectus qualis. 4. D
Animus uiri grauis constans. 144. C
Animus suppuratus & corrosus. 350. D
Animus angustus. 333. A
Animus in hoc domicilio quando quiescat. 31. A
Animus à mundo alienus ubi. 337. B. & 338. C
Animus incultus. 6. D
Animus nesciens sua sensa eloqui. 205. A
Animæ refrigerium Deus. 51. A
Animus hominis fidelis. 77. A
Animas induratas non cedere uerbo Dei. 77. A
Animus paria dijs uult. 78. D
Animus ueritatem intelligens quid agat. 219. B
Animus magnus & sacer. 310. C
Animus insolescere incipiens. 68. D
Animi subtilitas. 119. B
Animi ignorantia. 265. B
Animi princeps facultas quomodo confundatur. 176. C
Animi deiectionem perire in bonis. 295. A
Animi motus. 120. C
Animi sublimis quies. 227. B
Animi improbitas plebi inconditæ comparatur. 16. C
Animo per omne corpus fuga. 127. A

Animi morbus. 382. C
Animum gratum uirtute sui propositi capi. 35. A
Animum malum ueritate irritari. 175. A
Animũ corporis affectionibus commoueri. 125. B
Animum in uarias curas distrahi. 66. C
Animum quid probet. 18. D
Animum immoderatum felicitatem rumpere. 19. A
Animum naturaliter indulgere cogitationibus. 248. C
Animi perfecti. 342. D
Animi affecti ad litem proni. 146. D
Animi solidi. 119. B
Animorũ impetus quomodo frangendus. 7. B
Animos domare. 330. D
in Animis pusilla nõ sunt negligẽda. 89. C
Annæ exemplum. 213. B
Anomæorum opinio. 11. A
Antichristi panes. 138. C
Anxietates animi apud quos nascantur. 337. A
Apem duo habere in se. 244. C
Apum industria. 264. D
diligentia. 120. D
Apostolici doctores lux mundi. 181. A
Apostolorum conciones. 150. C
Apostolorum qualis curatio. 188. D
Appetitus spiritualis. 113. B
Aqua lachrymarum. 73. A
Aqua spiritualis. 123. A
Aquæ non omnibus salubres. 120. C
Aquæ impetus. 291. A
Aquæ meatus currentis claudere. 59. A
Aquæ natura. 57. A
Aquam haurientibus quid accidere soleat. 345. A
Aquã in uinum uertit dominus, hæretici uinum in aquã. 137. B
in Aqua leue superueniẽs cõcutitur. 69. A
Aquilæ uolatus. 128. C
Aranea arida. 24. C
Araneæ anima comparatur. 18. C
Araneæ tela. 127. B
Araneæ opus. 302. C
Aranearum telas texere. 24. D
Arbitrium liberum quale. 105. B. & 106. C
Arbor quedã contra ferrum certat. 26. C
Arbor rationabilis. 324. D
Arbores in syluis. 146. C
Arborum sapientißima. 215. B
Arcus dei. 28. C
Area domini. 148. D
Areas per trituram separare. 354. D
Argentum non habere quid. 22. D
Ariolis credere. 350. C
Aristotelis artes malæ. 163. B
Arma quibus hostes pellendi. 246. D
Arma regalia. 108. D
Arma contra aduersarium. 2. D
Armatura cœlestis. 286. D
Arrhabo spiritus. 65. A
Arrij doctrinæ scintilla. 294. D
Arrogãs ambitiose sordido amictu. 171. A
Arrogantium mos 34. C. & malum. 66. D
Arrogantiam quid generet. 161. A
Artifex cantandi. 71. B
Artis uniuscuiusque finis. 29. A
Artium liberalium turba. 259. A
Artium liberalium uis. 175. B
Aruum spirituale. 12. D
Asinis peiores qui. 31. B
Asparagus herba spinosa. 341. B
Aspectũ inuerecundũ Deũ coërcere. 131. A
Aspidis morsus. 256. C
Athleta fidelis. 354. C
Athleta pietatis. 8. C
Athleta Christi. 31. A
Athleta qui optimus. 207. A
Athletæ studium. 119. B
Athletarum mos. 220. D
Athletas incitationibus fortiores fieri. 213. B
Auaræ animæ descriptio. 162. D
Auaritia insatiabilis ebrietas. 241.
Auaritia quomodo curanda. 79. B
Auaritia diuitias attingit, fœtore corrumpit. 123. B
Auaritia cum hydropisi confertur. 148. C
Auaritiæ radix euellenda. 214. D
Auaritiæ sitis. 42. C
Auaritiæ tyrannis. 101. B
Auaritiæ malum. 126. C & 278. C
Auaritiam imitari infernũ. 160. D & 161. A
Auarus qui propriè. 139. B
Auarus fur & latro. 279. B
Auari mores. 162. B
Auari pectus templum Mammon. 76. B
Auari mens in tenebris. 256. B
Auarum accipiendo non satiari. 102. C
Auarorum indomita insania. 241. A
Audaciam humanam omnia conari. 137. B
Auditores uerbi quid laudare debeant. 340. D
Auditorũ uerbi Dei cura. 13. A
Auditorũ diligentia quæritur. 320. C
Auditorum uerbi Dei alacritas. 139. B
Auditorum crassorum officium. 227. A
Aues ad inanis fundæ sonitum territare. 185. B
Auium amor rapidus. 232. C
Auium pulli. 269. B
Auium uolatus. 339. A
Aurifex Deus. 38. C
Auriga ne equũ affluenti præsepio saginet. 53. B
Aurigæ frena non laxant, nisi in præcipitia duci uelint. 106. D
Aurum iusti. 38. C

B

BAbel nomen. 46. D
Babel turrim ædificãtes bonitatem Dei sensisse. 194. B
Balnea quosdam construere. 241. B

Bapti-

Baptisandi officium multis concessum. 316. C
Baptisma infantium. 1. A
Baptisma pro luteis aureos facere. 284. D
Baptismatis donum nihil prodesse si cætera desint. 274. D
Baptismatis Sacramento iustißimus operarius adhibeatur. 88. D
Baptismatis uis æqualis. 91. A
post Baptisma corpus per abstinentiam macerare. 246. D
à Baptismate ascendens. 215. A
in Baptismate diabolum expelli. 80. D
in Baptismate renatos herbis uirentibus comparari. 139. A
Baptismus ignis. 115. A
Baptismi circuncisio. 165. B
Baptismi gratia. 336. D
Baptismi ratio. 21. B
Baptismi tempus quodlibet accommodum. 68. C
Baptismi uaria uirtus. 235. A
Baptismi usus. 51. A
Baptismo peccato circuncidimur. 54. D
Baptismum non coinquinari. 311. B
Baptismum posse esse extra ecclesiam. 247. B
Baptistæ concio. 15. A
Baptistam prædicasse pœnitentiã. 19. A
Barbarorum incursus. 83. A
Barbarorum mos. 330. C
Basilij acumen. 40. C
Basilij studium erga ecclesiam. 41. A
Basilisci natura. 220. D
Bœotorum mos cum nouæ sponsa. 341. B
Beati Dei claritate perfunduntur. 22. C
Beatitudinem quosdam nolle. 116. D
Beatitudinis contemplatio. 347. B
Bellandi cupiditas. 41. B
Bellator egregius. 134. D
Bellatorum mos. 167. B
Bellum graue inter fratres. 75. B
Benefacit Deus, deinde præcipit leuia. 143. B
Beneficium accipiens, gratum se ostendit. 143. B
Beneficium Christum fidentibus contulisse. 194. D
Beneficium dare, uiri officium esse. 218. C
Beneficium dare uolens, sed non potens. 256. D
Beneficij bonum. 4. D
Beneficio multi obnoxij reddendi. 184. C
Beneficia amabilia. 207. B
Beneficia Dei perpetuò summo fastidio habita. 248. C
Beneficia Dei innumerabilia. 120. D
Beneficia Dei lignis & lapidibus ne demus. 191. B
Beneficia homines iudicare esse malefacta. 293. A
Beneficia ingratis etiam conferenda. 41. A
Beneficiorum fructus sequi. 131. C
Beneficiorum ratio. 218. D
Beneuolentia ob hostes non intermittenda. 160. D
Bestiæ frigore pressæ. 50. C
Bestiæ quæ in homine. 250. C
Bestijs crudeliores inuidi. 128. C
Blasphemare substantiam beatam. 170. C
Blasphemiæ in Deum. 42. D
Blasphemorum consortium. 58. D
Bonus homo nemini nocet. 141. A
Boni sui gloriam quenquam accipere secundum mensuram. 161. A
Bonum languidum & imperfectum. 281. B
Bonum omne gratiæ adscribendũ. 231. A
Bonum tenuis notæ. 181. A
Boni quotidie aliquid agendum. 207. B
Boni summi desideratio. 108. C
Bonum alicuius rei gratia exercere. 178. C
Bonum animæ bona solum uidet. 234. D
Bonũ esse propter homines. 146. C
Bonum hominis non esse in homine. 219. B
Bonum non facimus sine adiutorio Dei. 141. A
Bonum opus intentionem facere. 42. D
Bona aliena rapere. 61. A
Bona nostra. 84. C
Bona nostra occultata solidari. 27. B
Bona quare reprobis dentur. 119. A
Bona quæ portamus abscondenda. 146. D
Bona si non bene tractantur, boni gratiam amittere. 204. C
Bona spiritualia. 122. C
Bonorum abundantiam quare dominus reprobis concedat. 195. A
Bonorum familiaritas. 186. C
Bonorum operum laudatores. 81. C
Bonis futuris fides adhibenda. 271. B
Bonos laudare. 269. B
Bonitatis Dei uaria operatio. 311. B
Bonitatem Dei qui deprehendant. 204. C
Boui hæreticos comparari. 138. C
Bulbis gloria inanis comparatur. 132. d

C

CAcodæmone utitur dominus. 86. D
Cadunt sæpe pij. 8. C
Cæcitatis humanæ illuminatio. 13. B
Cæcus qui fide caret. 308. D
Cæcos in meridie lumen non accipere. 171. A
Cœlestium rerum quosdam nullam curam habere. 277. A
Cœlum & elementa consideranda. 187. B
Cœlum proponi in præmio. 228. C
Cœlum nobis uelamen. 334. D
Cæpis gloria inanis similis. 132. C
Cain homicida. 90. D
Calamitates supremas omne solatium depellere. 214. D
Calamitates narrare sæpe prodest. 26. D

Calamitates uitæ æquo animo ferendæ. 228. C
Calamitates uarias homines uexare. 230. C
Calamitosos sibi ipsis nocere. 255. B
Calceamentorum usus. 254. D
Caligo corporalis quare inter nos & Deum interstet. 5. B
Calumniã pretextu laudis celare. 171. A
Campum purgare, in quem fons luti influit. 326. D
Canalis interruptus. 22. C
Cancrum paulatim serpere. 138. C
Canceris morbi curatio. 193. A
Canis femori sagitta infixa. 289. B
Canis impudens est ira. 163. B
Canem mordere præ fame. 297. A
Canes pastores. 45. A
Canes uenatrices. 34. D
Cantilenæ obscœnæ. 110. D
Cantionem humanis cupiditatibus dissonantẽ, deũ non ferre. 142. D
Cantus fornicatorij stercus. 314. C
Captarum sollicita possessio. 188. C
Carcer teter. 39. B
Carceris & theatri comparatio. 65. B
in Carcere existentes uisis amicis gaudere. 109. A
Carceres gehennæ. 47. B
Carminum uis. 316. D
Carnalis homo. 45. A
Carnales parietes propinquitatis. 314. C
Carnalia cõmissa quomodo amputanda. 78. D
Carnalia quomodo deponenda. 133. B
Carnifici pœna intentatur à tyranno. 113. A
Carnifices quare alantur. 86. C
Caro quæ spiritualis efficiatur. 114. D
Caro tunica corruptibilis. 337. B
Caro inebriata abundantiori potu. 265. B
Caro non praua. 270. C
Caro Christi an sit adorabilis. 285. B
Caro diabolo locata. 117. B
Caro ieiunijs & precibus macerranda. 209. B
Caro post resurrectionem passibilis. 111. B
Caro non inuentrix malitiæ. 74. D
Carnis sarcina. 70. D
Carnis natura corrupta quomodo reparanda. 21. B
Carnis uelamen exuere. 262. D
Carnis humanæ susceptio ad solum Christum pertinet. 55. B
Carnis amatores. 15. A
Carnis restitutio. 84. D
Carnem animæ hospitiũ præbere. 288. D
Carnẽ et sanguinẽ domini recipiens cum ipso coniungitur. 50. C
Carnes à luto nihil differre. 333. A
Carnes diuino timori affigendas. 25. A
Carpentarij animus. 30. D
Castigare Christum suos. 156. D
Castitas mortua. 141. A
Castitas ficta. 212. C
Castitas quædam diaboli. 107. A
Catechumenus quando peior fiat. 21. A
Catechumenus ad certamen se paret. 32. D
Catena admiranda. 169. B
Caupones pessimi heretici. 137. B
Censura rei à quibus fieri oporteat. 260. D
Ceræ non sit similis mens. 205. B
Ceram sculpturam impressam accipere. 318. C
Ceræ imagines. 13. B
Ceremoniarum claustris qui cohercendi. 160. D
Certamen uirtutis. 64. C
Certaminis nostri Deum adiutorẽ. 228. C
Certamina pietatis. 50. D
Certantes professione uitæ. 51. A
Cerua confixa iaculo. 151. A
Certare in Dei conspectu. 327. A
Chaldæorum equites. 23. B
Charismatum semina. 131. A
Charitas quomodo ordinanda. 5. A
Charitas de filijs non ascendit ad parentes. 139. A
Charitatis diadema. 338. C
Charitatis diuinæ uis. 325. B
Charitatis officium. 53. A
Charitatem omnia continere. 98. C
Charitatis ordo sit in ecclesia. 103. A
in Charitatis perfectione omnia pendere. 216. D
Charitatis uis. 20. C
Charitatem ædificare. 341. B
Charitatem esse citharam. 54. D
Charitatem perfectam excludere timorem. 209. A
Cherubim custodire paradisum. 61. A
Christus agit nobiscum ut parens cũ puero. 159. B
Christus Deũ & hominem se ostendit. 140. C
Christus è sinu patris nũquam abscessit. 120. D
Christus fons sapientiæ. 154. D
Christus in sacramento altaris deuotionem augebit. 138. C
Christus incarnatus in consummatione seculi. 202. D
Christus iudici pro tribunali sedenti comparatur. 166. D
Christus medium se ingessit. 166. D
Christus panis cœlestis. 134. C
Christus propter nos glorificatus. 58. D
Christus quando discipulos suos miserit ad prædicandum. 210. B
Christus quo argumento declaraturus sit maiestatem suam. 150. D
Christus solus sine delicto. 185. A
Christus tanquã in uase in Iudeorũ mentibus ante suum aduentum. 333. C
Christi dicta & facta quomodo accipienda. 212. C
Christi dolor in passione. 215. A
Christi exinanitio. 318. B
Christi humanitas. 351. B
Christi in terram aduentus qualis. 265. A
Christi nomen bene olens. 351. A
Christo homines dæmonio agitati oblati

oblati sunt. 166. D
Christum accepto baptismo, contra diabolum pugnasse. 100. D
Christum contrarijs esse usum in sanando. 188. D
Christum diuersitatem propositi uniuscuiusq; animæ indicasse. 12. C
Christũ fecem peccatorũ deseruisse. 23. B
Christum in morte non occubuisse. 339. B
Christum latronem secum in suum regnum duxisse. 156. D
Christum mortis imperium habere. 136. C
Christum omnia propter nos suscepisse. 336. D
Christum omnia propter nos fecisse. 203. B
Christum orbi uniuerso illuxisse. 307. A
Christum pati in corpore ecclesiæ. 17. B
Christum peccata nostra suscepisse. 3. A
Christum suam naturam non amittere. 311. B
Christum suis adesse. 24. C
Christum unicuiq; suum incrementum dare. 316. C
in Christo quatuor fontes. 247. B
Christianæ fidei sectatoribus quid opus. 332. C
Christianus malus ad blasphemiam est Christi. 118. C
Christianus non pro inimico habendus. 66. D
Christianus similis quadrati lapidis. 27. B
Christianus solus proficiet uetustate. 81. A
Christiani quidam latronibus peiores. 171. A
Christiani certamen. 8. D
Christiani mansueti descriptio. 51. B
Christiani quomodo Christianis cohæreant. 3. B
Christiani redempti quid agere debeant. 99. A
Christianorum opera qualia. 31. B
Christianus quæ loqui & facere debeat. 63. A
Christianos semper armatos esse decet. 40. C
Christianismum quæ honoratiorem reddidere. 272. C
Christianitatem nemo lædere potest. 170. C
Chordæ cordis. 55. A
Chordæ in cithara. 290. D
Chordarum harmonia consonans. 91. B
Choreas agentes in foro. 141. A
Chrysippi syllogismi. 163. B
Cibus dentibus masticandus. 242. D
Cibus naturæ rationabilis. 87. B
Cibus qui corpori inutilis. 244. D
Cibus sacer in Christi effigiem traducit. 151. A
Cibus spiritualis. 53. B
Cibus spiritualis frangendus ut nux. 54. C
Cibus spiritualis quosdam perdit. 64. D
Cibi uentris. 73. A
Cibi utiles & inutiles. 337. A
Cibum esse scripturam. 295. B
Ciborum multorum nocumentum. 223. A
Ciborum spiritualium refocillatione animam indigere. 66. D
Ciborum uarius usus. 87. B
per Cicutam transpicere. 205. B
Circuncisio quare data. 343. B
in Cubæra fides. 327. A
Citharœdus Diuini uerbi. 142. D
Ciuitas Dei. 253. B
Clemens qui. 18. D
Clamantem quare Deus nonnunquam non exaudiat. 5. A
Clementia Dei. 195. B
Clementiam etiam innocentes colere. 192. D
Coërcionis modus. 253. B
Cogitatio Dei profunda. 125. D
Cogitatio interna mentis. 352. C
Cogitatio peccata uersans. 155. A
Cogitatio quando circa inutilia uersetur. 233. B
Cogitatio rerum diuinarum. 59. A
Cogitationis uis. 354. C
Cogitationem turpem in corde pij locum non habere. 151. A
Cogitatione aliquid contemplari. 206. C
Cogitationes alienas in animum introducere. 237. B
Cogitationes exuto corpore manere. 29. B
Cogitationes fœdæ bestijs ferociores. 83. A
Cogitationes interioris hominis. 54. C
Cogitationes uariæ in animo. 325. A
Cogitationes uariæ in homine. 55. B
Cogitationum uulnera. 29. A
Cognitio Dei necessaria, ut uiuum sit corpus. 74. C
Cognitio quando bona. 199. A
Cognitionis domini uis. 182. C
Cognitionem Dei iniuria afficere. 328. D
Cognitionem inuisibilium rerum mentem ad se pertrahere. 273. B
Cognitionem Dei sanam mentem ad se trahere. 312. C
Cognoscere Deum secundum naturam. 145. B
in Coitu deprehendi Elephantum indignè ferre. 189. A
Collyria cordis. 175. B
Coloni ratio. 155. B
Columbas fœtor expellit. 127. B
Columbas fœtore abigi. 20. D
Comitialis morbus. 321. B
ad Communionem qui uenire debeant. 266. D
Complorandi qui. 45. B
Compunctionis fumus. 158. D
ex Concionibus sacris quid reportandum. 268. D
Concionator agricolam imitetur. 8. D
Concionator eodem die seminat & metit. 9. B
Concionator hæreses ab ecclesia eliminet. 59. B
Concionator mercede non carebit. 9. B
Concionator similis gallo. 129. A
Concionatoris alacritas. 195. A
Concionatoris gaudium. 62. C

Concio-

Concionatoris instructio 79. A
Cõcionatoris labor & studiũ 10. D
Concionatoris premium. 6. D
Concionatoris ueri gaudiũ. 139. B
Cõcionatores defendere Dei professionem. 156. C
Concionatores esse operarios. 11. B
Cõcionatores matres imitari. 160. C
Concionatores prius se in sanctis cogitationibus exercere. 129. A
Concionatores quales eligendi. 174. C
Concionatorũ affectus erga auditores. 201. B
Concionatorũ affectus erga populum. 190. D
Concionatorũ cura erga uulneratos per uerbum dei. 210. D
Concionatorum sedulitas. 159. B
Concionatorũ studium. 12. D
& 13. A
Concionatorum stupor quomodo emendetur. 34. D
Concordiæ uis in ciuitate. 117. A
Concubitus ad salutem humani generis utilis. 167. A
Concubitus incæstos nullã satietatẽ nosse. 230. D
Concupiscentia quare data. 153. B
Concupiscentiæ flamma. 153. A
Concupiscentiæ ignis. 150. D
Concupiscentiæ in profundum incidere. 553. A
Concupiscentiæ malum. 47. A
Concupiscentiæ pœnã maiorem reddere. 306. C
Concupiscentiæ repellendæ. 180. C
Concupiscentiã ceu latronem obrepere. 272. C
Concupiscentiam uitiosam manere. 41. B
Concupiscentiarũ fœdarũ antidotum. 60. C
Concupiscentijs deditus. 306. C
Cõcupiscentias animæ quid ociosas faciat. 308. C
Cõcupiscentias uerbum dei tollere. 131. A
Conditio humana quando discat suã fragilitatem. 254. D
Confeßio cõscientiæ mundat. 165. B
Confusio ob peccata qualis esse debeat. 56. C.
Coniugum rixa unde. 151. B
Coniugiũ fons felicitatis. 9. A
Cõiugium sit Virginitati similimũ. 339. B
Coniugij asperitas leniẽda. 341. B
Coniugij dißidiũ quomodo sopiendum. 189. A
in Coniugio quid cogitandũ. 220. D
Coniugia Christiana internã nobilitatem conciliare. 273. B
Connubiũ sit undiq; felix. 289. A
Cõsciẽtia sui ipsius accusatrix. 75. B
Conscientiæ malum. 143. B
Conscientiæ bonæ salarium. 211. A
Conscientiã rodit temporaliũ decursus. 258. C
sine Conscientia bona Deo nõ placemus. 265. A
Cõscientias ponere in alienis labijs. 319. B.
Considerandũ quodq; in suo genere. 171. B
Cõsilia quorũ nõ reijcienda. 504. C
Consolatio afflicti animi. 101. A
Conspicilla res maiores ostendunt quam sunt. 231. D
Consuetudo fatuorum. 111. B
Consuetudinis malum. 112. D
Consuetudinis prauæ incõmodum. 258. D
de Cõsummatione seculi seruos Dei libenter requirere. 338. D
Contentionis malum. 61. A
Continentiæ bonum. 135. B
Contractum esse corã Deo. 216. D
Contumelia Christũ afficere. 15. A
Contumeliæ ferendæ. 253. A
Contumeliosi. 336. C
Conuersatio dura. 48. C
Conuersatio nostra in cœlis. 144. D
Conuitiari præter naturam. 158. C
Cõuitiator cane immundior. 158. C
Cõuitijs Deũ petere stultitia. 141. A
Conuiuium regni cœlestis. 56. D
de Conuiuio spirituali manducare. 243. A
Conuiuia libertatis habere priuilegia. 62. D
Cor contritum. 140. D
Cor diuinis eloquijs percipiendis aptum. 50. C
Cor escas doctrinæ cœlestis accipere. 242. D
Cor hominis rectum. 60. C
Cor hominis uerbo seminari. 6. D
Cor in uerbo domini stabiliendum. 175. B
Cor nostrum ager Christi. 59. B
Cor obliquum. 175. A
Cor quale artifici spiritui exhibendum. 140. D
Cor sapientiæ locus. 322. C
Cordiũ tardorũ illuminatio. 198. D
Cordibus obtortis diuinã laudem nõ conuenire. 254. C
Cornelij sanctificatio. 1. A
Corona pro uirtute. 9. A
Coronæ & laudum partẽ aliquã habent collaudatores. 32. D
Corpus ante animã formatũ. 57. B
Corpus carnaliũ operum uas. 335. A
Corpus Christi immunda conscientia accipere. 274. D
Corpus Christi & sanguis. 157. B
Corpus computrescens. 59. A
Corpus cõtineri ab animo. 226. C
Corpus diuinum non ex homine sumi. 49. B
Corpus ecclesiæ diuersos habere ordines. 139. B
Corpus esse lutum. 332. D
Corpus formosum. 105. A
Corpus habere naturales motus. 105. B
Corpus in baptismate sepultũ. 66. D
Corpus indiget sensibus. 27. A
Corpus mortis. 59. B
Corpus mysticum. 74. D
Corpus relictum ab anima defluere. 218. C
Corpus & sanguis Christi. 336. C
Corpus spirituale. 69. B
Corpus superfluitates naturales emittere. 223. B
Corpus unum omnes in Christo. 242. B
Corporis humani membrum præcisum. 316. C
Corporis nauigium. 221. C
Corporis officium. 29. B
Corporis ratio. 36. D
Corporis rationẽ pius non habet. 39. B
Corporis senilis imbecillitas. 216. D
Corporis ualetudo. 38. B
Corpori frenum imponendũ. 107. A
Corpore circũdatum proximũ esse malis corporis. 221. A
Corpora contumelijs maculare. 323. B
Corpora quomodo frenanda. 106. B
Corpora superiora nullam pollutionem

nem habere. 249. A
Corpora uirginũ contrectare. 205. B
Corporum nostrorum dignitas. 337. A
Corporum cura. 48. D
in Corporibus inflatio. 103. B
ad Correctionem mansuetudo adhibenda. 191. A
Corripere plus esse quàm orare. 327. A
Corripere Deum uarijs modis. 86. C
Correptio omnis amara. 232. C
Correptio ex scripturis utilis. 278 C
Correptio aliorum ad quid utilis. 98. C
Corruptionem ab incorruptione aboleri. 49. B
Correptionibus quomodo utendum. 192. D
Corripiens magna consuetudine utatur. 186. D
Coruorum pullos inuocare Deum. 273. A
Crapulæ malum. 18. C
Crapulæ dedito periculum. 222. D
Crapulosus homo. 110. D
Creaturæ non sacrificandum. 191. A
Credere in Deum qui non possunt. 168. D
ad Credendum uirtute opus. 240. C
Credentibus multa promitti. 159. A
Credenti fortitudine opus est. 212. D
Credulitas in omni uita præcedat. 226. C
Crimen non statim id quod est molestum. 140. C
Crimen fratris detegendum. 125. B
in Criminibus nemo gaudeat. 106 D
Critica remißio. 4. D
Crudelitas parcens. 211. B
Crux piorum. 33. B
Crux Christi ante oculos posita quid efficiat. 60. C
Crucis lignum. 44. C
Crux remedium. 86. D
Crucem inijcere desiderium Christi. 2. D
Culpam nulli usui prodesse. 129. B
Cruce orbis terræ allectus. 188. D
Cultor Dei ueri. 236. C
Cultus pudici corporis. 66. C
Cupiditas procreandi quare data hominibus. 271. B
Cupiditatem præsentium intellectum obscurare. 172. C
Cupiditatis nullus finis. 334. C
Cupiditatis rabies. 150. D
Cupiditatis nullus terminus. 306. C
Cupiditati nihil satis. 35. A
Cupiditates prauæ ex animo ejciendæ. 185. B
Cupiditatis descriptio. 152. C
Curare deum uniuersum orbem. 199. B
Curarum insania. 113. A
Curæ temporales. 315. A
Cursorum consuetudo. 220. D
Cursorum mos. 144. D

D

Dæmon ubi suffocetur. 125. B
Dæmones ad quos transmittantur. 211. A
Dæmones latrones quando insurgant contra pios. 216. C
Dæmones nostris damnis lætari. 319. B
Dæmoniorum particeps qui. 163. B
Dæmonibus fidelẽ imperare. 210. C
Dæmonibus pares inuidi. 163. A
Dæmonibus qui occurrere poßint. 210. C
Dæmonum mos. 230. D. & 231. A
Dandum benigna manu omnibus. 248. D
Dapes Dei. 280. D
Dathan & Abiron miserè perijsse. 137. B
Dauid cædis & stupri reus. 185. A
Dauidis imago intuenda. 263. B
Dauidis manum Deum coronasse. 157. A
Dauidis pœna omnibus sit nota. 195. B
Dauidicus latex. 272. C
Debitor è carcere liberatur. 84. C
Debitores Christi sumus omnes. 47. B
Defunctis diuitias non prodesse. 104. D
Delicatos uarijs morbis implicari. 223. B
Delicta maxima quare scriptura proponat. 203. A
Delicias esse sub sentibus. 255. B
Deliciæ quæ mala importent. 353. A
Dentibus quæ noceant. 243. A
Deprecatio cœlestis armatura. 286. D
Desiderium quando cesset. 76. D
Desideria rerum quomodo deponenda. 15. B
Desides undiq; bella habere. 6. D
Desperationis barathrum. 162. C
Detrahere fratri occultè. 302. D
Detrectatorum confusio. 290. C
Deus fons omnis pulchritudinis. 273. B
Deus in homine uel diligitur uel oditur. 155. B
Deus in omnibus considerandus. 35. B
Deus intuendus, si ab eo tangimur. 126. D
Deus misericors erga suos. 56. C
Deus naturaliter omnes agnoscit. 145. B
Deus oculis mentis intuendus. 352. C
Deus omnium bonorum fons. 147. A
Deus quid à nobis petat. 4. D
Deus quomodo accedendus. 145. B
Deus quomodo aliquos deserat. 100. D. & 280. D
Deus quomodo hominibus locutus. 15. A
Deus rector uniuersi cum filio. 218. C
Deus semper perfectus & integer. 181. B
Deus simplex. 311. B
Deus solus immortalis. 16. D
Deus uerbum nihil ex seipso commotus, nostram accipiens humanitatem. 152. D
Deus uerus medicus. 5. B
Dei consilia inscrutabilia. 257. B
Dei denominationem sortiri. 307. B
Dei erga nos affectus. 247. B
Dei facta prouidenda. 31. A
Dei inuisibilis substantiam nemo sciet. 57. B
Dei ira. 304. D
Dei mos in benefaciendo. 143. B
Dei personæ nihil competere. 177. B

Dei tergum. 324. C
Deo toto qui adglutinentur 124. C
Dei uirtus. 82. D
Deo non diffidendum. 343. A
Deo omnia manifesta. 280. D
Deo placere studendum. 2. D
Deum admirari. 238. C
Deum amare qui non possunt. 135. B
Deum ante omnia diabolũ petere. 139. A
Deum benignitatem & seueritatem habere. 280. D
Deum centuplum omnia remuneraturum. 219. A
Deum dare in reprobum sensum. 324. C
Deũ differendo extendere desiderium. 306. C
Dum erga populum suũ indulgentem esse. 278. C
Deum esse medicum piorum. 195. A
Deum esse ubiq; 4. C
Deum in corde habentẽ à cõtaminatione cauere. 338. C.
Deum increatũ ad res creatas inuocare. 286. C
Deum impertire omnibus iuxta merita. 107. A
Deum mirari iustum. 145. B
Deum nõ operari in homine nisi homo uoluerit. 141. A
Deum nosse quid nobis expediat. 87. A
Deum nullo auxilio indigere. 31. B
Deum nusquam deesse. 233. A
Deum occurrere accedentibus. 286. D
Deum omnes docere per Christum. 176. D
Deum omnia gubernare. 211. A
Deum omnia prospicere. 89. B
Deum operis sui finem cognoscere. 31. A
Deum palmites infructuosos amputare. 12. C
Deum per multam patientiã quædã indulgere fieri. 202. D
Deum qui nullum putent. 34. C
Deum requirere materiã obsequentem digitis spiritus. 140. D
Deum uidere, beatum. 314. D
Deum scire clementiæ suæ põdera. 3. A
Deũ secundũ substantiam nemo nouit. 238. D
Deum sequi, in animo habẽdum. 209. A
Deum totum esse præsentem. 88. C
Deum uolentes tantum recipere. 291. B
in Deo pars maior occulta. 120. D
cum Deo quomodo loquendum. 286. C
in Deo uirtus sanctificans. 90. C
Dij plures. 286. C
Diabolus quando deijciatur. 164. D
Diabolus uenator. 34. C
Diabolus in quanta ignominia sit. 252. C
Diabolus osor hominis. 139. A
Diabolus hostis in anima. 303. B
Diabolus quomodo cũ Cain egerit. 146. D
Diabus quando ex uia cedat. 146. D
Diabolus apud quos locum non habet. 140. D
Diabolus præda domini. 136. D
Diaboli in ius labi. 35. A
Diaboli tela aduersus nos. 139. A
Diaboli occasio ad animam. 149. B
à Diaboli dominatione solam potentiam Dei liberare. 140. C
Diaboli filij unde fiamus. 88. D
Diaboli igne corda hæreticorũ succendi. 138. C
Diaboli in naribus circulus. 263. B
Diaboli mos. 10. D. & 46. C
insidiæ. 229. B
machinationes. 251. B
sagitta. 290. C
Diabolo medium traditum. 246. D
Diabolo qui sunt intolerabiles. 320. D
Diabolum neminem cogere. 10. D
Diabolum uelle inhabitare corda hominum. 11. B
Diabolum resistere ne ad Deum accedamus. 13. B
Diabolum in Dei imaginem ostendere quo sit erga Deum odio. 139. A
Diabolum thesaurum cœlestem diripere. 141. B
Diabolum nolle esse Dei. 291. B
Diabolum per statuas oracula dedisse. 332. C
Diabolum adulari sicut canem. 164. C
Dies quos uiximus à tergo relinquere. 145. A
Dilectio Dei. 93. B
Dilectio erga Deum & doctores. 176. C
Dilectio Dei erga homines. 190. C
Diligere Deum. 15. A
Diluuium quare immißum. 5. B
Diluuij pœna. 98. C
Diluuio Deum totum orbem purgasse. 241. B
Disciplina Dei à primis annis tradenda. 277. B
Disciplinæ Christianæ uis. 179. B
Disciplinam domini aperire aures. 276. C
Disciplinas non esse uituperandas. 134. C
Discipuli Christi quid præcipuè quæsierint. 145. B
Discordiæ malum. 135. B
Discordiæ inter pios. 91. B
Disputare de Deo altius, est in blasphemiam cadere. 155. A
Distillationem tußim facere. 6. D
Ditescere piè uiuentem. 270. D
Ditatus repente. 101. B
Diuina quomodo audienda & legenda. 138. D
Diuina curiositate nostra inquiri difficile. 208. D
Diuina medicina non reprehendenda. 4. C
Diuinæ res quomodo curandæ. 14. D
Diuinitas & diuina opera in Christo. 132. B
Diuinitas impaßibilis. 115. B
Diuitiæ spirituales. 36. C
Diuitiæ steriles. 313. B
Diuitiæ iniquæ. 107. B

Diuitiæ-

Diuitiarum cupiditas est diaboli opus. 180. C
Diuitiarum fraudes. 315. B
Diuitiarum putredo. 122. D
Diuitiarum fœditatē uelamine contegi. 207. B
erga Diuitias quomodo simus affecti. 145. B
Diues receptor pecuniarum. 280. C
Diues & pauper ad potentiam Dei collatus. 291. A
Diues auarus. 46. C
Diues omnia metuit. 20. C
Diuitis oratio exigua. 350. C
Diuitem uocationem Euangelij non capessere. 46. C
Diuites ægroti quid faciant. 189. A
Diuites perdicem imitari. 257. A
Diuites auari. 122. D
Diuites mille mortes pauperibus inferre. 139. B
Diuitum auaritia. 33. B. miseria. 46. D. & 49. B. officium. 221. A. delitiæ. 148. C
Diuites nihil à paruulis differre. 249. B
Docendum gratis diuina. 52. D
Docendi utilitas. 231. B
Doctor ecclesiæ bonus. 134. D
Doctorem frui suis laboribus. 10. C
Doctorem oportet multum esse circunspectum. 324. D
in Doctore instantiam doctrinæ requiri. 282. D
Doctores suos quosdam defendere. 167. A
Doctores ecclesiæ mel fidei instillant. 20. D
Doctorum ecclesiæ officium. 3. B
Doctrina apostolica. 290. D
Doctrina fidei & pietatis. 48. C
Doctrina dei apud quos nihil ualeat. 171. A
Doctrina cœlestis dux uitæ. 177. B
Doctrinæ peruersæ uis. 294. D
Doctrinæ cœlestis cibus. 280. D
Doctrinæ spirituales quæ. 231. B
Doctrinæ semina. 10. C
Doctrinæ dei uis. 17. B
Doctrinæ adiumenta quando animæ prosint. 72. C
Doctrinæ spiritualis oratio. 172. D
Doctrinæ spiritualis desiderium. 64. C
Doctrinam ad spiritualem quomodo accedendum. 110. D
Doctrinam sacerdotis utilem. 265. A
Doctrinam solam non corrigere hominem. 265. A
in doctrina singuli beatitudinum profectus. 340. C
Doctrinarum quædam genera corrumpi. 168. C
Dogmata recta quibus non prosint. 26. D
Dogmata diuina quibus grata. 50. C
Dogmatum diuinorum altitudo incomprehensibilis. 155. A
Dolor Christi in sua paßione. 215. A
Dolor acerbißimus concionatori. 129. B
Dominum omnia largiri posse. 50. D
Dominum sæpius admonere. 90. C
Dominum in natura operari. 99. B
Domus ciuitas ac regnum. 171. B
Domus signatæ in Aegypto. 325. B
Domus ruinosa. 82. D
Domus Dei. 99. A. & 118. C
Domus duæ. 64. D
Domum dei cum iustitia ædificare. 198. C
Domum quomodo inspiciamus. 326. D
Donum Christi per malos ministros non contaminari. 212. C
Donum spiritus sancti. 69. B
Donum gratiæ scientiam dijudicandi dare. 138. D
Donum dei qui perdant. 215. A
Doni spiritus efficacia. 181. B
Dormire in seculo. 313. B
Dormiendo multos perijsse. 261. A
Dulcedinem Christi gustare. 53. B

E

EBriosos conuictores in amorem uini trahere. 349. B
Ebriosos salsiuscula quædam comedere. 270. D
Ebriosos esse paludes. 265. B
Ebrietatis incommodum. 112. C
Ebrietati dedito periculum. 222. D
Ebrietates continuas efferre animos. 237. A
Ebrium nemo corripit. 71. B
Ebrium imitari quale peccatum. 157. B
Ebriorum mos. 230. D
Ebriorum ingurgitatio. 241. A
Ebrios omnium penè bonorum iacturam pati. 112. C
Ecclesia quid. 267. B
Ecclesia quæ deserta. 204. D
Ecclesia hortus Christi. 146. C
Ecclesia principiò non usa est gladij potestate materialis. 84. C
Ecclesia multa per se considerata. 211. B
Ecclesia multarum tentationum occasio. 68. C
Ecclesia uelut unus homo. 76. C
Ecclesia quare ingemiscat. 23. B
Ecclesia mater suos congregat per sacerdotes. 129. A
Ecclesia omnes uiuificat. 129. A
Ecclesiæ portus salutares nemini denegandi. 189. A
Ecclesiæ unitatem ex multis personis confici. 134. C
Ecclesiæ corpus qui disiungere cupiant. 137. A
Ecclesiæ unitatem scindentes, qua pœna afficiendi. 137. B
Ecclesiæ uestis ex scripturis. 317. B
Ecclesiæ consensum Deo probari. 218. D
Ecclesiæ fides quando cognoscatur. 216. C
Ecclesiæ Corinthiorum status. 75. B
Ecclesiæ statum similem magnæ naui. 224. D
Ecclesiæ uarietas. 27. B. maiestas. 39. B. præfectus. 68. C corpus. 97. B. lumen. 179. B incrementum. 264. C. incendium. 167. B. defectus. 311. A tranquillitas. 335. B
Ecclesiam florere. 322. C
Ecclesiam frequentare qualis utilitas. 351. A
Ecclesiam lumine suo omnes illuminare. 179. B
Ecclesiam radios suos per mundum porrigere. 102. D
Ecclesiam habere etiā malos. 103. A
Ecclesiam semper turbari. 226. D

Ecclesiā habere lectionem diuersarū scripturarum. 269. A
Ecclesiam uarios habere ordines. 49. A
Ecclesiam de sanctis construi. 27. B
Ecclesiam esse torcular. 28. C
Ecclesiam meliores Christianos eligere. 30. C
Ecclesiam multos fideles amplecti. 116. C
In ecclesiam intrans exuat seipsum. 219. A
in Ecclesia esse doctores. 176. C
in Ecclesia diuersi singulorū actus. 204. D
in Ecclesia diuersi generis uasa. 139. B
de Ecclesia bonos discedere nō posse. 180. C
de Ecclesia unum eijcere ut multi saluentur. 166. C
Echidnæ uenenum. 195. B
Edendi uoluptas quando. 270. D
Edentulos peiora edulia eligere. 111. B
Edulia uaria. 62. D
Electum ab igne purgari, & peccatorem cremari. 154. D
Eleemosyna danda. 9. A
& 12. D
Eleemosyna quæ Deo grata. 214. D
Eleemosynæ fructus. 115. B
Eleemosynam Deo placere. 184. D
Eleemosynā manipulos iustitiæ efficere. 331. B
Elementalis institutio ad intelligendum Euangelium 291. C
Elementis nomina quādo imposita. 30. D
Elephantus indicus. 249. B
Elephantum suis stridore terreri. 189. A
Eli lenitas erga filios. 194. D
Eloquentia abutentes. 69. B
Eloquentia unde. 160. D
Eloquentiā utilem esse & inutilem. 210. C
Eloquium Dei. 28. C
Eloquia diuina. 18. D
Eloquia Christi scrutanda. 38. C
Eloquiorum Dei dulcedo. 204. C
Emendum quid in hac terra. 142. C
Emens & uendens sine mendacio esse non potest. 162. C
Ephi mensura. 113. B
Episcopus ecclesiæ condimentum. 307. A
Episcopi munus. 104. D
Episcopi affectus erga suos. 95. B
Episcopum quid designet. 301. B
Episcopi omnibus se accommodent. 52. D
Episcopi Deo cogniti. 194. C
Epulæ satanæ. 52. D
Equus freno reprimitur. 113. A
Equus ferox demulcendus. 191. A
Equo ferocienti anima comparatur. 18. D
Equo similis peccator. 294. C
Equi quomodo mitescant. 189. A
Equorum amatoribus quid accidat. 167. A
Equos docere flexis genibus sese summittere. 189. B
Erroris tenebræ quem non comprehendat. 312. D
Esca dulcis in hamo. 60. D
Escæ opportunitatem sæpe sanitatem dare. 196. D
Escam continere uitam. 348. D
Essentiæ Dei mentio. 106. C
Ether ignitus. 202. C
Ethnici deplorandi. 163. A
Euangelicæ scripturæ typus. 318. C
Euangelica doctrina quare discenda. 27. A
Euangelicam ueritatem qui corrumpant. 137. B
Euangelicam institutionem uitam nostram dirigere. 254. D
Euāgelica doctrina omnibus æqua. 313. A
Euangelium pugnare cum diuitijs. 291. A
Euangelium boni odoris. 107. B
Euangelij speculum. 217. A
Euangelij umbra. 305. B
Euangelistas in unum sensum ingredi. 165. A
Euangelistarum cursus. 83. B
Eucharistiæ agnum comedentes. 232. D
Eucharistiam ex duabus rebus constare. 247. A
in Eucharistia deū suum filiū nobis dedisse. 206. D
Exercitationis uis. 250. C
Exhortationem unā eandemq; non omnibus conuenire. 129. B

F

Faber ferrarius securim fabricans. 31. B
Fabulis eloquia Dei non aptanda. 155. B
Facies duas habere Deum. 308. D
Facultatum inuentio magnarum. 109. B
Facundia cœlestis. 292. D
Facundiæ uis. 112. D
Fallacia conscientiā affligit. 49. B
Fama criminis. 131. B
Famelicum aërem haurire, insaniæ indicium. 142. C
Fames animæ. 135. A
Famuli officium. 196. C
Febris unde. 203. B
Febres unde generentur. 75. A
Febrem quare abominemur. 322. D
Felicitatis maiestas in hoc seculo nō affectanda. 2. D
Felicitatem in hoc seculo maior hominum pars quærit. 145. B
Felicitatem regni cœlestis qui ignorent. 52. D
Felicitate uera qui destituantur. 93. A
Ferarum amor concitatus. 232. C
Fermentum doctrinæ. 138. C
Fermenti uis. 294. D
Fermenti & usuræ comparatio. 256. C
Fermenta multa in homine. 114. C
Ferramentum medici. 329. A
Ferrū candens propria forma exuitur. 21. B
Ferrum ignitum. 17. A
Ferrū ignitum forcipe fabrū accipere. 197. A
Ferrum iacens corrumpi. 67. A
Fidelis uitæ corruptæ indignus isto nomine. 90. D
Fideles aliter audire quàm catechumenos. 271. B
Fideles multi corpus mysticū unū. 134. C

Fide-

Fideles in tribulationibus probari. 133. A
Fidelium conditio. 80. C
Fidelium coadunatio. 109. A
Fidelium mos in bene operando. 221. A
Fidelium ratio ante Christi aduentum. 116. C
Fidelibus quid usu ueniat. 343. B
Fides qualis à nobis exigatur. 173. A
Fides in homine recens nato augetur. 142. C
Fides rarò perfecta in hominibus. 191. B
Fides est inscrutabilis consensus. 116. D
Fides indubitata animæ in custodia. 298. D
Fides quos saluet. 81. B
Fides Deo seruanda. 211. B
Fides ornanda operibus. 27. A
Fides in Christum non otiosa. 18. D
Fides operibus eget. 27. A
Fides sine operibus mortua. 240. D
Fidei effectus stupendi. 133. B
Fidei in causa non temerè credendū. 191. B
Fidei exercere militiam. 156. D
Fidei uis. 28. D. uirtus. 80. C. robur. 116. D. oculi. 256. D
Fidei flammam præcedere confeßionem peccatorum. 127. B
Fidei & operum fructus in pijs. 248. D
Fidei catholicæ uis. 192. C
Fidei lumen non omnibus commune. 310. D
Fidem ex uerbo Dei nutriri. 168. D
Fidem oppugnatam magis florere. 264. C
Fidem sine charitate non operari. 153. B
Fidem sanam corrumpens ad deteriora procedit. 213. B
Fidem Christi accipiens non erit absq; semine. 301. B
Fidem ut seruemus, omnia danda. 241. B
Fidem in solos sapiētes non cadere. 38. C
per Fidem animi propositum dinosci. 194. D
Fidem per opera enutriri. 177. A
ante Fidem corda comminuenda. 24. D
Fide solidatus. 280. C
Fide Christi mortem intueri. 303. A
ex Fide personæ probandæ. 185. A
in Fide omnia consistere. 336. D
in Fide plenos posse diabolo resistere. 140. D
Filius à patre lumen inseparabile. 177. A
Filius quibusdam uilior quàm agellus. 221. B
Filius Dei ex patre naturaliter. 44. D
Filium Dei uidere. 311. A
Filium à patre gigni. 150. C
Filium Dei habere naturales dignitates patris incommutabiliter. 155. B
Filij quomodo corripiendi. 80. D
Filij Dei unde nominati. 81. A
Filiorum multitudinem quosdam incusare. 70. D
Filij quare parentes non æquè diligant. 139. A
Filios habere consimiles letum. 146. C
Flagellum Dei. 42. D
Flagella ad Deum ducere. 354. D
Flagitijs quomodo renunciandum. 348. D
Flamma à uento agitata. 271. B
Flammas agris sæpe immitti. 214. D
Flores de gemmis procedere. 325. A
Fluuius de pluuia collectus. 265. B
Fœmineum corpus aduersus masculum ineffabilem accipere uim. 220. C
Fœminis molle quiddam natura indidit. 189. A
Fœminis non laqueus inijciendus. 334. D
Fœneratores Dei. 121. B
Folium est homo peccator. 140. C
Fons in duo flumina diuisus. 147. A
Fontis largitas. 328. D
Fontes quatuor in paradiso. 247. B
Fontes uarij. 315. B
Fontes sine aqua. 234. C
Fontium fistulæ. 259. B
Formicæ inanis gloria comparatur. 132. C
Formidinem Christum prætexisse. 284. D
Fornicari animam. 215. B
Fornicantem unum totam plebem inficere. 256. C
Fornicationem peruertere sensum. 341. A
Fortunæ multum alienum gerere. 147. A
Fratres non sine causa condemnandi. 162. D
Fratres collapsi erigendi. 36. D
Fratribus quanta cura adhibenda. 266. C
Fruges uirtutis. 6. D
Fugiendi tempus. 130. D
Fulmina cadere. 349. B
Fumus oculis. 1. B
Fumus immensus. 352. D
Fundamenta prima ad beatitudinē. 211. B
Fundendi artis industria. 140. D
Funis concußio. 137. A
Fur melior auaro. 279. B
Furtum modicū æquè est ac magnū. 339. B

G

Gastrimargiæ uitium difficilè resecari. 24. C
Gastrimargiæ stimuli. 81. B
Gaudium amicorum ob ægroti sanitatem. 270. D
Gaudium apostolorum. 271. B
Gaudio dominico qui potiantur. 176. D
Gelicidium uitandum. 129. B
Gemmam esse scripturam. 295. B
Gemmas inuenire sæpe nocuisse. 170. D
Generatio spiritualis per omnem uitam. 206. C
Generatio secunda. 305. A
Generatio hominum. 301. B
Generationem spiritualem indigere lauacro spirituali. 260. D
Genitalium officium. 84. D
Genitalis corporis pars cur data. 237. A
Gentiles quomodo ridendi & deplorandi. 57. A
Gētiles naturæ leges nudare. 276. D

Ambulantibus in uia iustitiæ multa obstare. 338. D
Amicitiæ appetentes omnes esse. 313. B
Amicitiæ infelices. 152. C
Amicitiæ uis. 15. B
Amicitiam non deserendam. 234. D
Amicus cæcus. 319. B
Amico quomodo inseruiẽdũ. 100. D
Amico falsam felicitatem optare. 94. C
Amici gratia. 77. A
Amicorũ ingenia qualia deligenda. 258. D
Amicorum uisitatio semper suauis. 265. A
Amicos quidã reddunt uiles. 189. B
Ammon populus turbidus. 212. D
Amor contra naturam. 73. B
Amor cõciliandus probitate. 274. C
Amor ferarũ concitatus. 232. C
Amor gloriæ. 18. D
Amor in hominibus quod in arboribus humor. 138. D
Amorem mundi & Dei simul habitare non posse. 235. B
Amor inter improbos. 151. B
Amor ex friuolis causis. 151. B
Amoris ignis. 153. B
Amoris Christi uis. 274. C
Amoris calorem omnem, fastũ soluere. 150. D
Amorem iisdem rebus ali, quibus gignitur. 274. C
Amorem facilè recrudescere. 15. B
Amorem animæ non sentire in corde. 216. C
Amphoras semiplenas uino cito acescere. 140. D
Anathema ecclesiæ aliquem facere. 141. A
Angelus quid. 104. D
Angelo homo obesse non post. 141. A
Angeli quibus mittantur. 210. D
Angelorũ aduentus cũ signis. 156. D
Angelorum exercitus quare nobis constitutus. 156. C
Angelorum sanctorũ mos. 194. C
Angelorum præsentia ubiq;. 82. D
Angelos peccata fugare. 127. B
Angelos turpibus factis abigi. 20. D
Angelis nos undiq; custodiri. 218. D
Angelis nihil quicquã esse, nisi parendi necessitatem. 218. C
Animaduersiones potestatũ magis terrere quàm nocere. 127. A
Animal in partes dissectũ. 3. A & B
Animalia ministerio hominis utilia. 57. B
Animalia prudentiora ebriosis. 102. C
Animalia quomodo à Deo creata. 27. B
Animalia munda. 34. D
Animalium natura solivaga. 140. D
Anima morti obnoxia. 66. D
Anima quando se prauis actionibus tradat. 324. D
Anima quando Deo proximior. 233. B
Anima Christiana à sponso suo non recedit. 317. B
Anima quæ sermonem Dei nõ accipiat. 161. A
Anima mollis & languida. 67. A
Anima iaculo cõcupiscentiæ saucia. 151. A
Anima una in corpore. 218. D
Anima imago spiritus. 155. A
Anima impiorum. 291. B
Anima certaminibus implicita. 18. C
Anima sine precibus. 70. C
Anima destituta solatio. 187. A
Anima secularibus curis occupata. 314. D
Anima ocio uiuens. 178. C
Anima conditionibus agitata. 350. C
Anima in silentio esse gaudet. 64. D
Anima Dei timore carens, equus ferociens. 18. D
Anima fœda per iniquitatem. 314. D
Anima lectionibus diuinis exercenda. 115. B
Animam quotidiano cibo indigere. 67. A
Anima precibus munita. 56. D
Anima secularis gratiæ non capax. 24. D
Anima tristitiæ morsibus deuorata. 338. C
Anima corpore opus habet. 36. D
Anima uita corporis. 72. C
Anima quando non subsistat. 68. C
Anima opus habet spirituali cibo. 72. C
Anima in omnibus membris diuisa. 72. D
Anima inexpugnabilis contra dæmonis insidias. 69. A
Anima quando sapientior fiat. 69. B
Anima in hoc corpore, tanquã in fidibus musicis. 213. A
Anima præstantiã mentis perdens, stulta redditur. 66. D
Anima obsita malis. 69. A
Anima frugalitati dedita, firmior. 51. B
Anima ægrota quomodo curanda. 60. C
Anima multitudine malorũ operum obruta. 75. B
Anima à tentationibus libera. 279. B
Anima tentationibus salitur. 48. D
Anima aurigæ in morem se habet. 22. B
Anima quæ deploranda. 148. C
Anima in uerbo Dei se exercens. 115. A
Anima salua. 43. A
turbata. 59. A
beata. 67. B
cæca. 68. C
mortua. 70. C
peregrina. 92. D
arida. 215. B
Animæ medela quando tribuenda. 138. D
Animæ uita & mors. 67. A
Animæ ueritas fructus. 127. A
Animæ cibus sola iustitia. 152. C
Animæ peccantis similitudo. 141. B
Animæ salutem quomodo satan auferat. 141. B
Animæ uaria medicina. 75. A
Animæ oblectamenta. 57. A
Animæ plurimorũ quomodo curandæ. 196. D
Animæ an aberrent circa sepulchra mortuorum. 155. B. & 156. C
Animæ & corporis ratio. 174. D

Animæ

Animæ nullam curam maior hominum pars habet. 40. C
Animæ morbus periculosus. 71. B
Animæ affectus erga Deum. 335. B
Animæ quæ non dignam fidem adferant. 329. A
Animæ habitudo bona. 242. C
Animæ morbus curandus. 70. D
Animæ uita Deus. 88. D
Animæ qualis cura habenda. 73. A
Animæ pernitiosum spirituales delicias fastidire. 74. C
Animæ turbatio. 157. A
Animæ in medio certamine corruentes. 222. D
Animæ quædam diutius seruantur in hac uita, aliæ minus. 83. B
Animæ morbus quomodo curandus. 78. D
Animas ingratas gratiam abeuntem sentire. 235. A
Animæ Deus uerbum quid. 234. D
Animæ rationalis coniugium. 77. A
Animæ utilitatem paucos quærere. 296. D
Animæ pestifera mala. 50. C
Animæ curam negligere. 75. B
Animæ deformes in malitia existentes. 215. A
Animæ ratio non in sanguinis materia ponenda. 18. C
Animæ opus. 29. B
motio. 67. A
Animæ nutrimentum. 54. D
Animæ febres. 63. C
dissolutio. 73. B
medicamenta. 74. C
conditio. 74. D
impetus. 79. B
ualetudo. 200. C
tabula. 261. C
Animam per cogitationes affectus habere. 66. C
Animam ægritudo peccati humilem facit. 70. C
Animam multis affectibus detentã, uirtuti mori. 342. C
Animam non esse partem corporis. 234. C
Animam uerbum Dei continere, alere, & fouere. 324. D
Animam efferre supra dignitatem. 238. C
Animam recreatione indigere. 65. B
Animam quid supinam faciat. 68. C
Animam propriam sæpe affectionẽ non sentire. 68. C
Animam, mundum habere cogitationes ipsas. 66. C
Animam fornicari. 215. B
Animam in aliquo nuncupatiuo locoterræ esse. 67. A
Animam frontem perfricare. 326. D
Animam cogitationes per corpus exequi. 29. B
Animam sine spiritu nihil intueri. 235. B
Animam carnem regere. 89. B
Animam nostram reddi pulchram. 293. B
Animam non semper tristia respicere. 238. C
Animam separatam à corpore nihil sentire. 234. C
Animam corpori commiscere per uitia. 22. C
Animam non egere admonitrice lege. 106. D
Animam negligentia perire. 112. D
Animam in ipso peccati tempore cruciari. 48. C
Animam animæ commorari. 115. A
Animam subinde illustriora uitæ opera exercere. 142. C
Animam secularibus negocijs absolutam quiescere. 222. D
Animam occisionis suæ dolorem sentire. 338. C
in Anima causariæ partes. 95. B
in Anima consilij sedes. 83. A
ex Anima quæ reijcienda. 238. D
Animarum cura. 48. D
Animarum medicus qualis. 77. B & 193. D. & 196. C
Animarum medicina apud Christum. 200. C
Animarum uitia & supplicia figurari. 243. B
Animarum cibus uarius in scripturis. 172. D
Animarum maculas fletibus abluere. 217. B
Animas Deum eligere. 106. D
Animas infelices exulcerare. 141. B
Animas peccatorum participare aliqua beneficia. 349. B
Animas igne spiritus coalescere. 169. A
in Animabus differentiæ. 78. D
Animus torpens. 21. B
Animus hominis ut fons. 123. B
Animus splendescens. 309. B
Animus affectionum ui depulsus. 15. B
Animum placida uerba mitigare. 21. A
Animus hominis diuinus. 20. C
Animus longo morbo infectus qualis. 4. D
Animus uiri grauis constans. 344. C
Animus suppuratus & corrosus. 350. D
Animus angustus. 333. A
Animus in hoc domicilio quando quiescat. 31. A
Animus à mundo alienus ubi. 337. B. & 338. C
Animus incultus. 6. D
Animus nesciens sua sensa eloqui. 205. A
Animæ refrigerium Deus. 51. A
Animus hominis fidelis. 77. A
Animas induratas non cedere uerbo Dei. 77. A
Animus paria dijs uult. 78. D
Animus ueritatem intelligens quid agat. 219. B
Animus magnus & sacer. 310. C
Animus insolescere incipiens. 68. D
Animi subtilitas. 319. B
Animi ignorantia. 265. B
Animi princeps facultas quomodo confundatur. 176. C
Animi deiectionem perire in bonis. 295. A
Animi motus. 120. C
Animi sublimis quies. 217. B
Animi improbitas plebi inconditæ comparatur. 16. C
Animo per omne corpus fuga. 127. A

Animi morbus. 312. C
Animum gratum uirtute sui propositi capi. 35. A
Animum malum ueritate irritari. 175. A
Animū corporis affectionibus commoueri. 115. B
Animum in uarias curas distrahi. 66. C
Animum quid probet. 18. D
Animum immoderatum felicitatem rumpere. 19. A
Animum naturaliter indulgere cogitationibus. 248. C
Animi perfecti. 342. D
Animi affecti ad litem proni. 146. D
Animi solidi. 119. B
Animorū impetus quomodo frangendus. 7. B
Animos domare. 330. D
in Animis pusilla nō sunt negligēda. 89. C
Annæ exemplum. 213. B
Anomæorum opinio. 11. A
Antichristi panes. 138. C
Anxietates animi apud quos nascantur. 337. A
Apem duo habere in se. 244. C
Apum industria. 264. D
diligentia. 120. D
Apostolici doctores lux mundi. 181. A
Apostolorum conciones. 150. C
Apostolorum qualis curatio. 188. D
Appetitus spiritualis. 113. B
Aqua lachrymarum. 73. A
Aqua spiritualis. 123. A
Aquæ non omnibus salubres. 120. C
Aquæ impetus. 291. A
Aquæ meatus currentis claudere. 59. A
Aquæ natura. 57. A
Aquam haurientibus quid accidere soleat. 345. A
Aquā in uinum uertit dominus, hæretici uinum in aquā. 137. B
in Aqua leue superueniēs cōcutitur. 69. A
Aquilæ uolatus. 128. C
Aranea arida. 24. C
Araneæ anima comparatur. 18. C
Araneæ tela. 127. B
Araneæ opus. 302. C
Aranearum telas texere. 24. D
Arbitrium liberum quale. 105. B. & 106. C
Arbor quædā contra ferrum certat. 16. C
Arbor rationabilis. 324. D
Arbores in syluis. 146. C
Arborum sapientißima. 215. B
Arcus dei. 28. C
Area domini. 148. D
Areas per trituram separare. 354. D
Argentum non habere quid. 21. D
Ariolis credere. 350. C
Aristotelis artes malæ. 163. B
Arma quibus hostes pellendi. 146. D
Arma regalia. 108. D
Arma contra aduersarium. 2. D
Armatura cœlestis. 286. D
Arrhabo spiritus. 63. A
Arrij doctrinæ scintilla. 294. D
Arrogās ambitiose sordido amictu. 171. A
Arrogantium mos 34. C. & *malum.* 66. D
Arrogantiam quid generet. 161. A
Artifex cantandi. 71. B
Artis uniuscuiusque finis. 29. A
Artium liberalium turba. 159. A
Artium liberalium uis. 175. B
Armum spirituale. 12. D
Asinis peiores qui. 31. D
Asparagus herba spinosa. 341. B
Aspectū inuerecundū Deū coërcere. 131. A
Aspidis morsus. 256. C
Athleta fidelis. 354. C
Athleta pietatis. 8. C
Athleta Christi. 33. A
Athleta qui optimus. 207. A
Athletæ studium. 119. B
Athletarum mos. 220. D
Athletas incitationibus fortiores fieri. 213. B
Auaræ animæ descriptio. 162. D
Auaritia insatiabilis ebrietas. 241. [illegible]
Auaritia quomodo curanda. 79. B
Auaritia diuitias attingit, fœtore corrumpit. 123. B
Auaritia cum hydropisi confertur. 148. C
Auaritiæ radix euellenda. 214. D
Auaritiæ sitis. 42. C
Auaritiæ tyrannis. 101. B
Auaritiæ malum. 126. C & 278. C
Auaritiam imitari infernū. 160. D & 161. A
Auarus qui propriè. 139. B
Auarus fur & latro. 279. B
Auari mores. 161. B
Auari pectus templum Mammon. 76. D
Auari mens in tenebris. 256. D
Auarum accipiendo non satiari. 102. C
Auarorum indomita insania. 141. A
Audaciam humanam omnia conari. 137. B
Auditores uerbi quid laudare debeant. 340. D
Auditorū uerbi Dei cura. 13. A
Auditorū diligentia quæritur. 320. C
Auditorum uerbi Dei alacritas. 139. B
Auditorum crassorum officium. 227. A
Aues ad inanis fundæ sonitum territare. 185. B
Auium amor rapidus. 232. C
Auium pulli. 269. B
Auium uolatus. 339. A
Aurifex Deus. 38. C
Auriga ne equū affluenti præsepio saginet. 51. B
Aurigæ frena non laxant, nisi in præcipitia duci uelint. 106. D
Aurum iusti. 38. C

B

Abel nomen. 46. D
Babel turrim ædificātes bonitatem Dei sensisse. 194. B
Balnea quosdam construere. 241. B

Bapti-

Baptizandi officium multis concessum. 316. C
Baptisma infantium. 1. A
Baptisma pro luteis aureos facere. 284. D
Baptismatis donum nihil prodesse si cætera desint. 274. D
Baptismatis Sacramento iustissimus operarius adhibeatur. 88. D
Baptismatis uis æqualis. 91. A
post Baptisma corpus per abstinentiam macerare. 246. D
à Baptismate descendens. 215. A
in Baptismate diabolum expelli. 80. D
in Baptismate renatos herbis uirentibus comparari. 139. A
Baptismus ignis. 115. A
Baptismi circuncisio. 165. B
Baptismi gratia. 336. D
Baptismi ratio. 28. B
Baptismi tempus quodlibet accommodum. 68. C
Baptismi uaria uirtus. 235. A
Baptismi usus. 51. A
Baptismo peccato circuncidimur. 54. D
Baptismum non coinquinari. 311. B
Baptismum posse esse extra ecclesiam. 247. B
Baptistæ concio. 18. A
Baptistam prædicasse pœnitentiã. 19. A
Barbarorum incursus. 83. A
Barbarorum mos. 330. C
Basilij acumen. 40. C
Basilij studium erga ecclesiam. 41. A
Basilisci natura. 220. D
Bœotorum mos cum nouis sponsis. 241. B
Beati Dei claritate perfunduntur. 22. C
Beatitudinem quosdam nolle. 116. D
Beatitudinis contemplatio. 147. B
Bellandi cupiditas. 41. B
Bellator egregius. 134. D
Bellatorum mos. 167. B
Bellum graue inter fratres. 75. B
Benefacit Deus, deinde præcipit leuis. 143. B
Beneficium accipiens, gratum se ostendit. 143. B
Beneficium Christum fidentibus contulisse. 194. D
Beneficium dare, uiri officium esse. 218. C
Beneficium dare uolens, sed non potens. 256. D
Beneficij bonum. 4. D
Beneficio multi obnoxij reddendi. 184. C
Beneficia amabilia. 207. B
Beneficia Dei perpetuò summo præsidio habita. 248. C
Beneficia Dei innumerabilia. 120. D
Beneficia Dei lignis & lapidibus ne demus. 191. B
Beneficia homines indicare esse malefacta. 293. A
Beneficia ingratis etiam conferenda. 41. A
Beneficiorum fructus sequi. 132. C
Beneficiorum ratio. 218. D
Beneuolentia ob hostes non intermittenda. 160. D
Bestiæ frigore pressæ. 90. C
Bestiæ quæ in homine. 250. C
Bestijs crudeliores inuidi. 128. C
Blasphemare substantiam beatam. 170. C
Blasphemiæ in Deum. 42. D
Blasphemorum consortium. 58. D
Bonus homo nemini nocet. 141. A
Boni sui gloriam quenquam accipere secundum mensuram. 161. A
Bonum languidum & imperfectum. 281. B
Bonum omne gratiæ adscribendũ. 233. A
Bonum tenuis notæ. 181. A
Boni quotidie aliquid agendum. 207. B
Boni summi desideratio. 108. C
Bonum alicuius rei gratia exercere. 178. C
Bonum animæ bona solum uidet. 234. D
Bonũ esse propter homines. 146. C
Bonum hominis non esse in homine. 219. B
Bonum non facimus sine adiutorio Dei. 141. A
Bonum opus intentionem facere. 42. B
Bona aliena rapere. 61. A
Bona nostra. 84. C
Bona nostra occultata solidari. 27. B
Bona quare reprobis dentur. 119. A
Bona quæ portamus abscondenda. 146. D
Bona si non bene tractantur, boni gratiam amittere. 204. C
Bona spiritualia. 122. C
Bonorum abundantiam quare dominus reprobis concedat. 195. A
Bonorum familiaritas. 186. C
Bonorum operum laudatores. 81. C
Bonis futuris fides adhibenda. 271. B
Bonos laudare. 269. B
Bonitatis Dei uaria operatio. 311. B
Bonitatem Dei qui deprehendant. 204. C
Boui hereticos comparari. 138. C
Bulbis gloria inanis comparatur. 132. C

C

Cacodæmone utitur dominus. 86. D
Cadunt sæpe pij. 8. C
Cæcitatis humanæ illuminatio. 13. B
Cæcus qui fide caret. 308. D
Cæcos in meridie lumen non accipere. 171. A
Cœlestium rerum quosdam nullam curam habere. 277. A
Cœlum & elementa consideranda. 187. B
Cœlum proponi in præmio. 218. C
Cœlum nobis uelamen. 334. D
Cæpis gloria inanis similis. 132. C
Cain homicida. 90. D
Calamitates supremas omne solatium depellere. 214. D
Calamitates narrare sæpe prodest. 26. D

Calamitates uitæ æquo animo ferendæ. 228. C
Calamitates uarias homines uexare. 230. C
Calamitosos sibi ipsis nocere. 255. B
Calceamentorum usus. 254. D
Caligo corporalis quare inter nos & Deum interstet. 5. B
Calumniã prætextu laudis celare. 171. A
Campum purgare, in quem fons luti influit. 326. D
Canalis interruptus. 22. C
Cancrum paulatim serpere. 138. C
Canceris morbi curatio. 193. A
Canis femori sagitta infixa. 289. B
Canis impudens est ira. 163. B
Canem mordere præ fame. 297. A
Canes pastores. 45. A
Canes uenatrices. 34. D
Cantilenæ obscœnæ. 110. D
Cantionem humanis cupiditatibus dissonantẽ, deũ non ferre. 142. D
Cantus fornicatorij stercus. 314. C
Captarum sollicita possesio. 188. C
Carcer teter. 39. B
Carceris & theatri comparatio. 65. B
in Carcere existentes uisis amicis gaudere. 109. A
Carceres gehennæ. 47. B
Carminum uis. 316. D
Carnalis homo. 45. A
Carnales parietes propinquitatis. 314. C
Carnalia cõmissa quomodo amputanda. 78. D
Carnalia quomodo deponenda. 133. B
Carnifici poena intentatur à tyranno. 113. A
Carnifices quare alantur. 86. C
Caro quæ spiritualis efficiatur. 114. D
Caro tunica corruptibilis. 337. B
Caro inebriata abundantiori potu. 265. B
Caro non praua. 270. C
Caro Christi an sit adorabilis. 285. B
Caro diabolo locata. 117. B
Caro ieiunijs & precibus maceranda. 209. B
Caro post resurrectionem pasibilis. 111. B
Caro non inuentrix malitiæ. 74. D
Carnis sarcina. 70. D
Carnis natura corrupta quomodo reparanda. 21. B
Carnis uelamen exuere. 262. D
Carnis humanæ susceptio ad solum Christum pertinet. 55. B
Carnis amatores. 15. A
Carnis restitutio. 84. D
Carnem animæ hospitiũ præbere. 288. D
Carnẽ et sanguinẽ domini recipiens cum ipso coniungitur. 50. C
Carnes à luto nihil differre. 333. A
Carnes diuino timori affigendas. 25. A
Carpentarij animus. 30. D
Castigare Christum suos. 156. D
Castitas mortua. 141. A
Castitas ficta. 212. C
Castitas quædam diaboli. 107. A
Catechumenus quando peior fiat. 21. A
Catechumenus ad certamen se paret. 32. D
Catena admiranda. 169. B
Caupones pessimi hæretici. 137. B
Censura rei à quibus fieri oporteat. 260. D
Ceræ non sit similis mens. 205. B
Ceram sculpturam impressam accipere. 318. C
Cereæ imagines. 13. B
Ceremoniarum claustris qui cohercendi. 160. D
Certamen uirtutis. 64. C
Certaminis nostri Deum adiutorẽ. 228. C
Certamina pietatis. 50. D
Certantes professione uitæ. 51. A
Cerua confixa iaculo. 151. A
Certare in Dei conspectu. 327. A
Chaldæorum equites. 23. B
Charismatum semina. 131. A
Charitas quomodo ordinanda. 5. A
Charitas de filijs non ascendit ad parentes. 139. A
Charitatis diadema. 338. C
Charitatis diuinæ uis. 315. B
Charitatis officium. 53. A
Charitatem omnia continere. 98. C
Charitatis ordo sit in ecclesia. 103. A
in Charitatis perfectione omnia pendere. 216. D
Charitatis uis. 20. C
Charitatem ædificare. 341. B
Charitatem esse citharam. 54. D
Charitatem perfectam excludere timorem. 209. A
Cherubim custodire paradisum. 61. A
Christus agit nobiscum ut parens cũ puero. 159. B
Christus Deũ & hominem se ostendit. 140. C
Christus è sinu patris nũquam abscessit. 120. D
Christus fons sapientiæ. 154. D
Christus in sacramento altaris deuotionem augebit. 138. C
Christus incarnatus in consummatione seculi. 202. D
Christus iudici pro tribunali sedenti comparatur. 166. D
Christus medium se ingessit. 166. D
Christus panis cœlestis. 134. C
Christus propter nos glorificatus. 58. D
Christus quando discipulos suos miserit ad prædicandum. 210. D
Christus quo argumento declaraturus sit maiestatem suam. 150. D
Christus solus sine delicto. 185. A
Christus tanquã in uase in Iudæorũ mentibus ante suum aduentum. 333. C
Christi dicta & facta quomodo accipienda. 212. C
Christi dolor in passione. 215. A
Christi exinanitio. 318. D
Christi humanitas. 351. B
Christi in terram aduentus qualis. 265. A
Christi nomen bene olens. 351. A
Christo homines dæmonio agitatã oblati

oblati sunt. 166. D
Christum accepto baptismo, contra diabolum pugnasse. 100. D
Christum contrarijs esse usum in sanando. 188. D
Christum diuersitatem propositi uniuscuiusq; animae indicasse. 12. C
Christum fecem peccatorũ deseruisse. 23. B
Christum in morte non occubuisse. 339. B
Christum latronem secum in suum regnum duxisse. 156. D
Christum mortis imperium habere. 136. C
Christum omnia propter nos suscepisse. 336. D
Christum omnia propter nos fecisse. 203. B
Christum orbi uniuerso illuxisse. 307. A
Christum pati in corpore ecclesiae. 17. B
Christum peccata nostra suscepisse. 3. A
Christum suam naturam non amittere. 311. B
Christum suis adesse. 24. C
Christum unicuiq; suum incrementum dare. 316. C
in Christo quatuor fontes. 247. B
Christianae fidei sectatoribus quid opus. 332. C
Christianus malus ad blasphemiam est Christi. 118. C
Christianus non pro inimico habendus. 66. D
Christianus similis quadrati lapidis. 27. B
Christianus solus proficiet uetustate. 81. A
Christiani quidam latronibus peiores. 171. A
Christiani certamen. 8. D
Christiani mansueti descriptio. 51. B
Christiani quomodo Christianis cohaereant. 3. B
Christiani redempti quid agere debeant. 99. A
Christianorum opera qualia. 31. B
Christianus quae loqui & facere debeat. 63. A
Christianos semper armatos esse debere. 40. C
Christianismum quae honoratiorem reddidere. 272. C
Christianitatem nemo laedere potest. 170. C
Chordae cordis. 55. A
Chordae in cithara. 290. D
Chordarum harmonia consonans. 91. B
Choreas agentes in foro. 141. A
Chrysippi syllogismi. 163. B
Cibus dentibus masticandus. 241. D
Cibus naturae rationabilis. 87. B
Cibus qui corpori inutilis. 144. D
Cibus sacer in Christi effigiem traducit. 151. A
Cibus spiritualis. 51. B
Cibus spiritualis frangendus ut nux. 54. C
Cibus spiritualis quosdam perdit. 64. D
Cibi uentris. 73. A
Cibi utiles & inutiles. 337. A
Cibum esse scripturam. 295. B
Ciborum multorum nocumentum. 223. A
Ciborum spiritualium refocillatione animam indigere. 66. D
Ciborum uarius usus. 87. B
per Cicutam transpicere. 205. B
Circuncisio quare data. 343. B
in Cithara fides. 327. A
Citharoedus Diuini uerbi. 142. D
Ciuitas Dei. 253. B
Clemens qui. 18. D
Clamantem quare Deus nonnunquam non exaudiat. 5. A
Clementia Dei. 195. B
Clementiam etiam innocentes colere. 192. D
Coërcionis modus. 253. B
Cogitatio Dei profunda. 125. B
Cogitatio interna mentis. 358. C
Cogitatio peccata uersans. 155. A
Cogitatio quando circa inutilia uersetur. 233. B
Cogitatio rerum diuinarum. 59. A
Cogitationis uis. 354. C
Cogitationem turpem in corde pij locum non habere. 151. A
Cogitatione aliquid contemplari. 206. C
Cogitationes alienas in animum introducere. 237. B
Cogitationes exuto corpore manere. 29. B
Cogitationes foedae bestijs ferociores. 83. A
Cogitationes interioris hominis. 54. C
Cogitationes uariae in animo. 325. A
Cogitationes uariae in homine. 55. B
Cogitationum uulnera. 19. A
Cognitio Dei necessaria, ut uiuum sit corpus. 74. C
Cognitio quando bona. 199. A
Cognitionis domini uis. 182. C
Cognitionem Dei iniuria afficere. 328. D
Cognitionem inuisibilium rerum mentem ad se pertrahere. 273. B
Cognitionem Dei sanam mentem ad se trahere. 312. C
Cognoscere Deum secundum naturam. 145. B
in Coitu deprehendi Elephantum indignè ferre. 189. A
Collyria cordis. 175. B
Coloni ratio. 155. B
Columbas foetor expellit. 127. B
Columbas foetore abigi. 20. D
Comitialis morbus. 321. B
ad Communionem qui uenire debeant. 266. D
Complorandi qui. 45. B
Compunctionis fumus. 158. D
ex Concionibus sacris quid reportandum. 268. D
Concionator agricolam imitetur. 8. D
Concionator eodem die seminat & metit. 9. B
Concionator haereses ab ecclesia eliminet. 59. B
Concionator mercede non carebit. 9. B
Concionator similis gallo. 129. A
Concionatoris alacritas. 195. A
Concionatoris gaudium. 62. C

Concio-

Concionatoris instructio 79. A
Cõcionatoris labor & studiũ 10. D
Concionatoris præmium. 6. D
Concionatoris ueri gaudiũ. 139. B
Cõcionatores defendere Dei professionem. 156. C
Concionatores esse operarios. 11. B
Cõcionatores matres imitari.160. C
Concionatores prius se in sanctis cogitationibus exercere. 129. A
Concionatores quales eligendi. 174. C
Concionatorũ affectus erga auditores. 201. B
Concionatorũ affectus erga populum. 190. D
Concionatorũ cura erga uulneratos per uerbum dei. 210. D
Concionatorum sedulitas. 159. B
Concionatorũ studium. 12. D
& 13. A
Concionatorum stupor quomodo emendetur. 34. D
Concordiæ uis in ciuitate. 117. A
Concubitus ad salutem humani generis utilis. 167. A
Concubitus incæstos nullã satietatẽ nosse. 230. D
Concupiscentia quare data. 153. B
Concupiscentiæ flamma. 153. A
Concupiscentiæ ignis. 150. D
Concupiscentiæ in profundum incidere. 353. A
Concupiscentiæ malum. 47. A
Concupiscentiæ pœnã maiorem reddere. 306. C
Concupiscentiæ repellendæ. 180. C
Concupiscentiã ceu latronem obrepere. 272. C
Concupiscentiam uitiosam manere. 41. B
Concupiscentiarũ fœdarũ antidotum. 60. C
Concupiscentijs deditus. 306. C
Cõcupiscentias animæ quid ociosas faciat. 308. C
Cõcupiscentias uerbum dei tollere. 131. A
Conditio humana quando discat suã fragilitatem. 254. D
Confeßio cõscientiæ mundat. 165. B
Confusio ob peccata qualis esse debeat. 56. C
Coniugum rixa unde. 151. B
Coniugiũ fons felicitatis. 9. A
Cõiugium sit Virginitati simillimũ. 339. B
Coniugij asperitas lenienda. 341. B
Coniugij dißidiũ quomodo sopiendum. 189. A
in Coniugio quid cogitandũ. 220. D
Coniugia Christiana internã nobilitatem conciliare. 273. B
Connubiũ sit undiq; felix. 289. A
Cõsciẽtia sui ipsius accusatrix. 75. B
Conscientiæ malum. 143. B
Conscientiæ bonæ salarium. 211. A
Conscientiã rodit temporaliũ decursus. 258. C
sine Conscientia bona Deo nõ placemus. 265. A
Cõscientias ponere in alienis labijs. 319. B.
Considerandũ quodq; in suo genere. 171. B
Cõsilia quorũ nõ reijcienda. 304. C
Consolatio afflicti animi. 101. A
Conspicilla res maiores ostendunt quàm sunt. 231. D
Consuetudo fatuorum. 111. B
Consuetudinis malum. 112. D
Consuetudinis prauæ incõmodum. 258. D
de Cõsummatione seculi seruos Dei libenter requirere. 338. D
Contentionis malum. 61. A
Continentiæ bonum. 135. B
Contractum esse corã Deo. 216. D
Contumelia Christũ afficere. 15. A
Contumeliæ ferendæ. 253. A
Contumeliosi. 336. C
Conuersatio dura. 48. C
Conuersatio nostra in cœlis. 144. D
Conuiciari præter naturam. 158. C
Cõuiciator cane immundior. 158. C
Cõuicijs Deũ petere stultitia. 141. A
Conuiuium regni cœlestis. 56. D
de Conuiuio spirituali manducare. 243. A
Conuiuia libertatis habere priuilegia. 62. D
Cor contritum. 140. D
Cor diuinis eloquijs percipiendis aptum. 50. C
Cor escas doctrinæ cœlestis accipere. 242. D
Cor hominis rectum. 60. C
Cor hominis uerbo seminari. 6. D
Cor in uerbo domini stabiliendum. 175. B
Cor nostrum ager Christi. 59. B
Cor obliquum. 175. A
Cor quale artifici spiritui exhibendum. 140. D
Cor sapientiæ locus. 322. C
Cordiũ tardorũ illuminatio. 198. D
Cordibus obtortis diuinã laudem nõ conuenire. 254. C
Cornelij sanctificatio. 1. A
Corona pro uirtute. 51. A
Coronæ & laudum partẽ aliquã habent collaudatores. 32. D
Corpus ante animã formatũ. 57. B
Corpus carnaliũ operum uas. 335. A
Corpus Christi immunda conscientia accipere. 274. D
Corpus Christi & sanguis. 157. B
Corpus computrescens. 59. A
Corpus cõtineri ab animo. 226. C
Corpus diuinum non ex homine sumi. 49. B
Corpus ecclesiæ diuersos habere ordines. 139. B
Corpus esse lutum. 352. D
Corpus formosum. 105. A
Corpus habere naturales motus. 105. B
Corpus in baptismate sepultũ. 66. D
Corpus indiget sensibus. 27. A
Corpus mortis. 39. B
Corpus mysticum. 74. D
Corpus relictum ab anima defluere. 218. C
Corpus & sanguis Christi. 336. C
Corpus spirituale. 69. B
Corpus superfluitates naturales emittere. 223. B
Corpus unum omnes in Christo. 242. D
Corporis humani membrum præcisum. 316. C
Corporis nauigium. 222. C
Corporis officium. 29. B
Corporis ratio. 36. D
Corporis rationẽ pius non habet. 39. B
Corporis senilis imbecillitas. 216. D
Corporis ualetudo. 38. D
Corpori frenum imponendũ. 107. A
Corpore circũdatum proximũ esse malis corporis. 221. A
Corpora contumelijs maculare. 323. B
Corpora quomodo frenanda. 106. D
Corpora superiora nullam pollutionem

nem habere. 249. A
Corpora uirginū contrectare. 205. B
Corporum nostrorum dignitas. 337. A
Corporum cura. 48. D
in Corporibus inflatio. 103. B
ad Correctionem mansuetudo adhibenda. 191. A
Corripere plus esse quàm orare. 327. A
Corripere Deum uarijs modis. 86. C
Correptio omnis amara. 232. C
Correptio ex scripturis utilis. 278 C
Correptio aliorum ad quid utilis. 98. C
Corruptionem ab incorruptione aboleri. 49. B
Correptionibus quomodo utendum. 192. D
Corripiens magna consuetudine utatur. 186. D
Coruorum pullos inuocare Deum. 273. A
Crapulæ malum. 18. C
Crapulæ dedito periculum. 222. D
Crapulosus homo. 110. D
Creaturæ non sacrificandum. 191. A
Credere in Deum qui non possunt. 168. D
ad Credendum uirtute opus. 240. C
Credentibus multa promitti. 159. A
Credenti fortitudine opus est. 212. D
Credulitas in omni uita præcedat. 226. C
Crimen non statim id quod est molestum. 140. C
Crimen fratris detegendum. 125. B
in Criminibus nemo gaudeat. 106 D
Critica remissio. 4. D
Crudelitas parcens. 211. B
Crux piorum. 33. B
Crux Christi ante oculos posita quid efficiat. 60. C
Crucis lignum. 44. C
Crux remedium. 86. D
Crucem inijcere desiderium Christi. 2. D
Culpam nulli usui prodesse. 129. B
Cruce orbis terræ allectus. 188. D
Cultor Dei ueri. 236. C
Cultus pudici corporis. 66. C
Cupiditas procreandi quare data hominibus. 271. B
Cupiditatem præsentium intellectum obscurare. 172. C
Cupiditatis nullus finis. 334. C
Cupiditatis rabies. 150. D
Cupiditatis nullus terminus. 306. C
Cupiditati nihil satis. 35. A
Cupiditates prauæ ex animo eijciendæ. 185. B
Cupidinis descriptio. 152. C
Curare deum uniuersum orbem. 199. B
Curarum insania. 113. A
Curæ temporales. 315. A
Cursorum consuetudo. 220. D
Cursorum mos. 144. D

D

Dæmon ubi suffocetur. 125. B
Dæmones ad quos transmittantur. 211. A
Dæmones latrones quando insurgant contra pios. 216. C
Dæmones nostris damnis lætari. 319. B
Dæmoniorum particeps qui. 163. B
Dæmonibus fidelē imperare. 210. C
Dæmonibus pares inuidi. 163. A
Dæmonibus qui occurrere possint. 210. C
Dæmonum mos. 230. D. & 231. A
Dandum benigna manu omnibus. 248. D
Dapes Dei. 280. D
Dathan & Abiron miserè perijsse. 137. B
Dauid cædis & stupri reus. 185. A
Dauidis imago intuenda. 263. B
Dauidis manum Deum coronasse. 157. A
Dauidis pœna omnibus sit nota. 195. B
Dauidicus latex. 272. C
Debitor è carcere liberatur. 84. C
Debitores Christi sumus omnes. 47. B
Defunctis diuitias non prodesse. 104. D
Delicatos uarijs morbis implicari. 223. B
Delicta maxima quare scriptura proponat. 203. A
Delicias esse sub sentibus. 255. B
Deliciæ quæ mala importent. 353. A
Dentibus quæ noceant. 243. A
Deprecatio cœlestis armatura. 286. D
Desiderium quando cesset. 76. D
Desideria rerum quomodo deponenda. 15. B
Desides undiq; bella habere. 6. D
Desperationis barathrum. 162. C
Detrahere fratri occultè. 302. D
Detrectatorum confusio. 290. C
Deus fons omnis pulchritudinis. 273. B
Deus in homine uel diligitur uel oditur. 155. B
Deus in omnibus considerandus. 35. B
Deus intuendus, si ab eo tangimur. 126. D
Deus misericors erga suos. 56. C
Deus naturaliter omnes agnoscit. 145. B
Deus oculis mentis intuendus. 352. C
Deus omnium bonorum fons. 147. A
Deus quid à nobis petat. 4. D
Deus quomodo accedendus. 145. B
Deus quomodo aliquos deserat. 100. D. & 280. D
Deus quomodo hominibus locutus. 15. A
Deus rector uniuersi cum filio. 218. C
Deus semper perfectus & integer. 181. B
Deus simplex. 311. B
Deus solus immortalis. 16. D
Deus uerbum nihil ex seipso commotus, nostram accipiens humanitatem. 152. D
Deus uerus medicus. 5. B
Dei consilia inscrutabilia. 257. B
Dei denominationem sortiri. 307. B
Dei erga nos affectus. 247. B
Dei facta prouidenda. 31. A
Dei inuisibilis substantiam nemo sciet. 57. B
Dei ira. 304. D
Dei mos in beneficiendo. 143. B
Dei personæ nihil competere. 177. B

Dei tergum. 324. C
Deo toto qui adglutinentur 124. C
Dei uirtus. 82. D
Deo non diffidendum. 343. A
Deo omnia manifesta. 280. D
Deo placere studendum. 2. D
Deum admirari. 238. C
Deum amare qui non possunt. 155. B
Deum ante omnia diabolũ petere. 139. A
Deum benignitatem & seueritatem habere. 280. D
Deum centuplum omnia remuneraturum. 219. A
Deum dare in reprobum sensum. 324. C
Deũ differendo extendere desiderium. 306. C
Dum erga populum suũ indulgentem esse. 278. C
Deum esse medicum piorum. 195. A
Deum esse ubiq; 4. C
Deum in corde habentẽ à cõtaminatione cauere. 338. C.
Deum increatũ ad res creatas inuocare. 286. C
Deum impertire omnibus iuxta merita. 107. A
Deum mirari iustum. 145. B
Deum nõ operari in homine nisi homo uoluerit. 141. A
Deum nosse quid nobis expediat. 87. A
Deum nullo auxilio indigere. 31. B
Deum nusquam deesse. 233. A
Deum occurrere accedentibus. 286. D
Deum omnes docere per Christum. 176. D
Deum omnia gubernare. 211. A
Deum omnia prospicere. 89. B
Deum operis sui finem cognoscere. 31. A
Deum palmites infructuosos amputare. 12. C
Deum per multam patientiã quædã indulgere fieri. 202. D
Deum qui nullum putent. 34. C
Deum requirere materiã obsequentem digitis spiritus. 140. D
Deum uidere, beatum. 314. D
Deum scire clementiæ suæ põdera. 5. A
Deũ secundũ substantiam nemo nouit. 238. D
Deum sequi, in animo habẽdum. 209. A
Deum totum esse præsentem. 88. C
Deum uolentes tantum recipere. 291. B
in Deo pars maior occulta. 120. D
cum Deo quomodo loquendum. 286. C
in Deo uirtus sanctificans. 90. C
Dij plures. 286. C
Diabolus quando deijciatur. 164. D
Diabolus uenator. 34. C
Diabolus in quanta ignominia sit. 252. C
Diabolus osor hominis. 139. A
Diabolus hostis in anima. 303. B
Diabolus quomodo cũ Cain egerit. 146. D
Diabus quando ex uia cedat. 146. D
Diabolus apud quos locum non habet. 140. D
Diabolus præda domini. 136. D
Diaboli in ius labi. 35. A
Diaboli tela aduersus nos. 139. A
Diaboli occasio ad animam. 149. B
à Diaboli dominatione solam potentiam Dei liberare. 140. C
Diaboli filij unde fiamus. 88. D
Diaboli igne corda hæreticorũ succendi. 138. C
Diaboli in naribus circulus. 263. B
Diaboli mos. 10. D. & 46. C
insidiæ. 229. B
machinationes. 251. B
sagitta. 290. C
Diabolo medium traditum. 246. D
Diabolo qui sunt intolerabiles. 320. D
Diabolum neminem cogere. 10. D
Diabolum uelle inhabitare corda hominum. 11. B
Diabolum resistere ne ad Deum accedamus. 13. B
Diabolum in Dei imaginem ostendere quo sit erga Deum odio. 139. A
Diabolum thesaurum cœlestem diripere. 141. B
Diabolum nolle esse Dei. 291. B
Diabolum per statuas oracula dedisse. 332. C
Diabolum adulari sicut canem. 164. C
Dies quos uiximus à tergo relinquere. 145. A
Dilectio Dei. 93. B
Dilectio erga Deum & doctores. 176. C
Dilectio Dei erga homines. 190. C
Diligere Deum. 15. A
Diluuium quare immissum. 5. B
Diluuij pœna. 98. C
Diluuio Deum totum orbem purgasse. 241. B
Disciplina Dei à primis annis tradenda. 277. B
Disciplinæ Christianæ uis. 179. B
Disciplinam domini aperire aures. 276. C
Disciplinas non esse uituperandas. 154. C
Discipuli Christi quid præcipuè quæsierint. 145. B
Discordiæ malum. 135. B
Discordiæ inter pios. 91. B
Disputare de Deo altius, est in blasphemiam cadere. 155. A
Distillationem tussim facere. 6. D
Ditescere piè uiuentem. 270. D
Ditatus repente. 101. B
Diuina quomodo audienda & legenda. 138. D
Diuina curiositate nostra inquiri difficile. 208. D
Diuina medicina non reprehendenda. 4. C
Diuinæ res quomodo curandæ. 14. D
Diuinitas & diuina opera in Christo. 131. B
Diuinitas impassibilis. 115. B
Diuitiæ spirituales. 36. C
Diuitiæ steriles. 315. B
Diuitiæ iniquæ. 107. B

Diuitiarum cupiditas est diaboli opus. 180. C
Diuitiarum fraudes. 315. B
Diuitiarum putredo. 122. D
Diuitiarum fœditatē uelamine contegi. 207. B
erga Diuitias quomodo simus affecti. 145. B
Diues receptor pecuniarum. 280. C
Diues & pauper ad potentiam Dei collatus. 291. A
Diues auarus. 46. C
Diues omnia metuit. 20. C
Diuitis oratio exigua. 350. C
Diuitem uocationem Euangelij non capessere. 46. C
Diuites ægroti quid faciant. 189. A
Diuites perdicem imitari. 257. A
Diuites auari. 122. D
Diuites mille mortes pauperibus inferre. 139. B
Diuitum auaritia. 33. B. miseria. 46. D. & 49. B. officium. 221. A. delitiæ. 148. C
Diuites nihil à paruulis differre. 249. B
Docendum gratis diuina. 52. D
Docendi utilitas. 231. B
Doctor ecclesiæ bonus. 134. D
Doctorem frui suis laboribus. 10. C
Doctorem oportet multum esse circumspectum. 324. D
in Doctore instantiam doctrinæ requiri. 282. D
Doctores suos quosdam defendere. 167. A
Doctores ecclesiæ mel fidei instillant. 20. D
Doctorum ecclesiæ officium. 3. B
Doctrina apostolica. 290. D
Doctrina fidei & pietatis. 48. C
Doctrina dei apud quos nihil ualeat. 171. A
Doctrina cœlestis dux uitæ. 177. B
Doctrinæ peruersæ uis. 294. D
Doctrinæ cœlestis cibus. 280. D
Doctrinæ spirituales quæ. 231. B
Doctrinæ semina. 10. C
Doctrinæ dei uis. 17. B
Doctrinæ adiumenta quando animæ prosint. 72. C
Doctrinæ spiritualis oratio. 172. D
Doctrinæ spiritualis desiderium. 64. C
Doctrinam ad spiritualem quomodo accedendum. 110. D
Doctrinam sacerdotis utilem. 265. A
Doctrinam solam non corrigere hominem. 265. A
in doctrina singuli beatitudinum profectus. 340. C
Doctrinarum quædam genera corrumpi. 168. C
Dogmata recta quibus non prosint. 26. D
Dogmata diuina quibus grata. 50. C
Dogmatum diuinorum altitudo incomprehensibilis. 155. A
Dolor Christi in sua passione. 215. A
Dolor acerbißimus concionatori. 129. B
Dominum omnia largiri posse. 50. D
Dominum sæpius admonere. 50. C
Dominum in natura operari. 99. B
Domus ciuitas ac regnum. 171. B
Domus signatæ in Aegypto. 325. B
Domus ruinosa. 82. D
Domus Dei. 99. A. & 118. C
Domus duæ. 64. D
Domum dei cum iustitia ædificare. 198. C
Domum quomodo inspiciamus. 316. D
Donum Christi per malos ministros non contaminari. 212. C
Donum spiritus sancti. 69. B
Donum gratiæ scientiam dijudicandi dare. 138. D
Donum dei qui perdant. 215. A
Donū spiritus efficacia. 181. B
Dormire in seculo. 313. B
Dormiendo multos perijsse. 261. A
Dulcedinem Christi gustare. 53. B

E

Ebriosos conuictores in amorem uini trahere. 349. B
Ebriosos salsiusculaque dam comedere. 170. D
Ebriosos esse paludes. 265. B
Ebrietatis incommodum. 111. C
Ebrietati dedito periculum. 222. D
Ebrietates continuas efferre animos. 237. A
Ebrium nemo corripit. 71. B
Ebrium imitari quale peccatum. 157. B
Ebri orum mos. 230. D
Ebriorum ingurgitatio. 241. A
Ebrios omnium penè bonorum iacturam pati. 111. C
Ecclesia quid. 267. B
Ecclesia quæ deserta. 204. D
Ecclesia hortus Christi. 146. C
Ecclesia principiò non usa est gladij potestate materialis. 84. C
Ecclesia multa per se considerata. 211. B
Ecclesia multarum tentationum occasio. 68. C
Ecclesia uelut unus homo. 76. C
Ecclesia quare ingemiscat. 23. B
Ecclesia mater suos congregat per sacerdotes. 119. A
Ecclesia omnes uiuificat. 129. A
Ecclesiæ portus salutares nemini denegandi. 189. A
Ecclesiæ unitatem ex multis personis confici. 134. C
Ecclesiæ corpus qui disiungere cupiant. 137. A
Ecclesiæ unitatem scindentes, qua pœna afficiendi. 137. B
Ecclesiæ uestis ex scripturis. 317. B
Ecclesiæ consensum Deo probari. 218. D
Ecclesiæ fides quando cognoscatur. 216. C
Ecclesiæ Corinthiorum status. 75. B
Ecclesiæ statum similem magnæ naui. 224. D
Ecclesiæ uarietas. 27. B. maiestas. 39. B. præfectus. 68. C corpus. 97. B. lumen. 179. B incrementum. 264. C. incendium. 167. B. defectus. 311. A tranquillitas. 335. B
Ecclesiam florere. 322. C
Ecclesiam frequentare qualis utilitas. 351. A
Ecclesiam lumine suo omnes illuminare. 179. B
Ecclesiam radios suos per mundum porrigere. 102. D
Ecclesiam habere etiā malos. 103. A
Ecclesiam semper turbari. 226. D

Ecclesiā habere lectionem diuersarū scripturarum. 269. A
Ecclesiam uarios habere ordines. 49. A
Ecclesiam de sanctis construi. 27. B
Ecclesiam esse torcular. 28. C
Ecclesiam meliores Christianos eligere. 30. C
Ecclesiam multos fideles amplecti. 116. C
In ecclesiam intrans exuat seipsum. 219. A
in Ecclesia esse doctores. 176. C
in Ecclesia diuersi singulorū actus. 204. D
in Ecclesia diuersi generis uasa. 139. B
de Ecclesia bonos discedere nō posse. 180. C
de Ecclesia unum eijcere ut multi saluentur. 166. C
Echidnæ uenenum. 195. B
Edendi uoluptas quando. 270. D
Edentulos petora edulia eligere. 111. B
Edulia uaria. 62. D
Electum ab igne purgari, & peccatorem cremari. 154. D
Eleemosyna danda. 9. A
& 12. D
Eleemosyna quæ Deo grata. 214. D
Eleemosynæ fructus. 115. B
Eleemosynam Deo placere. 184. D
Eleemosynā manipulos iustitiæ efficere. 331. B
Elementalis institutio ad intelligendum Euangelium 292. C
Elementis nomina quādo imposita. 30. D
Elephantus indicus. 249. B
Elephantum suis stridore terreri. 189. A
Eli lenitas erga filios. 194. D
Eloquentia abutentes. 69. B
Eloquentia unde. 160. D
Eloquentiā utilem esse & inutilem. 210. C
Eloquium Dei. 28. C
Eloquia diuina. 18. D
Eloquia Christi scrutanda. 38. C
Eloquiorum Dei dulcedo. 204. C
Emendum quid in hac terra. 142. C
Emens & uendens sine mendacio esse non potest. 162. C
Ephi mensura. 113. B
Episcopus ecclesiæ condimentum. 307. A
Episcopi munus. 104. D
Episcopi affectus erga suos. 95. B
Episcopum quid designet. 301. B
Episcopi omnibus se accommodent. 52. D
Episcopi Deo cogniti. 194. C
Epulæ satanæ. 52. D
Equus freno reprimitur. 113. A
Equus ferox demulcendus. 191. A
Equo ferocienti anima comparatur. 18. D
Equo similis peccator. 294. C
Equi quomodo mitescant. 189. A
Equorum amatoribus quid accidat. 167. A
Equos docere flexis genibus sese summittere. 189. B
Erroris tenebræ quem non comprehendat. 312. D
Esca dulcis in hamo. 60. D
Escæ opportunitatem sæpe sanitatem dare. 196. D
Escam continere uitam. 348. D
Essentiæ Dei mentio. 106. C
Ether ignitus. 202. C
Ethnici deplorandi. 163. A
Euangelicæ scripturæ typus. 318. C
Euangelica doctrina quare discenda. 27. A
Euangelicam ueritatem qui corrumpant. 137. B
Euangelicam institutionem uitam nostram dirigere. 254. D
Euāgelica doctrina omnibus æqua. 313. A
Euangelium pugnare cum diuitijs. 291. A
Euangelium boni odoris. 107. B
Euangelij speculum. 217. A
Euangelij umbra. 303. B
Euangelistas in unum sensum ingredi. 165. A
Euangelistarum cursus. 83. B
Eucharistiæ agnum comedentes. 232. D
Eucharistiam ex duabus rebus constare. 247. A
in Eucharistia deū suum filiū nobis dedisse. 206. D
Exercitationis uis. 250. C
Exhortationem unā eandemq; non omnibus conuenire. 129. B

F

Faber ferrarius securim fabricans. 51. B
Fabulis eloquia Dei non aptanda. 155. B
Facies duas habere Deum. 308. D
Facultatum inuentio magnarum. 109. B
Facundia cœlestis. 292. D
Facundiæ uis. 122. D
Fallacia conscientiā affligit. 49. B
Fama criminis. 131. B
Famelicum aërem hauríre, insaniæ indicium. 142. C
Fames animæ. 135. A
Famuli officium. 196. C
Febris unde. 203. B
Febres unde generentur. 75. A
Febrem quare abominemur. 322. D
Felicitatis maiestas in hoc seculo nō affectanda. 2. D
Felicitatem in hoc seculo maior hominum pars quærit. 145. B
Felicitatem regni cœlestis qui ignorent. 52. D
Felicitate uera qui destituantur. 93. A
Ferarum amor concitatus. 232. C
Fermentum doctrinæ. 138. C
Fermenti uis. 294. D
Fermenti & usuræ comparatio. 256. C
Fermenta multa in homine. 114. C
Ferramentum medici. 329. A
Ferrū candens propria forma exuitur. 21. B
Ferrum ignitum. 17. A
Ferrū ignitum forcipe fabrū accipere. 197. A
Ferrum iacens corrumpi. 67. A
Fidelis uitæ corruptæ indignus isto nomine. 90. D
Fideles aliter audire quàm catechumenos. 271. B
Fideles multi corpus mysticū unū. 134. C

Fide-

Fideles in tribulationibus probari. 233. A
Fidelium conditio. 80. C
Fidelium coadunatio. 109. A
Fidelium mos in bene operando. 221. A
Fidelium ratio ante Christi aduentum. 116. C
Fidelibus quid usu ueniat. 343. B
Fides qualis à nobis exigatur. 273. A
Fides in homine recens nato augetur. 142. C
Fides rarò perfecta in hominibus. 191. B
Fides est inscrutabilis consensus. 116. D
Fides indubitata animæ in custodia. 298. D
Fides quos saluet. 81. B
Fides Deo seruanda. 211. B
Fides ornanda operibus. 27. A
Fides in Christum non otiosa. 18. D
Fides operibus eget. 27. A
Fides sine operibus mortua. 240. D
Fidei effectus stupendi. 133. B
Fidei in causa non temerè credendũ. 191. B
Fidei exercere militiam. 256. D
Fidei uis. 28. D. uirtus. 80. C. robur. 116. D. oculi. 256. D
Fidei flammam præcedere confeßio nem peccatorum. 127. B
Fidei & operum fructus in pijs. 148. D
Fidei catholicæ uis. 192. C
Fidei lumen non omnibus commune. 310. D
Fidem ex uerbo Dei nutriri. 168. D
Fidem oppugnatam magis florere. 264. C
Fidem sine charitate non operari. 153. B
Fidem sanam corrumpens ad deteriora procedit. 213. B
Fidem Christi accipiens non erit absq; semine. 301. B
Fidem ut seruemus, omnia danda. 241. B
Fidem in solos sapiẽtes non cadere. 38. C
per Fidem animi propositum dinosci. 194. D
Fidem per opera enutriri. 177. A
ante Fidem corda communienda. 24. D
Fide solidatus. 280. C
Fide Christi mortem intueri. 303. A
ex Fide personæ probandæ. 185. A
in Fide omnia consistere. 336. D
in Fide plenos posse diabolo resistere. 140. D
Filius à patre lumen inseparabile. 177. A
Filius quibusdam uilior quàm agellus. 221. B
Filius Dei ex patre naturaliter. 44. D
Filium Dei uidere. 311. A
Filium à patre gigni. 150. C
Filium Dei habere naturales dignitates patris incommutabiliter. 155. B
Filij quomodo corripiendi. 80. D
Filij Dei unde nominati. 81. A
Filiorum multitudinem quosdam incusare. 70. D
Filij quare parentes non æquè diligant. 139. A
Filios habere consimiles Letum. 146. C
Flagellum Dei. 42. D
Flagella ad Deum ducere. 354. D
Flagitijs quomodo renunciandum. 348. D
Flamma à uento agitata. 271. B
Flammas agris sæpe immitti. 214. D
Flores de gemmis procedere. 325. A
Fluuius de pluuia collectus. 265. B
Fœmineum corpus aduersus masculum ineffabilem accipere uim. 220. C
Fœminis molle quiddam natura indidit. 189. A
Fœminis non laqueus inijciendus. 334. D
Fœneratores Dei. 121. B
Folium est homo peccator. 140. C
Fons in duo flumina diuisus. 147. A
Fontis largitas. 318. D
Fontes quatuor in paradiso. 147. B
Fontes uarij. 215. B
Fontes sine aqua. 254. C
Fontium fistulæ. 259. B
Formicæ inanis gloria comparatur. 132. C
Formidinem Christum prætexisse. 284. D
Fornicari animam. 215. B
Fornicantem unum totam plebem inficere. 256. C
Fornicationem peruertere sensum. 341. A
Fortunæ multum alienum gerere. 147. A
Fratres non sine causa condemnandi. 162. D
Fratres collapsi erigendi. 36. D
Fratribus quanta cura adhibenda. 266. C
Fruges uirtutis. 6. D
Fugiendi tempus. 130. D
Fulmina cadere. 349. B
Fumus oculis. 1. B
Fumus immensus. 352. D
Fundamenta prima ad beatitudinẽ. 211. B
Fundendi artis industria. 140. D
Funis concußio. 137. A
Fur melior auaro. 279. B
Furtum modicũ æquè est ac magnũ. 339. B

G

Gastrimargiæ uitium difficilè resecari. 24. C
Gastrimargiæ stimuli. 81. B
Gaudium amicorum ob ægroti sanitatem. 270. D
Gaudium apostolorum. 271. B
Gaudio dominico qui potiantur. 276. D
Gelicidium uitandum. 129. B
Gemmam esse scripturam. 295. B
Gemmas inuenire sæpe nocuisse. 170. D
Generatio spiritualis per omnem uitam. 206. C
Generatio secunda. 305. A
Generatio hominum. 301. B
Generationem spiritualem indigere lauacro spirituali. 160. D
Genitalium officium. 84. D
Genitalis corporis pars cur data. 237. A
Gentiles quomodo ridendi & deplorandi. 57. A
Gẽtiles naturæ leges nudare. 276. D

Gentilium libri quomodo legendi. 120. D
Genus humanum contentiosum. 182. C.
Geometriæ studiosus. 130. D
Germinare non omnia. 116. C
Gigantea audacia. 137. B
Glacies in aqua quàm diu duret. 153. A
Gladium stringere & transforare. 321. A
Gladio non bene uti. 334. C
Gloria Dei. 316. D
Gloria nominis Christi. 118. D
Gloria sua dominum nemo fraudet. 195. A
Gloria uitæ huius. 94. C
Gloria pulchritudinis uitæ. 127. A
Gloriæ amor. 18. D
Gloriæ frugem metere. 148. D
Gloriæ inanis cupiditas. 182. C
Gloriæ inanis cupidus taxatur. 275. B
Gloriæ cupido. 267. A
Gloriæ terrenæ sectatores quales. 121. A
Gloriæ uanæ dediti quales. 215. B
Gloriā præcedere et subsequi. 350. D
Gloriā inanem diuitias corrūpere. 329. B
Gloriā suam Deū nobis promisisse. 206. D
Gloriā inanē animā perdere. 336. D
Gloriā inanem quid sequatur. 91. A
Gloriam uanam amantes. 76. D
Gloriarum gradus in bono. 161. A
Gloriatio omnis hominu adempta. 183. B
Gnosius luctator. 132. C
Gracchorum eloquentia. 117. B
Gracculis qui similes. 31. B
Græci semper pueri. 275. B
Grandinis uis. 169. B
Gratia Dei quid in nobis operetur. 198. C
Gratiæ fingenti resilire. 140. D
Gratiæ Dei in cordibus fideliū operatio. 265. A
Gratiæ mensa uaria. 62. D
Gratiæ naturalis uis quando amittatur. 22. D
Gratiā quosdam expellere. 29. A
Gratiam spiritus labores alleuare. 138. C
Gratiā generalem dominū pro necessitate naturæ dare omnibus. 253. A
Gratiā spiritus non semper operari. 29. A
Gratiā spiritus opus habere sobria mente. 152. C
Gratiarum actio quando cessat. 21. A
Gratitudo in Deum. 143. B
Gulæ morbus. 37. A
Guttas minutas flumina implere. 255. B
Gypsum dare pro lacte. 296. C

H

HAbenas Deum ad præsens laxare. 264. C
Hamum aureum in lutosam aquam mittere. 161. A
Heredipetæ taxantur. 141. A
Hereditates Deo tradendas. 28. C
Hæreses quantum ualeant. 322. D
Hæreses similitudinem hydræ gerere. 147. B
Hæresiarchæ aquas habent suas. 119. B
Hæresis hæresim procreat. 147. B
Hæresium profligatio. 84. C
Hæreticus furor. 344. D
Hæreticus omnis homicida & fur. 233. B
Hæretici præcisi à corpore ecclesiæ. 204. D
Hæretici diligenti cura reuocandi. 191. B
Hæretici quomodo tractandi. 161. B
Hæretici quales. 103. A
Hæreticorū plurima capita. 109. A
Hæreticorum cœtus cænulenta doctrina potari. 212. D
Hæreticorum mos. 1. B. et 61. A & 264. D
Hæreticorum perfidiam doctoribus bonis molestam esse. 1. B
Hæreticorum conciliabula. 332. C
Hæreticorum ecclesiæ sunt syluæ desertæ. 146. C
Hæreticorū inimica traditio. 136. C
Hæreticos ardentibus telis satanæ esse percussos. 332. D
Hæreticos uenenosis rebus cōparari. 315. A
Hæreticos ueræ religionis pulchritudinem fingere. 217. B
Hæreticos ranis similes. 280. C
Hæreticos persequi ecclesiam. 218. D
Hæreticos telas aranearum texere. 302. C
Hæreticus in erroris tenebris uiuit. 99. B
Hæreticos duas dictiones tollere ex Paulo. 246. D
Hæreticos literæ sonum solum aspicere. 165. A
Harmonia quid. 117. A
Heliam igneo curru abreptum. 287. A
Helluonis & auari comparatio. 162. D
Hieroboæ pœna. 137. B
Hirundines ab ore in os alimenta pullis tradere. 139. B
Hierusalem quare euersa. 194. C
Historia sacra quomodo legenda. 109. B
Historiarum usus. 159. B
Histrionibus qui similes. 260. D
Homo quid. 65. A
Homo moneta dei. 100. C
Homo nautas imitari debet. 217. D
Homo fructu carens. 116. C
Homo dei imago. 143. B
Homo quando fit bonus. 222. D
Homo ex duobus repugnātibus compactus. 318. C
Homo sibi nihil ascribat. 60. D
Homo iustificatus diuina luce. 235. A
Homo ex ueste non iudicandus. 319. B
Homo multis honoribus à Deo affectus. 80. D
Homo quare creatus. 80. D
Homo in fornace tentationis. 37. A
Homo carnalis. 45. A
Homo solus consortem excludit. 34. D
Homo occupatus malis. 333. B
Homo quando intereat. 147. B
Homo unus dici non potest. 179. B
Homo nequaquā laudādus, antequā in statione mortis successerit. 135. A
Homo igneus in stipulis. 149. B
Homo quasi flos. 120. C
Homini prodesse, si rectè deū colat. 256. C
Homo Deo curæ est. 144. D
Homo se conuertens ad Deū. 122. D

Homo secundum mundum uiuens. 324. D
Homo hominem non deserat. 198. D
Homo uerax quando dicendus. 146. C
Hominis status. 38. D
Hominis imago ad Dei contemplationem ducere nos debet. 57. B
Hominis lapsus. 40. D
Hominis restitutio per Christū. 3. B
Hominis natura. 261. B
Hominem truculentarum bestiarū crudelitatem imitari. 19. A
Hominem nihil utilitatis capere absq; diuino adiutorio. 301. A
Hominem fieri è monstro. 290. D
in Homine rerū differentiæ. 19. B
in Homine duo. 244. C
Homines omnes pares. 85. B
Homines in cæcitate exilij huius nati. 216. C
Homines natura excæcati. 293. A
Homines sublimes fama conturbari. 27. A
Hominum confusio. 219. B
Hominum studia erga homines. 205. A
Hominum quorundam malitia. 41. B
Hominum stultitia. 35. A
Hominum ordines diuersissimi. 346. D
Hominum doctrinæ perpendendæ. 237. A
Humanum genus perniciosissimum. 137. B
Honesta per se nō peti. 15. B
Honestatis fulgor. 309. B
Honorem qui in senectute consequantur. 126. C
Honorum dignitate quomodo sceleratí exuantur. 146. C
Hora ultima. 57. A
Horas noctis discernere. 129. A
Hortus amœnus scriptura sancta. 296. C
Hortorum instar falsa dogmata sunt ad breue uirentia. 137. A
Hospitalitatem Rhaab meretricem iustificasse. 266. D
Hospitalitatem Deo placere. 41. A
Hospites ignoti recipiendi. 238. C
Humanæ res puerilibus ludis similes. 281. A
Humanitas quid. 219. B
Humanitas diuinitati sociata. 115. B
Humanæ res tyranno comparari. 230. D
Humana multum instabilitatis habere. 206. D
Humanum genus profluere in mortem. 265. B
Humilium intellectus. 258. D
Humilitas & causæ dictio diuersa. 22. C
Humilitas animi. 22. D
Humilitas uera. 91. A
Humilitatis uirtus. 349. A
Humilitatis radix figenda. 27. A
Humilitatis laus. 337. D
Humilitatem in penetralibus animæ esse sitam. 217. A
Humilitatē uirtutes superare. 129. B
Humorem de radicibus descendere in herbam. 138. D
Hyems animæ. 204. D
Hymni sacri quomodo cātandi. 63. B
Hypocrisis struthio comparatur. 317. B
Hypocrita quis. 149. A
Hypocritarum uita. 295. B
Hypocritarum astutia. 303. B
Hypocritas alienum onus suscipere. 305. A

I

Iacob tristitia & gaudium. 151. A
Iactatio delicata. 273. A
Ieiunium causa omnium bonorum. 80. D
Ieiunium peccatum interficere. 337. A
Ieiunium mater pudicitiæ. 317. B
Ieiunium post baptisma. 5. D
Ieiunium animam habitiorem facere. 64. C
Ieiunium ciuitatis turbationem frenare. 184. C
Ieiunium leuiorem reddere animā. 226. D
Ieiunium spirituale remediū. 201. B
Ieiunij acrimonia. 217. B
Ieiunij fructus & uis. 149. A
Ieiunij uirtus culpam latentem interficit. 78. D
ad Ieiunium uenire post crapulam. 193. A
Ieiunia quare indicta. 196. D
Ieiuniorum uer. 335. B
Ieiunij utilitas. 11. A
Ignauus ab omnibus impeditur. 130. C
Ignauis tolerabilia ardua. 218. C
Ignis charitas est. 126. C
Ignis uis. 116. C
Ignis combustiuus. 16. D
Ignis pro transgreßione mandatorum. 40. D
Ignis tribulatio. 38. C
Ignis metallorum terram attingēs. 284. D
Ignis calefaciendi naturam habet. 132. C
Ignis quare datus. 153. B
Ignis æternus quare præparatus. 199. B
Ignem deorsum non niti. 18. C
Ignem materias quasdam extinguere. 152. C
Ignem alienum afferre ad altare Dei. 137. A
Ignem perpetuò calere. 177. B
Ignem citò stipulæ conquiescere. 348. C
Igne consumi quædam non posse. 170. D
Igne spiritus frangi. 126. C
Ignominia seipsum nemo aspergat. 348. D
Ignoratio ueri. 101. B
Ignorantiæ tenebras quosdam amare. 179. A
Imago patris Christus. 155. B
Imago Dei superuacua, cū ubiq; præsto sit. 116. C
Imaginem Dei deturpare. 263. B
Imagines mentis. 263. A
Imbecillitas humana. 126. C
Imber Dei. 264. D
Imitatores Dei. 87. B
Immortale corpora cœlestia permeans, integrum manet. 16. C
Imperatoris uox. 347. A
Imperatorem concupiscunt omnes uidere. 143. B
Imperfectus in fide. 159. B
Impietas radix scelerum. 33. B
Impius exaltatus citò deficiet. 127. B
Impij credunt deum inexorabilem. 162. C
Impij quomodo agant. 273. A

Impia-

Impiorum omnis uita blaſphemia. 346. D
Impios quare Deus non affligat. 195. A
Impios æternæ conculcationi ſubiacere. 187. B
Impiorum exitus. 33. B
Imprudenti claritas non danda. 169. B
Impudentiam in pueris acuere. 277. A
Impudentiam triſtitiam ſecundum Deum non recipere. 171. B
Impudentem quid faciat. 164. C
Impudici quos timeant. 97. B
Incarnatio Chriſti quo tempore. 200. D
Incarnatio filij facit ut Deum patrē uocemus. 252. C
Incenſio ædium. 267. A
Incommodū fortuitū magis nocere. 146. C
Incredulitas ſignū animi ſtolidiſsimi. 81. B
Increpatio qualis eſſe debeat. 77. B
Increpatio quid efficiat. 41. A
Increpationis modus. 39. B
Indumenta Ieſu perferre. 337. B
Inemendabiles ab eccleſia eijciendi. 48. C
Infamia ex latrocinio. 124. D
Infantis exercitatio. 7. B
Infantis paruuli anima liberata per Chriſtum. 279. A
Infantem expoſitum tollere. 324. C
Infelicitas ſumma ubi. 189. B
Infelicitas ultima. 8. D
Infernus auaro ſimilis. 34. C
Inferni pœnæ quomodo delendæ. 167. B
Inferni exemplum Aegyptus. 3. B
Inferna monſtra. 146. D
Infideles amicorum cura offendi. 162. D
Infirmitas uia ut ſeparetur anima à corpore. 76. D
Infirmi ſumma manſuetudine ferendi. 52. D
Infirmium animo dubitare de prouidentia Dei. 4. D
Infortunia uiri fortis mentem non mutare. 15. B
Ingeniū nullum abſq; næuo. 239. A
Ingenium qua ratione tractandum. 292. D
Ingenia præclara. 300. C
Ingenia mollibus uerbis curanda. 137. A
Ingenia uitio praua quomodo corrigenda. 136. D
Ingenia illuſtriora, breuiora. 151. A
Ingenia quomodo alenda. 13. A
Ingeniorum educatores. 12. C
Ingenioſorū & tardorū mos. 13. B
Ingrati prætereundi. 121. B
Ingratos non eſſe eligendos. 117. B
Inimicitia proximi quomodo extinguenda. 153. B
propter Inimicitias facilè decipimur. 324. D
ex Inimicis qualis utilitas. 41. B
Iniquitas unde. 203. B
Iniquitas quibus noceat. 354. D
Iniquitas quos non uincat. 319. A
in Iniquitate uiuere. 317. A
per Iniquos homines deū obſcurari. 291. B
Initium negotij arrogans. 46. D
Initium ad uirtutes arduū. 345. A
Iniuria quibus moleſta. 321. A
Iniuriæ malum. 214. D
Iniuriarum frequentium malum. 171. B
Iniurias quid depellat. 186. D
Iniurij homines uitandi. 126. D
Inopibus quomodo opitulandum. 354. D
Inſania laborantes. 233. B
Inſanire natura. 319. A
Inſani palàm opus habent increpatione auſtera. 77. A
Inſipientis in libertate ruina uehementior eſt. 169. B
Inſtrumenta artis. 108. D
Intelligendi uis. 234. D
Intelligentiam Deum dare. 309. B
Intellectū profunda rimari. 104. D
Intemperantiā adoleſcentis multos perdidiſſe. 279. B
Intermiſſa bona iterū perſequenda. 46. C
Interna conſideranda. 33. A
Interpretis officium. 203. B
Interrogationes cōplurīū inſidioſæ. 335. A
Inuidentiæ malum. 154. D
Inuidia unde naſcatur. 335. A
Inuidiæ malum. 13. B
& 148. D
& 329. B
& 336. D
Inuidiā inuidentiæ officere. 290. C
Inuidiam ſeipſam perdere. 337. A
Inuidi ceræ comparantur. 14. C
Inuidi dæmonibus pares. 128. C
Inuidi feris ſæuiores. 163. A
Inuidorum mos. 163. A
Inuidorum conuerſatio repellenda. 320. D
Inuidos aduerſa aliorū fortuna nutriri. 293. B
Inuidos proximorū calamitate exultare. 319. B
Inuidos ſeipſos ſupplicio afficere. 163. A
Inuidos propriā ſalutem negligere. 128. C
Ioannis contio è cœlo. 58. D
Ioannis euangeliū cōſtat ſibi. 107. B
Ioannis uox quibus terrori. 329. B
Ioannis comparatio & hominis. 337. B
Ioannis continentia. 258. D
Ioannem & Paulum perfectiora tradidiſſe quàm Moſem. 184. C
Ioannem intellexiſſe cogitationes prauas Phariſæorum. 197. B
Iob laudes inenarrabiles. 205. B
Iob quare humanæ uitæ breuitatem commemoret. 205. A
Iob fortis adamas. 248. D
Iob blaſphemia caruit. 214. C
Iob ab amicis contemptus. 142. D
Iocunditas periculoſa pediſſequa. 192. C
Iocunditas uera. 104. D
Ionam mare eieciſſe. 186. D
Ioſeph patientia. 117. A
Ira quare data. 65. B
Ira quomodo comprimenda. 183. A
Ira flagrans beſtia. 157. B
Ira qualis eſſe debeat. 164. C
Ira commotus neminem puniat. 107. B
Ira quomodo frenanda. 99. B
Ira naufragio ſimilis. 227. A
Ira breuis inſania. 278. D
Ira muliebre uitium. 77. A
Ira quomodo compeſcenda. 78. D
Ira populi latens. 266. D

Iræ sit uidenus qui loqui uult. 187. B. & 188. C
Iræ tempus numquam. 334. C
Iræ uultus. 146. D
Iræ malum. 94. C
Iram cum mansuetudine pugnare. 161. B
Iram non appetere. 258. D
Iram aliquando profuisse. 112. D
Iram corrumpere cor. 1. B
Iracundiæ malum. 251. A
ad Iracundiam dominum prouocat omnis hæreticus. 137. A
Iracundi & mansueti animæ quantum distent. 90. D
Iracundos immemores amicitiæ. 164. D
Irascentium signa. 127. B
Irati hominis descriptio. 158. C
in Isaac signaculum fidei iustitiæ. 11. A
Israël deponet omnem gloriam. 23. B
Iter mundi asperum. 338. D
Iter institutum expedire. 144. D
Iudæi quando contra dominum obmurmurarint. 165. A
Iudæi peccatori dimisso comparantur. 256. C
Iudæi sæuiores omnibus lupis. 250. D
Iudæi quare doctrinæ Christi restiterint. 140. D
Iudæi à Christo admonentur. 196. C
Iudæi sæpius à domino uocati. 68. D
Iudæi seditiosi in seipsos sæuierunt. 41. B
Iudæorum Principes in causa quòd perierit populus. 134. D
Iudæorum deuastatio qualis. 258. C
Iudex deus obseruandus. 166. D
Iudex inuisus morbidis. 245. B
Iudex uerus deus. 199. B
Iudicium suum deum non derelinquere. 347. B
Iudicij extremi figura. 258. C
Iudicij diuini terror. 39. A
Iugum domini. 339. A
Iudæos non sentire suum morbum. 206. C
Iudæos multis demonstrationibus opus habere. 326. D
Iuliani prauus animus. 152. D
pro Iuramento fidelis sermo. 165. B
Iurantis periculum. 131. B
Iurantium contraria subsequens incommodum. 276. D
Iurare quare Iudæis permissum. 165. A
ad Iustificationem ceremonias nihil facere. 160. D
Iustitia dei quando ostendatur. 265. A
Iustitia qualis in sacerdote requiratur. 186. D
Iustitia similis humano corpori. 74. C
Iustitiæ debitum securitas. 199. B
Iustitiæ solis uaria natura. 180. C
Iustitiæ fidelis prædicator. 255. A
Iustitiæ in pennis ueritas. 308. C
Iustitiæ quomodo inseruiendum. 14. D
Iustitiæ naturale ingenium. 219. B
Iustitiæ figmentum simulata iustitia. 212. C
Iustitiæ declaratio. 93. B
Iustitiam operans inclarescit. 254. D
Iustitiam operari deum in homine. 141. A
Iustitiam manducare. 354. D
cum Iustitia dei non cõtendendum. 176. D
Iustus quis. 236. C
Iusti & peccatoris comparatio. 37. A
in Iusti oculis uirtus. 220. D
Iusti ab iniustis dignosci non possunt. 27. A
Iustum permanere ut Sol. 319. B
Iustum tempore tentationis fidelem manere. 352. B
Iustorum uirtutes scripturam demonstrare. 268. D
Iustorum uirtutes. 328. C
Iustorum lumen an ante Christum luceat. 279. A
Iustorum facta. 6. D
Iustos impijs cohabitare. 7. B
Iustos domino in medio aëre occursuros. 286. C

L

LAbores Deum repensare. 143. A
Laboribus semper intentum esse nocet. 65. B
Lac nemo contemnat. 94. D
Lac non confortare. 159. B
Lac ouis duo habere. 244. C
Lachrymarum uis. 4. C
Lædentis animum perpendendum. 259. B
Lædentis fructus in dolore læsi. 162. C
Lætitia Dei in spiritualibus filijs. 146. C
Lætitiam in tristitiam commutari. 90. C
Languentes desperabiliter curare, stultitiæ ingentis est. 156. C
Languentes diuersis cogitationibus occupari. 257. A
Lapis magnus Christus. 170. C
Lapis quadratus. 27. B
Lapides in ædificationes qui inutiles sunt. 30. C
Lapides forani. 30. C
Lapsi non negligendi. 202. D
Laqueus extensus. 338. D
Lasciuiæ se dedentes quales. 121. A
Laterem crudum lauare. 264. C
Latroni an misericordia præstanda. 166. C
Latronum deliciæ. 33. B
Latronum mos. 144. C
Laudatio non pulchra ex ore peccatoris. 352. D
Lectionem scripturarum in animum ingredi. 54. C
Lembum retrolabi si manus remiseris. 254. D
Leones aspici limis indignari. 189. A
Letargici qui. 261. A
Lex naturarum laudanda. 173. B
Lex data ut peccatorum uenena monstret. 192. D
Lex uetus non à diabolo. 186. C
Lex dei quare data. 8. D
Legis & fidei negocium. 293. A
Legi dei obtemperans fructu non carebit. 175. A
Legem in uirtute animi non tantum sufficere. 327. A
Legem esse damnum. 28. D
Legem non obstare ad meliora pergentibus. 177. A
Leges ecclesiasticæ. 259. A
Leges aulicæ sub pœna seruandæ. 143. B
Leges dei negligi. 283. A

Legum diuinorum custodia. 144. C
Legum perturbationem fontem omnis esse mali. 204. D
Liberorum insidiatores. 295. A
Libertas hominus quando appareat. 69. B
Liberum arbitrium amissum. 232. D
Libidinis affectus quare datus. 65. B
Libidinem subuertere limitem morum. 35. B
Libri spirituales. 108. D
Libri gentilium. 120. D
Librorũ multitudinem distrahere animum. 257. B
Lignũ nudum non esse tactui inaccessibile. 285. B
Lignorum solidorum natura. 119. B
Lingua impij. 230. C
Lingua purè custodienda. 334. C
Linguæ maledicorum. 295. A
Linguam uocalem sonum reddere. 264. D
Linguarum auræ. 18. C
Linum post aquas siccari. 246. D
Literæ cortex detrahendus. 149. B
Literæ amici absentis uestigia. 156. C
Litera tegit spiritum. 246. C
Lites in ecclesia unde. 3. B
Liuorem intus depascere. 303. A
Locum Deo præbere. 11. B
Locupletes falsa persuasione. 277. B
Locupletum timor. 323. B
Longanimitatem posse iracundum mitigare. 17. A
Longanimorũ uoluptas. 17. A
Loquendi cautio. 91. B
Lot sal Sodomitarum. 340. D
Lucta pulcherrima in scripturis. 149. B
Luctus natura. 64. D
Ludimagistri nonnunquam pueros plagis erudiunt. 9. B
Lumen iustorum ante Christũ fulgere non potest. 179. A
Lumen dominicum ab intelligentia non percipi. 233. A
Lumen uitæ æqualiter à Deo largitur. 90. D
Lumen quod in nobis fit splendidũ. 177. A
Lumen Dei. 100. D
Luminum cœlestium defectus. 179. B
Luminaria mundi obscurari in consummatione seculi. 155. A
Lunæ menstruus cursus. 311. A
Lupum obesse, si aliquem uidendũ præuenerit. 220 D
Lusus præsens uita. 345. B
Lutum amnis citò colligit. 302. D
Lux sempiternæ essentiæ. 181. A & B
Lux spiritualis gratiæ quomodo retinenda. 178. D
Lux iustitiæ. 307. B
Lucem odit male agens. 306. D
Lucem ab igne semper gigni. 150. C
Luxuriæ flamma quomodo extinguenda. 151. A
Luxuriæ est delicatas res quærere. 84. D
Lynces sonitu tympanorũ in rabiem agi. 189. A

M

Machina non tẽpestiue muro admota. 268. D
Magistratus malus. 126. D
Magistratus præposterus. 247. B
Magnetis lapidis uis. 220. C
Malus ut humus palustris necat. 301. A
Mali duplici pœna mulctandi. 144. C
Malorum hominum mos. 333. B
Malos non posse bonos polluere. 186. C
ad Malum quomodo perueniatur. 85. B
Malum omne è templo procedere. 321. B
Malum omne extraneum à Deo. 145. B
Mala quare data. 43. B
Mala æquo animo ferenda. 25. B
Mala subacria. 341. B
Mala inexplorata plus frangere. 40. D
Mala tolerare quibus utile. 82. C
Mala communia. 48. D
contra Mala continua lento adiutorio opus esse. 227. A
Maledicos repugnando magis exasperari. 290. C
Malignum undiq; tentare. 124. C
Malitia sibijpsi nocet. 45. B
Malitia ueteris consuetudinis consummanda. 349. B
Malitia causa interitus. 344. D
Malitia deponenda. 337. B
Malitia è corde quomodo depellenda. 104. C
Malitiæ malum. 54. D
Malitiam non audere uirtutem contueri. 311. A
Malitiam aduersus malos militare. 303. A
Malitiam deserentibus quid accidat. 5. B
in Malitia esse peius quàm puniri. 249. A
à Malitia duplex malum. 345. A
Mandatum diuinum. 59. B
Manna cœleste deserere. 267. A
Manna habuisse figuram uerbi Dei. 242. D
Mansiones multæ apud dominum. 348. C
Mansiones in cœlo multæ. 139. A
Mansionum nomina. 178. D
Mansueti hominis officium. 52. C
Mansueti animi indicium. 27. B
Mansuetum res tranquillas componere. 310. D
Mansuetudo quomodo acquirenda. 164. D
Mansuetudo quomodo seruanda. 164. C
Mansuetudinem falsam esse crudelitatem. 198. D
Manus dandi & accipiendi instrumentum. 242. C
Manus Dei horrenda. 52. C
Manus uarietas. 272. C
Manus Dei ferenda. 198. D
Manus licet nõ signet, tamẽ figuras in animo inscriptas habet. 29. B
Marcionitarum mos. 264. C
Marcionis sententia de Deo. 200. C
Mare esse uitam nostram. 206. D
Mare huius seculi. 108. C
Margaritam esse trinitatem. 330. B
Maritatæ duæ. 329. B
Maritus seruator uxoris. 52. C

Maritos quosdam coniuges deprimere. 189. B
Martyrij casus & fructus. 214. D
Masculus abscisis genitalibus. 43. B
Mathesis ratio. 313. B
Matris catholicæ diligentia erga filios malos. 254. C
Matrum erga pueros officium. 12. C
Matrimonij pedicis succurrendum. 61. B
in Matrimonij negocio persuasioni sit locus. 278. C
Matrimonia tot pœnitenda unde. 184. D
Matrimonia quare cōtrahantur. 226. C
Matrimonij contractus qualis esse debeat. 278. D. & 279. A
Mediatoris idolum delineare. 318. D
Medicamentum spirituale doctrina Dei. 64. C
Medicamenta Dei utilia nobis. 204. C
Mendicantium mos. 205. A
Medicinæ cœlestis ministri. 192. C
Medicus qualis Deus. 214. C
Medicus spiritualis ad Christum ducit. 67. A
Medicus Deus soluens uitia animarum. 73. B
Medicus animæ. 79. B
Medicus qui laudandus 89. A
Medicus cœlestis Christus. 200. C
Medici & longanimis comparatio. 17. A
Medici ferramenta utilia & inutilia. 210. C
Medici in medicando mos. 63. A
Medici animus erga ægrotum. 49. A
Medici cura erga infirmum. 321. B
Medici excellentis & Christi comparatio. 156. D
Medici uaria medicamenta. 188. D
Medici officium. 38. D & 87. A
Medici industria. 59. B
Medicum qui non quærant. 161. A
Medicum uires creare non posse. 11. B
Medicum bonum nihil artis omittere. 86. C
Medicum sæpe ægroto aliquid concedere, ne pernitiosa sequatur. 158. D
Medicum sæpe ægrum relinquere. 9. B
Medici boni imitandi. 103. B
Medici in urbe. 353. B
Medici erga ægrotantes. 246. C
Medicorū artē prius exhaurire corpus. 330. D
Medicorū cura in medendo. 295. B
Medicorum cura. 134. C
Medicos quare admiremur. 145. B
Mel natura dulce. 107. B
Mel quibusdam amarum. 225. B
Mellis qualitas gustu probanda. 135. B
Mella producere ex fauorū abstrusis. 241. A
Membrum aliud alio præstantius. 139. B
Membrum in corpore infirmum. 322. C
Memoria quid. 29. B
Memoriæ Christi utilitas. 16. C
Memoriæ thesaurus spiritualia pabula depromat. 172. C
Mendaces facilè deprehendi. 279. A
Mensa spiritualis. 62. C
in Mensa Christi mysterium pacis & unitatis consecratū. 247. A
Mens bona aliquando parum salubris. 176. D
Mens humana intelligentia integra opus habet. 137. A
Mens intra carnis claustra conclusa. 179. B
Mens affectu corrupta. 14. C
Mens humana quomodo fouenda. 21. A
Mens capax diuini muneris. 65. B
Mens perflata spiritu, omnia contemnit. 222. D
Mens in homine potior pars. 36. D
Mens Christo dedita. 81. A
Mens humana quādo perspicuè cōtueatur. 233. A
Mens quæ ueritatem contueri non queat. 235. A
Mens oppressa somno latet. 151. B
Mens in anima. 234. C
Mens quiddam animi. 235. A
Mens nostra acutißima ad res uanas. 236. D
Mens prauis cogitationibus turbata. 233. B
Mentis nostræ rus excolendum. 325. A
Mentis acumine priuati. 111. B
Mentis humanæ instabilitas. 140. C
Mentis impotenti acrimoniæ resistere. 263. B
Mentis oculus. 236. D
Mentem humanam supernaturalia comprehendere nō posse. 237. B
Mentem frugi inuenire difficile. 105. A
Mentem seipsam non contemplari, nisi scripturas inspiciat. 2;5. B
Mentem, amorem, & notitiam, tria qualia. 268. D
Mentem ali inuentis sapientiæ. 235. B
Mentalis lux. 181. B
Mercator quare maria secet. 14. D
Merces laborū quādo danda. 143. A
Merces spirituales. 256. D.
Mercedem pietatis Deum exoluere. 90. C
Mercedem sequi in omnibus. 228. D
Mercedem quibus dominus det. 252. C
Meretricis damna. 111. B
Meretricij cantus. 314. C
Merita sanctitatis qualia. 208. C
Meritorum occasiones nullæ post hanc uitam. 294. C
Messes fœcundæ. 214. D
Messorum studium ante messem. 250. D
Metalla effodientes. 298. D
Metus quos præcipuè uexet. 93. A
Metu Dei natura commota refrenatur. 187. B
Miles peccati ac uoluptatum. 269. B
Miles quare arma sumat. 229. A
Miles Christianus. 209. A
Milites Christi. 211. B
Militum diligentia tempore pacis. 250. D
Militiæ adscribi post bellum. 64. C
Ministrator fidelis domino placet. 238. D

Ministeriorum distributiones in ecclesia differentes. 2. D
Misericordia Dei erga peccatores. 165. B
Misericordia quouis igne uiolentior. 125. B
Misericordia inutilis. 196. D
Misericordia Dei erga primos parentes. 251. B
Misericordia semper nobiscum. 159. A
Misericordia opus habemus. 69. A
Misericordia ubiq; nitet. 59. B
Misericordia Dei nimia. 183. A
Misericordiæ leges discendæ. 113. A
Misericordiæ opera. 98. D
Misericordiam Dei plagas animæ sanare. 239. A
Misericordiam Dei omnibus patere. 310. C
ad Misericordiam grauitatem mali flectere. 123. B
Miseros in mari magno mundi perire. 23. A
Moderamen Dei. 25. A
Moderatis sermonibus uti bonum ubiq;. 191. B
Modica nemo spernat. 288. C
Mœrorem excruciare cor. 337. A
Mæstitia salutaris in peccatis. 187. A
Molares lapides duo. 133. B
Monachi aquilis comparantur. 25. B
Monachorum quorundam stultitia. 7. A
Monarchiam summam rebus mortalium calamitatem inuehere. 259. A
Monasticam uitam profiteri. 293. A
Monitiones spirituales. 203. B
à Monoculis qui non distent. 348. C
Montis uertex cui comparetur. 16. D
Morbi populi uarij. 79. B
Morbi quidam uincula Satanæ. 118. D
Mordentem repetere est murium & formicarum. 141. B
Mores publicos genus dicendi imitari. 2. D
Mores hominũ coalescere. 106. D
Mores uarij hominum. 159. A
Mores multorum ad unius imitationem intenti. 159. A
Morositatis malum. 342. C
Mors quid. 282. C
Mors ex præteritis uitæ actibus ponderanda. 346. C
Mors non timenda. 336. D
Mors stipendiorũ plenitudo. 135. A
Mors animæ ignoratio Dei. 68. C
Mors præcogitanda. 226. C
Mors uolũtatis & propositi. 210. D
Mors in natura dominans humana, diuinitatis præsentia disparuit. 153. A
Mors Adæ serpentis opus. 115. B
Mortis terminum omnia deuorare. 351. A
Mortis imperiũ destructũ. 136. D
Mortis tempus. 2. D
Mortis cogitatio necessaria. 247. A
Mortis introitus pericula. 267. A
Mortis uaria genera apud Deum. 46. D
Mortis Christi utilitas. 53. A
Mortem Christum gustasse quare. 198. D
Mortem gustasse Christum. 197. B
Mortem infirmitatem præcedere. 68. D
Mortem non potuisse Christum tenere. 19. A
in Mortem corporalem quare descendamus. 168. D
Morte nihil certius. 339. A
Mortuus homo est, qui Dei non est. 204. D
Mortui qui uerè. 215. A
Mortua hæretici sine uiuificante spiritu. 165. A
Mortuorum resurrectio. 282. D
Mortuos lauare. 248. D
Mortuos fideles alios expectare. 136. C
Moses ignaram hominum naturam docuit. 184. C
Moses quid docuerit. 183. B et 184. C
Mosi legem non occidere. 131. B
Mosen ex contemplatione Dei lumen accepisse. 208. D
Mulier gloria uiri. 316. D
Mulier uiro suo congruat. 314. D
Mulieris male moratæ species. 351. C
Mulierem fundere concupiscentiæ pestilentiam. 47. B
Mulieres à maritis doloribus non absterreri. 12. C
Mulierum conuersatio periculosa. 222. C
Mundus pro libro datus. 183. B
Mundus uelut animal quoddam immane. 67. A
Mundus ad usum aliquem factus. 97. B
Mundus stat quandiu fuerint fideles. 193. B
Mundus quare à Deo factus. 98. D
Mundus tanquam Dei domus. 99. A
Mundus quando casurus. 164. D
Mundi præsentis delectationem multos seducere. 354. D
Mundi subuersionem quid præcedat. 190. C
Mundi fabrica laudem Deo tribuit. 28. C
Mundi pij in medio cœno peccatorum. 307. B
Mundi princeps quomodo missus foras. 11. B
Mundi mala. 67. A
Mundi statum transire necesse. 245. A
Mundo renunciare. 136. A
Mundo utendum, non fruendum. 258. C
Mundum nobis blandiri. 347. B
Mundum nihil sentire. 97. B
Mundum nutare. 136. C
Mundum à Deo regi, tanquam à domino domum. 218. C
Mundum temerè non agi. 135. B
Mundos innumeros Deum facere posse. 261. D
Muneris gratia. 82. C
Munera à Christo accipiemus. 178. D
Munerum uis quæ dantur pauperculis. 218. D
Mures cæci Gentes. 130. C
Musicam non conuenire luctui. 204. C
Mutabilia omnia. 132. D
Mutari quosdam nequaquam. 156. C
Mutatio nulla apud Deum. 287. A
Mysteria scripturarum qui possint eruere. 208. C
Mysteriorũ Dei dispensatores abundent intellectu legis diuinæ. 259. A

N

NAath & Abiu combusti. 137. B

Naphtha ad ignem. 80. C
Natiuitas diuina nō corrumpenda. 180. D
Nathan Dauidem curaſſe. 202. C
Naufragium peccatorum. 255. B
Naufragium mentis perferre. 221. A
Naufragia non metuimus liberorū charitate. 209. A
Nauigantem turbidā procellam deuitare. 236. C
Nauigantes metu enecari. 143. A
Nauigare lucri cauſa. 178. C
Nauigatio ſecunda. 334. D
Nauis onera immota. 266. D
Nauis fabricator. 98. D
Nauis rector gubernaculum flectere ſcit. 30. D
Nauis fabrefacta. 28. C
Naui ſimilis eſt inuidus. 163. B
Naui anima comparatur. 28. C
Naui humana uita ſimilis. 347. B
Naues onerariæ. 108. C
Naues ſupra modum oneratæ. 294. D
Nauium gubernacula. 91. B
Nauta periculum euadens. 291. B
Natura rerum quomodo contemplanda. 128. D
Natura noſtra tenebroſa ſubſtantia. 4. C
Natura meliorū indiuiſibilis. 147. A
Naturæ hominis rationalis pars. 4. C
Naturæ functionem nomen transformare. 168. D
Naturæ uſus certis terminis circūſcriptus. 339. B
Naturæ duæ in Chriſto. 274. D
Naturæ rationalis conditio. 79. B
Naturam ſuam quiſq; noſcat. 199. A
Naturam diuinā in mortem deſcendiſſe per carnem. 283. B
Naturam per ſpecies quaſdā minui. 182. D
Naturam deſipere. 68. D
Naturas animalium nullum tempus delere. 261. B
Negligentia in æterna uita conſequenda taxatur. 229. B
Negociatio ſpiritualis. 93. B
Negociatio terrena. 23. D
Negociatorum ſubſtantia. 331. B
Nero fur & latro. 270. C
Nerui in citharis. 352. C
Nili cataractæ. 95. B
Nobilis uerè qui. 229. B.
Noë ſuæ ſaluationis cooperator. 86. D
Noë quaſi in carcere ſedit. 143. A
Noë quare in arca incluſus. 155. A
Noctuæ oculi. 236. D
Noctuæ uiſus. 306. D
Noctuæ qua comparentur. 279. A
Noctuas ſolem excæcare. 308. D
Nocti & tenebris comparandi ſunt ſenſus hæreticorum. 138. C
in Nocte præſentem amicum non intelligimus. 251. A
Nubes ſine aqua. 234. C
Nuda omnia fore. 262. C
Numiſma pretioſum. 330. D
Nundinæ ſpirituales. 231. B
Nuptiarum uinculum deſpiciens. 94. C
Nuptiarum iure fœminis miſceri. 167. A
Nuptiarum remedium. 158. D
Nuptias perfectiori uitæ impedimento non eſſe. 93. B
Nutricum mos. 232. C
Nutrimentum animæ. 54. D

O

Obediendū ſimpliciter mandatis Dei. 173. B
Obedientiæ uoluntati qui non apti. 105. B
Obedientiæ bonum. 26. D
Oblationes antiquorum. 140. C
Oblectamenta animæ. 57. A
Obliuio qualis peſtis. 241. B
Obliuio Dei in quibus. 323. A
Obliuioſi neceſſitudinis taxantur. 182. D
Obtrectationis peccatum. 42. D
Obtutus laſciui. 169. A
Ocioſus ſermo. 332. B
Oculus animæ caligine obductus. 125. A.
Oculus cæcus. 66. D
Oculus mentis qualis. 69. B
Oculus totum corpus illuminat. 73. A
Oculus lumine caſſus. 68. C
Oculus inſtrumentum iniuſtitiæ. 209. B
Oculi officium. 209. B
Oculi fidei quid ſpectent. 235. B
Oculi lippientium. 58. D
Oculi animæ. 237. B
Oculi ſani. 43. A
Oculorum remedium. 201. A
Oculos in fumo remorantes lachrymare. 69. B
Oculis laborantes. 263. B
Odium blandum. 240. D
Odium ubi. 87. B
Odio habere. 96. D
Odorem inhærere. 312. D
Oeconomia cœleſtis. 238. D
Offendere cogitās ſeipſum offendit. 45. B
Offenſio nulla in amicis. 62. C
Offenſiones ſemper adeſſe. 135. A
Offerendum domino duo minuta. 339. B
Officium non omittendū propter hypocritas. 346. C
Officijs feras manſuefieri. 6. C
Oleum miſericordiæ. 217. B
Oleo lampadem nutriri. 168. D
Oliua in arbore. 330. C
Oliua contuſionibus expreſſa. 354. D
Olla pauper nobis propoſitus. 239. B
Olympica certamina. 234. D
Onus alienum non addendum tuo. 48. D
Onera amicorum portanda. 51. B
Operandum ſemper. 167. B
Operari bene eſt gratiæ acceptæ. 153. A
Operatio Adæ præcepta. 251. B
Operatio quæ nō cōgruit, mala res. 243. A
Operatio ſpiritus in anima purgata. 50. D
Operationis Dei mirabiles effectus. 231. A
Opes animæ acquirere. 288. C
Opes conditas putreſcere. 279. A
Opum furioſa cupiditas. 148. C
Opitulari Deū poſſe in omnibus tribulationibus. 185. B

Opifex Deus omnia esse bona sciuit. 141. A
Opus felicitas. 120. D
Opus quando laudandum. 141. D
Opera aliqua bona nihil prodesse impio. 348. D
Opera bona fide subministranda. 168. D
Opera mala non à Deo. 198. D
Opera nostra qualia. 36. D
Opera bona confidentiam subministrare. 239. A
Opera bona excitare fidem. 239. A
Opera tenebrosa. 338. D
Opera bona. 41. A
Opera humilitatis. 29. A
Opera bona cum timore fiant. 15. B
Opera quæ Deo grata. 28. D
Opera bonorū etiā mala, bona esse. 42. D
Opera bona spiritus sunt sancti. 348. D
Opera bona unde. 104. D
Opera bona. 13. B
Opera mortua. 116. C
in Opere esse pulcherrimum. 313. A
Operum meßis. 301. B
Operum bonorum lux. 177. B
Operum bonorum utilitas. 56. D
Operum auxilio in religione opus habemus. 69. A
Operibus ali animam. 241. A
Operibus nostris unus propositus finis. 31. B
Operibus sese Deo familiarem reddere. 236. C
Orandi modus. 303. A
Orandi cōfidentia apud Deū unde. 239. A
Oratio seductorū quorundam mollis. 172. D
Oratio ebrietati similis. 342. C
Oratio fidelium fœcunda. 7. B
Oratio immunda. 340. C
Oratio diutis exigua. 350. C
Oratio in longum protracta, contrahenda. 199. D
Orationis clypeus. 250. C
Orationis uis. 106. C
Orationis licentia. 62. D
Orationem quorum nihil proficere. 192. C
Orationum uis. 26. D
Ordo optimus incipientibus. 274. C
Orexis euangelicæ sapientiæ. 244. D
Ornamentum animæ. 217. B
Otij malum. 21. A
Otiosi taxantur. 94. D
Oues sunt homines iusti. 148. D
Oues in ecclesia separandæ. 134. C
Oues cum sanctis conferuntur. 148. D
Oues lupis expositæ quæ gregem deserunt. 213. B
Oues bene pastæ. 7. B
Oues Christi uerè qui. 245. A
Oues scabiosæ à caulis separandæ. 252. C
Ozias pro fune lepram gestauit. 84. C

P

PAbulum diuinum paulatim instillandum. 269. B
Pacis beneficium ad omnes pertinere. 219. B
Pacis unitatem frigida complecti non posse. 150. D
Pacis commoda. 164. D
Palmæ arbor. 25. A
Palmæ iustorum uita comparatur. 167. A
Panis communionis. 47. A
Panis in esurientem proiectus. 126. D
Panis animi uerbum Dei. 281. C
Panis supersubstantialis. 247. A
Parabolarum uis. 207. B
Paradisus patria fidelis. 136. C
è Paradiso eiecti sumus propter peccatum. 172. D
Pardalis inimicitia aduersus hominem. 139. A
Pardi maculas non mutari. 137. B
Parta facilè respuimus. 167. B
Parentes quare filios diligant. 139. A
Parentes præclaram messem metere ex filijs. 275. B
Parentum mos cum pueris. 88. C
Parentū affectus nō umbræ de Deo comparantur. 90. C
à Parentibus incredulis filius fidelis segregetur. 72. D
Pascha ueritatis Christū ostendisse. 263. A
Passeres in delitijs. 296. D
Paßio Christi quo animo recensenda. 184. D
Paßionis Christi memoria nobis cōmendata. 257. A
Paßionem suam Christum discipulis prædixisse. 209. B
Paßiones non condignæ ad æternā uitam. 299. A
Paßiones carnis in Christo sine peccato. 125. A
Pastor ouibus pollicetur uitam æternam. 157. A
Pastoris uoluptas. 12. C
Pastoris rationalis cura. 44. D
Pastorem flagello pecora reducere. 117. B
Pastorum cura erga oues. 252. C
Paterfamilias cœlestis. 56. D
Pater & filius. 310. C
Pater in filio quomodo. 312. C
Pater facit quæ et filius, quomodo intellig. 176. C
Pater & filius Dei quomodo se inuicem habeant. 112. B
Pater unum cum filio. 141. B
Pater natura Deus, & filius quoq;. 130. C
Patris genuinus radius. 182. C
Patres filijs esse molestos. 202. D
Patrum affectus erga liberos. 103. B
Patrum lenitas in filios. 283. A
Patrum cura erga liberos. 201. B
Patria nostra paradisus. 136. C
à Patria æternæ uitæ disiungi. 146. D
Patriarcharum uita uiuendi forma. 9. A
Patientiæ bonum. 92. C
Patientiæ utilitas. 162. C
Patienter omnia ferenda. 332. D
Paulus acris ingenij. 253. B
Paulus sub quo tyranno passus. 270. C
Paulus dicit se emēdari in aduersis. 273. A
Paulus à domino allocutus. 97. A
Paulus quomodo cum Iudæis egerit. 146. C

Paulus

Paulus fideli famulo comparatur. 211. A
Paulus equo comparatur. 105. A
Pauli affectus erga discipulos suos. 217. A
Pauli industria in docendo. 214. D
Pauli feruens animus. 119. B
Pauli correptio qualis erga Corinthium. 321. B
Pauli lingua qualis. 197. A
Pauli animus erga moerentes. 197. B
Paulum euidentissima mala denunciasse. 332. C
Paulum quomodo coërceat Corinthium. 278. C
Pauperis opes. 254. C
Pauperum domus uisitandae. 94. D
Pauperibus subueniendum. 12. D & 249. A
Paupertatem horrentes quibus similes. 51.
ad Peccandum qui liber. 232. D
ad Peccandum quando reddamur cunctatiores. 141. B
Peccare miserum. 343. B
Peccare malum. 148. C
Peccantem sponte, impossibile est esse humilem. 266. C
Peccantes quid agere debeant. 4. D
Peccator fame morietur. 23. B
Peccator ne desperet. 3. A
Peccator quando desperet. 161. A
Peccator qui. 193. A
Peccator absynthio ebrius. 101. B
Peccator quando ex parte sit iustus. 252. D
Peccatoris miseria. 243. B
Peccatorem Christianum resurgere. 333. B
Peccatorem reuocare Deo facile. 117. B
Peccatorem indomitis moribus trahere iniquitates. 350. C
Peccatorem gaudere. 259. A
Peccatores quomodo tractandi. 92. D
Peccatores tentare fideles. 270. D
Peccatores Christi contemptores. 60. D
Peccatores ab alijs segregandi. 344. D
Peccatores admonendi. 333. A
Peccatores homines natura corrupti. 180. C
Peccatores ut foenum. 119. A
Peccatores propria insania praecipitari. 102. D
Peccatores impudentes deflendi. 231. A
Peccatorum catenas diabolum nectere. 49. A
Peccatorum materiam supplicia gignere. 45. A
Peccatoribus Deum non parcere. 166. C
de Peccatoribus qualis sententia ferenda. 113. A
Peccatum caepis simile. 266. D
Peccatum per baptismum ablatum. 270. D
Peccatum cogitatione formare. 29. B
Peccatum Deum quasi iudicē examinare. 162. D
Peccatum quomodo curandum. 193. A
Peccatum ad uicinos transire. 153. B
Peccatum uoluntarium malum. 255. A
Peccatum intra se retētum. 107. A
Peccati ueterana consuetudo. 261. A
Peccati natura. 87. B & 294. C
Peccati malum. 312. D
Peccati spiritus. 216. D
Peccati species indicandae. 200. D
Peccati materiam qui uitare possunt. 59. A
Peccato concepto quomodo renunciandum. 82. D
in Peccato quid usu ueniat. 323. B
à Peccato liberum esse supra humanam naturam. 254. D
in Peccato uiuere miserum. 284. C
Peccata quos non obruant. 255. B
Peccata quomodo prohibēda. 210. D
Peccata uniuersorum Deum coërcere. 268. C
Peccata modica. 42. C
Peccata non iterum admittenda post poenitentiam. 347. B
Peccata Deo confitenda. 165. B
Peccata proximi lugenda. 176. D
Peccata cum hydropisi conferuntur. 148. C
Peccata decoquenda. 82. C
Peccata peccatis addere. 282. D
Peccata ruinam praecedere. 68. D
Peccata quomodo deserenda. 315. B
Peccatorum in profunda demersi. 278. D
Peccatorum ratio. 101. A
Peccatis Deum ueniam dare. 74. C
Peccatis qui pōdus apponāt. 147. A
in Peccatis impoenitenter ambulare. 353. A
Pecora uerbere domare. 62. C
Pecunia molesta bestia. 76. C
Pecuniae gloria intumescere. 80. C
Pecuniae imago quid possit. 15. A
Pecuniae studium. 45. A
Pecuniarum usus. 73. A & 87. A
Pecuniarum amatores quomodo consolandi. 200. D
Pecuniarum affectus. 112. D
Pecuniarum materiam iuuenes perdere. 153. A
Pecuniarum amator. 342. C
Pecuniarum abundantiam iuuenibus obesse. 277. A
Pecuniarum cupiditate omnes laborare. 168. C
Pecuniarum insaniam innumera mala sequi. 170. C
Pecunias omnia miscere. 335. A
Pectoris nostri uas. 333. A
Peierantes poena horribili affici. 110. C
Pennis auium lex Christi similis. 173. B
Perditionis causa nulli Deus. 191. B
ad Peregrinationem huius mundi quibus opus habeamus. 254. C
Peregrinus pauper. 92. D
Peregrini quid faciant. 36. C
Peregrini in seculo fidentes Christo. 232. D
Perfectus quis. 236. C
Perfectis in fide miraculis nō proficere. 159. B
Perfectus status. 58. D
in Perfidiā adducere sub praetextu religionis. 137. B
Perfidorum conspiratio fidelium mentes perturbat. 187. A

Peri-

Perire propter scelera. 261. B
Periuria unde. 49. A
Persecutio satanæ in mundo. 188. C
Persecutionis ignis. 154. C
Persecutionis tempore opus doctrina Dei. 224. D
Persecutionis bonum. 120. C
in Persecutione persistendum. 300. C
Persecutio ferenda. 239. A
Personarum multæ similitudines in uita. 327. B
Perturbationes quomodo fugiendæ. 98. C
Peruersos sibijpsis nocere. 307. A
Pestilentiæ uis. 40. D
Pestilentiæ malum. 158. D
Petere Christum nihil uiolēter à nobis. 203. B
Petri patientia. 258. D
Petri mansuetudo. 186. D
Pharao quando extinctus & ubi. 39. A
Pharao quare multas pœnas sit passus. 86. C
Pharao quare excitatus. 233. A
Pharaonis luteæ cogitatiões. 180. C
Phariseum operum suorum naufragium fecisse. 223. A
Pharisei quid cum cæco nato agant. 218. D
Pharisei erga cæcum. 353. B
Pharisei gladio uerbi Dei percutiuntur. 132. D
Phariseorum malignitas. 59. A
Phariseorum mores spinæ. 44. D
Phariseorum affectus. 236. D
Phariseos internā & externam iustitiam confudisse. 175. B
Phariseos conuiuijs uti ad inimicitiam. 62. D
Phariseis laqueus à domino positus. 334. D
Pharmaco qui utantur. 159. A
in Pharmacorum natura non esse salutem. 271. A
Philosophari Deo. 23. A
Philosophiæ et sapiētiæ ratio. 34. C
Philosophiæ utilitas. 325. A
Philosophiæ ueteris illectamentum. 202. C
Philosophi cur nō credant uoci dei. 197. A
Philosophi cuiusdā dictū de creditoribus. 81. B
Philosophi ad quid utiles. 159. B
Philosophorum dogmata in ecclesia sunt flagella Aegyptiaca. 163. B
Philosophorum opiniones inania multa habere. 304. C
Philosophorū dicta conferenda. 263. A
Philosophorum amarulenta prata. 264. D
Philosophos fidem coinquinasse. 197. A
Philosophos ueritatē ignorātes prodidisse. 35. A
Philosophos ranis cōparari. 280. C
Phœnicis renouatio. 85. B
Phrenesi laborantes. 66. D
& 68. D
Phrenetici qui. 261. A
Phrenetici quibus similes. 334. D
Phreneticis pharisæi similes. 259. A
Pictoria ars. 27. A
Pictor præter ordinem colores cōfundens. 17. B
Pictorem non aptè pingentem imitari. 235. A
Pictores esse prophetas uirtutis. 262. D
Pictores unius faciei characterem depingere. 159. A
Pictus homo. 110. C
Pietas cōmixta consuetis Imperatorum honoribus. 53. B
pro Pietatis amore omnia facienda. 241. B
Pietatis doctrina omnibus datur. 10. C
Pietatis studiosos perpetua lætitia frui. 178. D
Pietatis mysteria homo malignus nō potest intelligere. 57. A
Pietatem amantes quid comedant. 339. B
Pigmenta quædā animalia interficere. 138. D
Pignus amoris quosdā peregrè proficiscentes relinquere. 257. A
Piratarum mos. 10. D
Pirrhonis instantiæ. 163. B
in Piscatore quid requiratur. 82. D
Pisci aqua uita. 70. C
Pius cum pestilentißimis hominibus uiuere potest. 228. C
Pio omnia maiori gloria redire. 27. A
Pium optare perfectam integritatē. 140. C
Piorum uaria exercitatio. 286. D
Plantæ uirtus. 127. A
Platonicæ facūdiæ incitamenta. 263. B
Pluuia unde. 321. B
Pluuia optima. 352. D
Pluuiæ natura. 264. D
Plutus Deus diuitiarum. 107. B
Poculo dei inebriari. 266. C
Poculis certare. 328. D
Podagræ unde. 76. C
Pœnarum gradus in malo. 161. A
Pœnæ leues & reuocabiles sunt. 137. A
Pœnarū in damnatione differentia. 348. D
Pœnitentia quare data. 123. A
Pœnitentia segnis & solertis. 112. C
Pœnitentia cautum facit. 19. B
Pœnitentiæ bonum. 39. B
Pœnitentiæ medicamenta quando frustra sumantur. 192. D
Pœnitētiæ baptismus Ioānis. 177. B
Pœnitentiæ fructus. 97. B
Pœnitentiæ remediū non negligendum. 39. B
Pœnitentiæ bonum. 288. D
ad Pœnitentiā alios uocare per impœnitentem. 96. B
Poëtas non putare ad rem pertinere uerum dicere. 230. C
Pomum immaturū exagitatum perire. 191. B
Poma in amaritudinem senescere. 266. C
Populi animus erga diuites. 208. C
Populum sine increpationibus non regi. 110. D
Porcos stercora deuorare. 158. D
Possessio longi temporis. 140. C
Potatorum mos. 328. D
Potestas iniquorum euanescet. 127. B
contra Potestates aërias quomodo pugnare poßimus. 246. C
Potestatibus obediendum. 174. C
Potiones noxiæ. 39. B

Pratum

Pratum odoriferum. 345. A
Prauos dominũ reprobare. 346. C
Præcantationes. 130. C
Præceptor spiritualis. 275. A
Præceptores discipulis esse molestos. 202. D
Præcepta Dei transcendenda. 311. B
Præceptis obstãtia amouẽda. 269. B
Prædicatio gratiæ est damnatio delictorum. 192. D
Prædicatio domini omnes sanabat. 197. B
Prædicationis uis. 111. B
Prædicationis officium non cuilibet aptum. 269. B
Prædicatores oculi & dentes. 2. C
Prædicatorum ordo est fluuius. 120. D
Prædonum more hæreticos agere. 137. B
Prælium contra dæmones. 172. C
Præmia sunt consideranda in rebus molestis, non labores. 207. A
Præmia cœlestia ante oculos posita. 287. A
Præmia singulis sua dari. 234. C
Præsentia quomodo intueamur. 236. C
Præuaricatorum mos. 137. B
Precatio lumen animæ. 307. B
Precationis uis. 70. C
Precãdi instantiã interrũpi. 140. C
Preces dominum amare. 220. C
Pressura mundi. 301. B
Primogenitus in multis fratribus. 85. B
Principatus in insaniam hominem propellit. 93. D
Principis nomen habere. 271. A
Principes conditori suo adhæreant. 254. C
Principes iniusti. 83. B
Principum quorundam mos erga subditos. 189. B
de Probitate quis iudicare possint. 30. C
Prodesse nobis quosdam. 125. A
Promissiones suas quando Deus rescindat. 86. D
Promissa Dei sequenda, etsi contraria uideamus. 173. B
Prophanus qui. 219. A
Prophetare quis dicatur. 271. B
Prophetia quid. 326. D
Prophetica dicta quomodo legenda. 271. B
Prophetica historia qualis. 352. C
Propheticæ narrationes. 55. D
Prophetici libri. 331. B
absq; Propheta uero impossibile est noscere, quæ Deo placeãt. 237. A
Prophetæ medici animarum. 200. D
Prophetæ quomodo accipiẽdi. 171. B
Prophetæ apibus cõparatur. 20. D
Prophetarum uiuentium sermones quare non suscipiantur. 19. A
Prophetarum picturæ. 262. D
Prophetas futura præuidere. 237. B
Prophetas uerba à Deo accipere. 231. A
Prosperitate rerum omnes laudant Deum. 81. B
Prouidentiam diuinam uariè subuenire creaturis. 326. C
Proximi utilitas spectanda. 328. C
Psalmorum modulamina. 204. C
Psalmos cibos habere salutares. 232. C
Pseudoprophetas more ranarum obstrepere. 279. B
Pudicitia flos pulcherrimus. 110. C
Pudor quid possit. 95. B
Pugil imperitus. 110. C
Pulchritudo uera in animo. 274. C
Pulices posse hominem interficere. 42. C
Pullus bonus Ioseph. 136. C
Pulli à matre uocati. 68. D
Puer orphanus à barbaris captus. 87. B
Pueri uerberibus coërcendi. 95. B
Pueri quare magistris tradantur. 226. C
Pueros reddi infirmiores cibo multo. 67. B
Puerorum uitia quando cernantur. 235. A
Puerilitas plagis domanda. 105. B
Puerulum somniculosum suscitare. 328. C
Puniri non malum. 148. C
Purgatoria qui non recipiant. 158. D
Purpura regia abutentes. 141. A

Q

Quadragesimale ieiunium. 144. D
Quadrigæ lex Christi comparatur. 173. B
Quæstiones difficiles quare à quibusdam proponantur. 232. C
Quæstiones altiores inutiles. 92. C
Quæstionum sitis. 100. C
Qualitates uariæ corporum terrenorum. 310. D
Quies modica hic Christiano. 33. B

R

Radios inuisibiles penetrare cordis intima. 235. B
Ramum incuruum subitam inflexionem non accipere. 191. A
Rastri ferrei officium. 115. B
Ratio homini quare tradita. 19. B
Ratio immortalis, quæ unicuiq; carni inest. 301. A
Ratio corrupta in peccatoribus. 171. A
Rebelles rotis similes. 280. C
Rebellium pœna. 41. B
Rectorem ciuitatis quid deceat. 137. A
Regenerationis in lauachro uis. 218. D
Regnum cœlorum à multis contemni. 168. C
Regnum cœlorum qua diligentia quærendum. 20. C
Regnum Christi ubiq; dilatatum. 126. D
Regnum Dei. 280. D
ad Regnum Dei festinandum. 129. B
Regis summi iussio attendenda. 186. D
Regem facere, esse populi. 224. D
Reges qui laudandi. 89. A
Regum iniuria. 97. A
Religio primum militiæ uinculum. 211. B
Religio deorum impudica. 191. A
Religionis nulla cõmutatio. 140. C
in Religione cui autoritas maior. 281. B
ad Religiosam uitam quomodo accedendum. 39. A
Religiosos sæpe cogi. 164. D
Reliquiæ spiritualiũ eduliorũ. 103. B
Reliquiæ mortuorum pulchrè indutæ, quibus similes. 240. D
Rempub. picturæ cõparari. 263. B
Renouari omnia. 85. A
Reprehendendi modus. 201. B
Reprehendet nemo ea quæ non intel-

a

intelligit. 272. D
Repugnare Deo neminem posse. (157. A
Requies æterna.281.B.
Res eadem uariè sumpta. 341. A
Res mundi. 49. B
Resurrectio mortuorum. 26. C
Resurrectionis utilitas. 97. B
ad Resurrectionem uitæ æternæ con seruatorium. 66. C
Retributionem futuram cordis operationibus manifestari. 241. A
Retributionẽ homines dare. 143. A
in Retributione Deum esse infinitum. 161. A
Retributiones magnas habere laboriosa. 264. C
Reuerentia erga conditorem qualis esse debeat. 285. B
Rhaab meretrix. 266. D
Ridere Deum insania. 141. A
Ridiculà de diuinis dicere quale peccatum. 42. C
Riui spirituales. 22. D
Rixæ malum. 335. A
Rosa inter spinas. 342. D
Rosaria dementium mos. 264. D
Rudimenta in diuinis rebus. 91. B
Ruinæ causa. 161. A

S

SAcerdotij integri bonum. 322. C
Sacerdos contra sacerdotem. 281. A
Sacerdos singulorum mores addiscat. 252. D
Sacerdos Dei remedijs salutaribus prouideat. 194. D
Sacerdos uulnus à corpore ecclesiæ abscindit. 196. D
Sacerdos prauus. 1. B
Sacerdos in doctrina ne cesset. 129. A
Sacerdos quare nuncius uocetur.
Sacerdotis exultatio. 197. B. (232. B
Sacerdotis diligentis cura. 22. C
Sacerdotis officium. 115. B
Sacerdotis animus ubiq; splendescere debet. 32. D
Sacerdotis gaudium. 30. D
Sacerdotis doctrina ecclesiam in persecutionib. opus habere. 224. D
apud Sacerdotem peccator quomodo apparere debeat. 166. D
Sacerdotem grauare multas difficultates. 203. A
Sacerdotes principes populi. 320. D
Sacerdotes receptacula sapientiæ spiritualis. 322. C
Sacerdotes adeundi, qui ducent ad regnum Dei. 287. B
Sacerdotum potestas. 72. D
Sacerdotum lenitas in corripiendis peccatis. 201. B
Sacerdotum negligentia unde. 135. A
Sacerdotium quorũ non sanũ. 322. D
Sacerdotibus apes comparari. 20. D
Sacramentum corporis domini indignè sumere. 165. B
Sacramenti spiritualis uirtus. 212. C
Sacramentorum dignitas. 318. D
Sacrificare sacrificiũ iustitiæ. 25. B
Sacrificium uiuens. 289. A
Sacrificia pij. 236. C
Sacrificia prisca sanctorum. 191. A
Sacrificia dæmoniaca. 192. D
Sacrificia immunda profert hæreticus. 137. A
Sacrificia quare à Deo permissa. 194. C
ex Sacrilegio lucrum fieri. 37. B
Sæpiarum industria. 302. D
Sagitta fœmineus aspectus. 122. A
Sagittæ Dei. 28. D
Sal insipidus ad nihil utilis. 340. D
Salarium bonæ conscientiæ. 211. A
Salicis semen steriles facere. 139. A
Salomon ad idololatriam à mulieribus inducitur. 185. A
Saltare spiritualiter. 63. B
Saluari paucos in comparatione multorum periturorum. 133. B
Saluari neminem ex seipso. 255. B
Salutis declaratio in qua re sit. 247. B
Salutis nostræ cooperatores sumus. 86. D
Saniorum tyrannus. 110. C
Samuel ad uirtutis fastigium quomodo peruenerit. 25. A
Sanctificare à spiritu. 45. B
Sanctus qui. 193. A
Sanctum membra Christi fouere. 316. C
Sanctum domini quæ mirabilem reddant. 291. B
Sancti uiri quibus profuerint. 63. A
Sancti uiri uirtus. 351. B
Sancti quomodo ante oculos Dei uersentur. 31. B
Sancti dij. 284. C
Sanctorum gaudium in extremo die. 271. A
Sanctorum patientia. 244. C
Sanctorum animus quibus gaudeat. 236. C
Sanctorum mos in cruce. 148. D
Sanctorum uita ad quid utilis. 263. A
Sanctorum gesta quomodo legenda. 171. B
Sanctorum utilitas. 164. D
Sanctorum uita apud Deum abscondita. 347. B
Sanctorum conditio. 75. A
Sanctorum dicta qui intelligant. 310. C
Sanctorum peccata & timor. 272. D
Sanctorum animæ in ipsis peccatis uirtutes præ se ferunt. 77. A
Sanctorum uirtutis insignia. 57. B
Sanctos in necessitate afflictionum positos facilè credere. 5. A
Sanguinem Christi bibere. 340. C
Sanguine suo Christum suos enutrire. 216. C
Sanies ex hulceribus recisis. 281. A
Sanitas quid. 242. C
Sanitas spiritualis. 107. A
Sanitas in corporibus. 29. A
Sanitatis simulationem non prodesse. 4. C
Sanitatem quid impediat. 257. B
Sapiens quæuis rationalis creatura. 154. D
Sapiens seipso contentus. 234. D
Sapiens superbus omnia frustrà tentat. 58. D
Sapiens uirtutem ubiq; profitebitur. 101. A
Sapientis animus. 282. C
Sapientis animus solidus. 170. D
Sapientis ardor internus foris lucet. 319. B
Sapientem uerbis & disputationibus mederi. 196. D
Sapientem sua officia sine tumultu agere. 90. C
Sapientum uerba ut stimuli. 292. D
Sapientum sermo. 44. C
Sapientium uirorũ consuetudinẽ sapientes reddere. 19. B
Sapientia propriè Christus. 154. D

Sapientia lumen cordis humani. 181. A
Sapientiæ nerui & artus. 191. B
Sapientiæ pulchritudinem qui non cernant. 231. A
Sapientiæ splendor. 313. A
Sapientiam non cōputrescere. 205. B
Sapientiā moro comparari. 215. B
Satan quibus insidietur. 222. C & 170. D
Satanæ sæuitia quibus noceat. 119. A
Satanæ quare Paulus scortatorem dederit. 276. C
Satanæ ob maledicum hominem esse indignandum. 199. A
Satanam perditionis laqueos substernere. 144. C
per Satisfactionem renouari. 165. B
Satum mensuræ genus. 113. B
Saul liuore euersus. 185. A
Saulis animus erga Dauidem. 251. A
Scalas ascensuri. 102. C
Scalis in puteum descendere. 61. B
Scandalum in proximum quantum malum. 18. D
Scandalo alijs esse, quale peccatum. 345. A
Scandala fratrum cum dolore ferenda. 15. A
Scelus committens, omnia formidat. 164. D
Scenicus apparatus. 2. D
Sciētia secretorū post opera. 176. C
Scientia boni & mali. 327. B
Scientiam nihil prodesse, si propria uirtus deficiat. 165. A
Scientiam Dei hominem irrigare. 264. D
Scintillæ ignis uis. 17. B
Schismatici sunt Dathan & Abiron. 137. A
Scortatio quale malum. 267. A
Scortatio animi. 66. D
Scortatoris mores. 208. C
Scriptura quomodo legenda. 38. C & 20. D
Scriptura difficilior non mox culpanda. 172. C
Scriptura agro comparatur. 7. A
Scriptura quanta diligentia legenda. 241. B
Scriptura purum aurum. 122. C
Scriptura memoriæ commendanda. 276. C
Scripturæ diuinæ uirtus. 303. A
Scripturæ lumen sequendum. 231. A
Scripturæ sacræ operatio. 201. A
Scripturæ mysteria quomodo consideranda. 120. C
Scripturæ diuinæ. 38. C
Scripturæ lapides preciosi quærendi. 170. D
Scripturæ diuinæ mos. 142. D
Scripturæ familiaritas. 329. A
Scripturæ sanctæ uirtus quando sentiatur. 329. A
Scripturæ expositores. 38. D
Scripturam esse columbam. 298. C
Scripturam habere fraudes dæmonum. 60. C
Scripturæ diuinæ quomodo considerandæ. 275. A
Scripturæ diuinæ quomodo à crassis hominib. producātur. 278. D
Scripturarum lectionis utilitas. 74. C
Scripturarum conuiuium. 268. D
Scripturarum diuinarum ordo intelligendus. 208. D
Scripturarum fontes exhauriendi. 38. D
Scripturarum diuitiæ. 328. C
Scripturarum lectio thesauro confertur. 328. C
Scripturarum diuinarum mare scrutandum. 188. C
Scripturarum mysteria qui cognoscant. 175. B
Scripturas diuinas qui cognoscat. 183. A
in Scripturis Deus absconditus. 58. D
in Scripturis diuinis quomodo maiora quis noscat. 176. C
Scutum diuinæ misericordiæ. 40. C
Secreta habere. 299. B
Secularis homo. 1. B
Seculariū hominū multitudo. 330. C
Secularia lædere. 315. A
Seculum turbulentū mare. 226. D
Seculi amatores. 60. D
Seculi dilectores. 25. A
Seges cultu destituta. 11. A
Seges cordis nostri. 308. C
Segetem nimia ubertas sternit. 19. A
Segregatio piorum. 26. C
Seleucis auis. 102. C
Semina fertilius germinantia. 3. A
Semina spiritualia. 103. B
Semina in sulcis suffossa. 282. D
Sensum principalem animalibus nō esse dilucidum. 160. D
Sensus animi exercitati. 78. D
Sensus interni. 290. D
Sensus spirituales in anima perdere. 215. A
Sensibus obstrepentibus resistendum. 105. A
Sentiendi uis. 117. A
Sentinam mergere nauim. 255. B
Sepulchrorum scenæ. 145. A
Sermo mordax unde. 32. C
Sermo Dei calculus. 45. B
Sermo ociosus ubi spiritus sancti operatio abest. 226. C
Sermonis Dei uis. 28. D
Sermonis uis. 136. D
Sermonis uastitas inutilis. 21. B
Sermonem colligare loco separatos. 176. D
Sermonem Dei pro qualitatibus hominum loqui. 199. A
in Sermone simus cauti. 277. B
Sermones cum iudicio dispensandi. 163. A
Sermones asperos magis exacerbare. 191. B
Sermones spirituales pijs grati. 52. D
Sermonum Dei utilitas. 168. D
Sermonum narratio. 344. D
in Sermonibus nostris mentem perpendi. 252. D
Serpens dicitur diabolus. 90. D
Serpentis pœna. 252. C
Serpētes cur Deus fecerit, nemo capit. 172. C
Serpentes quando moriantur. 220. D
Serpentum uenena quomodo tollenda. 192. D
Seruatorem non opus habere salute. 194. D
Seruus malus. 285. A
Seruo ære empto similis quis. 304. D
Seruum delicatè enutrire. 230. C
Serui diaboli. 314. D
Seueritas bona. 199. B
Signum circuncisionis. 116. D
Signi Dei utilitas. 40. D
Signa deitatis. 81. B
Signa societatis dæmonum. 19. A
Signa quare adhibita à Deo. 5. B
Silentij fructus. 220. D

Similitudo formæ similium. 336. D
Simulachrũ regis qui cædant. 139. A
Simulachro Dei opus non esse. 196. C
Simulachra uiuentia Dei excolẽda. 90. C
Simulatorum bonorum. 304. C
Simplicitatem per se nihil conferre. 259. A
Sitire diuina. 270. C
Societas ex miseratione. 240. C
Societas uirtutis & malitiæ. 182. C
Sodomitæ quare perierint. 5. B
Sodomitæ admonentur per Lot. 196. C
Somno quantum indulgendũ. 319. B
Sol unde dictus. 308. D
Sol semper bonus. 43. A
Sol radios suos profert. 194. D
Sol iustitiæ in agro dominico. 269. A
Sol nox ad Dei claritatem. 177. B
Solis radius speculo exceptus. 207. B
Solis radijs qui similes. 177. A
Solus quando homo sit. 20. D
Solis lux. 319. A
Solis fulgor stellas obtegit. 146. C
Solis splendorem in aëre apparere. 4. C
Solem in aqua uidere. 227. A
Solem non minui. 332. D
Solem oculos afficere. 24. C
à Sole iustitiæ quidam se auertunt. 310. D
Soles multos in cœlo esse non posse. 218. D
Soleis qui utantur. 80. C
Solicitudinem animi Deum præparare. 274. D
Solitaria uita. 342. C
Spectaculorũ amatoribus quid accidat. 167. D
Speculum sordidum. 18. B
Speculum ueritatis. 107. B
Speculum solis radios in se recipere. 21. B
Speculi nitor. 110. C
Speculo scripturam esse similem. 295. B
Spes nulla de quo. 8. C
Spes cogitationum. 128. C
Spes in tentationibus peregrinationis nostræ. 226. D
Spem metus sequitur. 49. A
Spem patientes facere. 16. C
Spicas manibus more discipulorum confricare. 241. B
Spina pede calcata. 48. C
Spiritualia recuperari posse. 282. C
Spiritualia margaritæ similia. 315. A
Spiritualia quando omnia. 289. A
Spiritualibus qui frui possunt. 48. C
Spiritualis unde. 91. B
Spiritualium mores. 340. C
Spiritus quare fidelibus datur. 211. A
Spiritus energia. 306. D
Spiritus nequam. 295. A
Spiritus mali societatem qui non admittant. 286. C
Spiritus liberalis gratia. 284. C
Spiritus corpus relinquens. 17. B
Spiritus organa. 80. C
Spiritus animam à peccatis abluit. 21. B
Spiritus præsumptionis. 34. D
Spiritus subministrationem qui non capiant. 186. D
Spiritus excelsi & gloriosi natura. 182. D
Spiritum unum implere duo corda. 329. A
Spiritus consummatè acceptus dat liberè loqui. 91. B
Spiritus sanctus in fidelibus quẽ ad modum. 74. D
Spiritus sanctus non alienæ naturæ. 118. C
Spiritus sancti actio. 306. D
Spiritus sancti uis nõ semper se exerit. 29. A
Spiritus sancti infusio. 320. C
Spiritus sancti uirtus. 155. A
Spiritus sancti distributio. 187. B
Spiritum rationalem rebus corporalibus inflari. 242. C
Spiritum sanctũ pro nobis postulare. 196. D
à Spiritu sancto resilire. 317. A
in Spiritu sancto omnis natura donorum. 193. B
Sponsæ anima similis. 297. B
Sponsæ dos. 343. A
Sponsam suam Christus nobis commendauit. 189. A
Spumam turgentem dilabi. 317. B
Stadium Christiani. 178. C
Status causæ miserrimus. 176. D
Stellam à stella differre. 348. B
Stillicidium cauare lapidem. 169. B
Stimulus carnis quare ab Apostolo non sublatus. 261. B
Stipulæ collectæ in messe. 257. B
Stoicos ingressos uirilem uiã. 319. B
Stomachi officium. 322. C
Structuræ recentes. 269. B
Studia læta mentes ægras permulcere. 236. D
Stultitia sapientiæ nobis fuit causa. 82. C
Stultũ omnia cõcitata habere. 140. D
Stulti qui maximè. 197. A
Sues in cœno sese obuoluẽtes. 167. B
Summos ferocium. 316. D
Suffumigatoriũ regale. 238. D
Superbia radix omnium malorum. 349. A
Superbia peccatorum omnium caput. 47. A
Superbia causa omniũ morborum. 203. B
Superbiæ augmentum. 35. A
Superbiæ apex & desidiæ uorago uitanda. 154. C
Superbiæ malum. 103. B
Superbus uir. 341. A
Superstitio quando ferueat. 116. D
Superstitionem uiolare religionem. 280. D
Supplicium post uoluptatem. 63. A
Supplicia sceleribus quando addenda. 137. A
Supplicia publica sceleratorum quare à Deo præponantur. 172. D
Suspicione quosdam terreri. 323. A
Sutoria ars. 27. A
Synapis uirtus. 329. A

T

TAbernacula multa Dei. 94. D
Tactum suam naturam sentire. 154. D
Tauros puniceo colore efferri. 189. A
Taurorum certamina. 199. A
Tellus spiritualis. 13. A
Telum aquam perforans. 86. D
Tela diaboli. 139. A
Tẽpestatis ne obliuiscamur. 254. D
Tempestatum uis. 251. A
Templa sanctorum. 284. D
Temporales res neminem comprehendere. 351. A

Tempus ad incrementa uelox. 25. A
Tempus cuiq; officio destinatum. 204. C
Tempora res gestas digerere. 7. B
Tenebras profundas parua scintilla illuminari. 181. A
Tenebrae quare uniuersum mundũ obducant. 199. D
Tenebrae quid. 185. B
in Tenebris nihil agnoscimus. 256. D
Tentari quare permittamur. 196. C
Tentatio tentationem excipit. 331. A
Tentationis utilitas. 35. B
Tentationes esse sal. 48. D
Tentationes diabolo plagas infligere. 302. D
Tentationes uariae mentis hominis. 140. C
Tentationum incursus ad patientiam parant. 26. D
Tentationum sulcos subsequi fructificationem. 31. A
Tentationum utilitas. 87. A
Tentationum flatus. 122. C
Tentationibus multis carnem uexari. 246. D
in Tentationibus qui tuti. 175. A
Terram sine semine non fructificare. 141. A
in Terris solidum nihil. 24. D
Testamentũ dei cũ hominib. 229. B
Testudinis gradus. 1. B
Theatra magna mala efficere. 65. B
Theologorum intelligentiam qui assequantur. 310. C
Theologorũ uerba excitare. 44. C
Thesaurus deficere nesciens. 351. B
Thesaurus spiritualis. 36. C
Thesauri ueri. 141. C
Thesauri diuini. 327. B
Thesauri coelestes. 170. D
Timere dominũ quanta res. 96. D
Timendus Deus. 141. B
Timiditas unde nascatur. 204. D
Timor uerborum. 150. D
Timor Dei quid possit. 59. A
Timoris Dei coagulum. 78. C
Torcular est ecclesia. 28. C
Tribulationis utilitas. 331. B
Tribulationes iustorum utiles. 37. B
Trinitas quomodo sibi cohaereat.
Trinitatis probatio. 123. B. (181. B
Tristitia congrua bona res. 67. B
Tristitia & mors unde. 336. D
Tristitia nemo caret. 70. D
Tristitiae multum in aetatibus. 71. A
Tristitiae diuersae consortes sumus. 59. A
Tristitiae nebula. 231. A
Tristitiam dolores incitare. 61. A
Triticum suffocari ab herbis. 132. A
Tubicinem milites animare ad uirtutem. 224. D
Turcam lacessere. 331. B
in Turri consistentes duo consequi bona. 82. D
Tyranni quare. 86. C
Tyranni nomen quosdam sibi sumere. 189. B
Tyri habitatores. 272. D

V

Valetudines malas parentũ saepe in corporibus filiorum apparere. 255. A
Vanitati se credentes quibus similes. 227. B
Vas tetrum prius mundandum. 134. C
Vas fictile homo. 140. D
Vasa mortis. 28. D
Vasa urbana & rusticana. 337. A
Venenum aspidis. 256. C
Venenorum antidoton. 153. A
Venter plenus. 304. D
Venter pinguis. 70. D
Ventres diuitum. 114. C
Ventus anxietatis. 188. C
Vento nullus labor puluerem dissipare. 167. B
Verax nullus homo si comparatur deo. 146. C
Verbum dei. 6. D & 205. B
Verbum qua diligentia audiendũ. 280. D
Verbum dei quomodo audiendum. 14. D. & 344. D & 242. D
Verbum quando ad salutem proficiat. 242. D
Verbum dei cum desiderio audiendum. 99. B
Verbũ dei arena infidelibus. 133. B
Verbum dei omnibus congruens. 186. D
Verbum dei sine unctione frustra praedicari. 183. A (191. D
Verbum prodesse animae aegrotãti. 157. B
Verbum dei cor lapideum auferre. 157. B
Verbum dei gubernaculum nauis huius seculi. 347. B
Verbum immutabile. 118. C
Verbum in animo. 29. A
Verbum dei non pollutum. 312. D
Verbum dei cibus animae. 55. A
Verbum dei quando radicetur. 305. A
Verbum dei quomodo ab improbis accipiatur. 553. A
Verbum dei scintilla naturam nostram inflammat. 153. B
Verbum dei candidum linteum. 89. A
Verbum duritiam cordis relaxare. 115. B
Verbum dei animum iuuare. 351. B
Verbũ dei in anima formari. 270. C
Verbum in corde stulti. 289. B
Verbi diuini tractator qualis esse debeat. 121. A
Verbi dei oppugnatores. 307. B
Verbi dei uis uaria. 138. D
Verbi dei mysteria qui capiant. 117. A
Verbi dei calor. 115. A
Verbi coelestis bonitas. 204. C
Verbi dei amatoris lucta. 149. B
Verbi dei uis. 288. C
Verbi dei seminatores. 60. D
Verbi dei gustus. 135. B
Verbi praeco. 9. A
Verbi diuinitas impassibilis. 313. B
Verbo dei moliti. 133. B
in Verbo ueritatis insatiabile desiderium. 319. B
Verba dei non facilè imprimi animo nostro. 314. D
Verba facta comitari debere. 146. D
Verecundiae bonum. 30. D
Veritas per fidem in animabus relucet. 307. B
Veritatis aduersarij quae poena digni. 137. B
Veritatis deformatio requirit pulchritudinem. 155. B
Veritatem dei mentem nostram petere. 234. C
Veritatem dolum pati. 340. C
Vespam in petra perdere aculeum. 19. A
Vestium superfluitas. 213. A

Vestitum superfluũ turbationem habere. 187. B
Vexationum initia à nobis ipsis. 147. A
Viãdi lex præscripta duce Christo. 209. A
Via ad uitam. 257. B
Viam spiritualem grassari. 327. A
Viam longam præoccupare. 349. A
Vias uerbi Dei quosdã relinquere. 165. A
Viaticum bonorum operũ. 36. D
Viator uiam nesciens. 260. C
Viatorum mos. 84. C & 144. D
Victimæ Iudæis quare concessæ. 165. A
Victoria quærẽda sine alterius fraude. 317. B
Victoria nulla sine pugna. 273. A
Victoria in rebus diuinis qualis. 40. D
Viduæ desolatæ officium. 343. A
Viduæ continentes. 30. C
Vigilantia perpetua pio opus. 36. C
Vilia quibus odio sunt, reprehensionem diligunt. 187. B
Vincula spiritualia fortiora naturalibus. 217. A
Vinum omnia in medium proferre. 219. A
Vinum spirituale. 341. A
Vini incendium. 150. D
Vini uice sanguinem fundere. 149. A
Vini & deliciarum euaporationes. 177. C A
Vini & Christiani comparatio. 81. B
Vinolentorum ora. 332. D
Vir gloria Dei. 316. D
Viri & fœminæ coniunctio. 318. D
Viri & fœminæ tactus. 154. D
Viri & mulieris concordia. 66. D
Viribus periclitari proprijs. 53. B
Virginitas Christi. 52. D
Virginitatem præstare non ualens, quid agere debeat. 350. D
Virgo castitatis imago. 293. B
Virginis aluus quomodo floruerit. 52. C
Virginis anima quomodo inficiatur. 169. A
Virginis proprium. 183. D
Virginis institutio. 10. D
Virgines quare pudibundæ. 164. C
Virginum chorus. 40. D
Virginũ custodia qualis adhibenda. 213. A
Virginum admonitio. 44. C
Virtus diuersas habet actiones. 93. A
Virtus non sine hoste. 339. B
Virtus præclari uiri. 351. A
Virtus & uitium in anima. 292. C
Virtus sine exercitatione non est. 40. C
Virtus immobilis. 348. C
Virtus operibus ostendenda. 292. C
Virtus uera nescit interire. 273. B
Virtutis cursus. 83. B
Virtutis non una uia in diuinis. 142. D
Virtutis uoluptas. 185. B
Virtutis efficacia. 179. A
Virtutis iter quomodo impediatur. 53. B
Virtutis bonum. 313. A
Virtutis bonum quomodo cumulandum. 45. A
Virtutis diuinæ sensum inuenire. 208. D (164. C
Virtuti quomodo applaudendum.
Virtuti uacans securus est. 258. D
Virtutem Deum omnibus largiri. 85. B
Virtutem ab impetu fortunæ cædi. 228. C
Virtutem omnes perspicere posse. 236. C
Virtutem magnã habere cœlestia. 169. B
Virtutem ubiq; suam uim exerere. 187. A
Virtutem ex longinquo utilitatem trahere. 290. D
Virtute præditos mens & mores faciunt. 228. C
Virtutes quasdã in procliui esse. 69. B
Virtutes sanctæ quid possint. 115. B
Virtutes magni pretij. 120. C
Virtutũ cõtemptores fluctibus comparari. 258. D
Virtutum operationes. 63. D
Virtutum diuitiæ. 37. D
Virtutum studium colendum. 325. B
Virtutibus omnibus quomodo uti debeamus. 302. C
Visus interior. 233. B (84. D
Vita æterna quomodo quærenda.
Vita nauiganti similis. 221. A
Vita perfecta spatio breui. 72. D
Vita piorum & impiorum diuersa. 132. D
Vita hominis solitaria nõ laudanda. 32. D
Vita hominum quando non tuta. 140. D
Vita præsens quasi uia porrecta. 145. A
Vita hominis quomodo dispẽsanda. 206. D
Vita humana uia. 144. D
Vita solitaria an homini cõueniens. 165. A
Vita quomodo instruenda. 149. B
Vita non sine luce. 180. D
Vita iustorum palmæ similis. 167. A
Vita omnis secundum gradus imbuitur. 70. C
Vita præsens qualis. 2. D
Vita præsens carceri non dissimilis. 49. A
Vita peracta ministris aliquid porrigitur. 59. A
Vita hominis tentatio. 299. B
Vita beata summum bonum. 320. C
Vitæ curriculum. 221. B
Vitæ nostræ finis aliquis. 29. A
Vitæ humanæ tempus. 19. B
Vitæ prima causa Deus. 147. A
Vitæ æternæ conditio. 163. B
Vitæ uirtuosæ finis. 13. A
Vitæ cursus. 83. A
Vitæ beatæ fundamentum. 294. C
Vitæ iter. 302. D
Vitæ desiderium omnibus implantatum. 271. B
Vitæ præsentis difficultas. 266. D
Vitam præsentem optare, nõ esse criminidandum. 107. A
Vitã humanã esse transitoriã. 222. C
Vitã nõ manere absq; spiritu. 177. B
Vitã iustorũ per palmã significari. 25. A
ad Vitam æternã assequendã neminem festinare. 231. B
ad Vitã inhabilis nõ accedat. 282. D
in Vita impedimenta multa. 353. A
in Vita multa pericula. 320. D
in Vita uigilandum. 299. B
Vitium in membro aliquo corporis. 117. A
Vitium cura. 10. D
Vitia corporis animæ nostræ claude

re aditum. 74. C
Vitia secularium hominum. 30. C
Vitia demonstrare uirtutis bona. 5. A
Vitia de animis detrahenda. 7. B
Vitia quomodo de populo secanda. 115. B
Vitia omnia in omnibus. 140. D
Vitia occulta in animis hominum. 79. A
Vitiorum nostrorum Deũ non esse autorem. 46. C
Vitri puritas ex harena. 208. D
Viuere quosdam sine causa super terram. 207. A
Vlcus in animo quomodo sanandũ. 58. C
Vlmus ex sese sterilis. 92. C
Vltio Dei erga quos maior. 39. B
Vltio propter peccata nostra. 190. C
Vlulæ qui comparentur. 179. A
Vmbra in aqua relucens. 324. C
Vmbræ in picturis. 46. D
Vmbris qui comparandi. 260. C
Vnctionis sacramenti uirtus. 219. A
Vnguentum suffocare sues. 338. D
Vnguentum pretiosum animarum. 96. C
Vnguenta spiritalia. 110. D
Vngues præcisi. 338. C
Vnigenitus qui. 271. A
in Vnitate uniuersam naturam consistere. 218. D
Vocatio secundum propositũ Dei. 84. D
Vocati quare à Christo simus. 207. A
Volumen uolans. 138. C
Volumina Sacra ediscentibus quid accidat. 244. C
Voluntas concors. 234. C
Volũtas ad res Dei applicãda more nauigantium. 206. C
Voluntas Dei natura imperscrutabilis. 86. C
Voluntatis testem requiri. 92. C
Voluntates bonas nasci. 325. A
Voluptari cum meretricibus. 102. D
Voluptas praua animi dolor. 349. B
Voluptas non merces uirtutis. 31. B
Voluptas longanimorum. 17. A
Voluptas qualis res. 294. D
Voluptatis nomen. 132. C
ex Voluptate peccata oriri. 69. A
Voluptatum sectatores. 42. C
Voluptatum malum. 188. C
Voluptatum improbarum pœnitentis. 294. C
Voluptarij homines taxãtur. 167. B
Voluptarij homines. 51. B
Vomitum mouere mellis satietatem. 204. C
Vox Dei in rota. 288. D
Vox cœlestis audienda. 143. A
Vrbi magnæ psalmorũ liber comparatur. 272. D
Vsura auctior. 121. B
Vsuræ uenenum. 256. C
Vsurariæ pecuniæ mos. 172. D
Vterum maternũ nouem mensibus nos tenere. 206. C
in Vtilitatem nostræ salutis omnia facienda. 97. A
Vua in uite. 69. B
Vuam melius uestiri pampinis dissectis. 214. D
Vuas acerbas esse peccata. 255. B
Vulgi mores. 208. D
Vulneris putredo pestifera quomodo sananda. 72. C
Vulnera quomodo sananda. 58. C
Vulnera cogitationum. 29. A
Vulnera amici. 162. C
Vulnerum medicina. 52. C
Vulpibus hæreticos assimilari. 137. B
Vultus domini super facientes mala. 348. D
Vultus Dei omnibus æqualis. 309. A
Vxor socia sit imperij. 190. C
Vxor proba deligenda. 184. D
Vxor quæ non bona. 342. D
Vxor blandè cum uiro agat. 43. B
Vxor pulchra res suspitionis plena. 71. A
Vxorem Cæsaris omni suspitione debere uacare. 289. A
Vxorẽ Abrahæ saluã à rege exijsse. 343. B
cum Vxore dissidens, indignus fide. 161. B
Vxorum prauos affectus uiros corrumpere. 222. C

INDICIS FINIS.





SIMILITVDINVM ET DISSIMILITVDINVM LIBER, EX ORTHODOXORVM ECCLESIAE DOCTORVM LVCVBRATIONIBVS SVMMA DILIGENTIA ET *maximis laboribus per* IOANNEM GASTIVM *decerptus, in usum studiosorum Theologiæ sacræ & ueræ.*



ICVT ergo Abraham præcessit fidei iustitia, & accessit circúcisio, signaculum iustitię fidei: Ita in Cornelio pręcessit sanctificatio spiritalis in domo spiritus sancti, & accessit sacramentū regenerationis in lauachro baptismi. Et sicut in Isaac, qui octauo suæ natiuitatis die circuncisus est, præcessit signaculum fidei iustitiæ, & quoniam patris fidem imitatus est, sequuta est in crescente ipsa iustitia: Ita & in baptisatis infantibus præcedit regenerationis sacramentum, & si Christianam tenuerint pietatem, sequitur etiam in corde conuersio, cuius mysterium præcessit in corpore.

B Si quis enim sumat absynthij pusillū, & mittat in amphorā mellis, non in totū mel exterminabit, & tantum mellis à modico absynthio disperit, & perdit dulcedinem mellis, & iam non habet gratiam apud dominum suum, quoniam usum suū perdidit. Vide enim, quoniam æquanimitas dulcissima est plus quàm mel, & utilis erit domino, qui in ipsa commoratur. Si ergo iuxtà fuerit iracundia, æquanimitate contribulatur animus, & non est utilis oratio illius.

Disce quid faciendum tibi, ab eo qui accipitrem portat in læua, ut iactet ad dexteram, & sic prædam capiat. Si euolare facit eū ad sinistrā, nihil capit, perdit operam impensam. Ita tu secularis homo, cuius cor in lęua, id est, bonis temporalibus requiescit per amorem, fac accipitrem tuum, id est, animam, euolare ad dexteram, id est, uitam æternā, ut capiat eam, ut à læua ad dextram transeat, dum bona temporalia in pias causas erogas.

Quomodo *liris* & aceruí hinc atq; illinc de lapidibus & sabulo congregantur: Ita & hæretici de sapientia seculari & argutijs hominum, fraude atq; mendacio simulachra componunt: & cùm hoc fecerint, tardis gressibus in uno mouentur loco, & totum orbem occupare non possunt. Testudo tardigrada & onerata, imò oppressa pondere suo, non tam ambulat quàm mouetur, hęreticorum grauissima peccata significans, qui suis in cœno & uolutabro luti, & instar boum cuncta pro terrenis frugibus laborantes deturbant.

Maiorem date operā concordandis uobis, quàm redarguendis: quia sicut acetum corrūpit uas, si diutius ibi fuerit: sic ira corrūpit cor, si in aliū diem durauerit.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis est contrarius: Ita sacerdos in ecclesia prauus per acredinem peccati, fidelium sensus obtundere facit, atq; erroris ignorantia, oculos cordis eorū ab intuitu fidei, seu intellectu rectitudinis, dum caligāt, uelut fumus excæcat. Sicut hæreticorum perfidia bonis doctoribus molestiam generat & lachrymas: Sic malè uiuens catholicus, eis qui se fidem suam ex operibus

 osten

C oſtendere iuſſerunt, per inertiam grauis eſt. Oculi quippe & dentes prædicatores ſunt ſanctæ eccleſiæ, qui ei & recta itinera præuidere, & alimenta ſpiritualia ſuggerere ſolent. Porrò acetum, quod à uino degenerat, & fumus qui ab igne aſcendens euaneſcit, eos qui ab eccleſiaſtica ſuauitate & charitate per ſuperbiam uel ſocordiam recedentes, hanc etiam uerbis impugnãt, figurate denunciant, de quibus dicit Ioannes: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.

Vt enim quæ acrimoniam habent, cibi appetentiam faciunt: Ita cruces & calamitates iniiciunt deſiderium Chriſti, & omniũ aliorum cœleſtium bonorum.

Quemadmodũ uniuſcuiuſq; actio dicenti ſimilis eſt: ſic genus dicendi aliquãdo imitatur publicos mores.

Quemadmodum actores in ſcena regum ac ducum perſonas, item medicorũ ac rhetorum, ſophiſtarum ac militum aſſumentes ingrediuntur, quum ipſi nihil horum ſint: Sic ſanè & in præſenti uita, paupertas ac diuitiæ nihil aliud ſunt quàm perſonæ. Sicut igitur in theatro ſedens, ſi quem uideris ex his qui extra ſcenam pedibus ingrediuntur, perſonam geſtantem regis, non iudicas eum beatum, neq; regem eum credis, imò nec ipſe optaris eſſe talis, ſed quum ſcias quòd ſit quiſpiam ex his qui uerſantur in foro, funium opifex, aut faber ærarius, aut aliud quicquam tale, non iudicas illum beatum ob perſonã, aut ob ueſtem ad talos demiſſam, neq; ex hiſce rebus æſtimas illorum uitam, ſed deſpuis potius illum ob aliam uilitatem: Sic ſanè & hîc, uelut in theatro, uidelicet in mũdo ſedens, & in ſcena ludentes ſpectans, ubi uideris complures diuites, ne putes uerè diuites eſſe, ſed diuitum obtectos perſonis. Nam quemadmodum ille qui in ſcena regem aut belli ducem agit, frequenter eſt famulus eorum qui ficus aut botros uendunt in foro: Itidem & hîc diues crebrò pauperior eſt omnibus. Quòd ſi detraxeris illi perſonam, ſi conſcien-
D tiam explices, & ingrediaris animum, multam illic offendes uirtutis inopiam, cõperiesq; omnium hominum abiectiſſimum. Quemadmodum enim inſtante ueſpera, digreſſisq; qui conſederant, ubi fuerint è theatro egreſſi, habitumq; fabulæ depoſuerint, qui prius reges ac duces eſſe uidebantur, pòſt apparent hoc quod ſunt: Ita ſanè & nunc, poſtquam mors aduenerit, theatrumque dimiſſum fuerit, quum diuitiarum paupertatisq; perſonas depoſuerint omnes illuc profecti, atq; ex ſolis operibus iudicati, declarant qui uerè ſint diuites, qui uerè pauperes, qui honorati, et qui humiles. Itaq; frequenter fit, ut qui hîc in diuitum numero fuerit, illic reperiatur omnium pauperrimus.

Sicut qui adamantem ſecat, nihil adamanti nocet, ſed ſeipſum fatigat, & robur ſuum imminuit, & contra ſtimulos calcitrans, ſuos pedes cruentat: In hunc modũ res ſe habẽt noſtræ cum ſalutis noſtræ aduerſario, ſi armis, quæ nobis ſpiritus ſancti gratia exhibet, continuò nos muniamus. Tanta enim illorum uirtus eſt, ut radios inde fulgurantes aduerſarius ſuſtinere nõ poſſit, ſed illis oculi ſui excæcent.

Vt Adæ indignamur meritò omnes, quòd uxori ſuæ potius obediuerit quàm Deo: Ita & nobiſipſis diſpliceamus, quòd carni noſtræ, aut quibuslibet aliis creaturis magis quàm Deo placere ſtudemus.

Quemadmodum in adminiſtratione domeſtica, ad præcipuum opus ſeorſim quiſq; ſegregatur: Ita & in eccleſia differentes ſunt miniſteriorum diſtributiones.

Quemadmodum adoleſcens, iam non cupit tractari ut filius, ſed cupit exerceri duris laboribus, ut mercenarius, tantùm ut in domo paterna maneat: Ita nõ affectemus in hoc ſeculo multam & magnam felicitatis maieſtatem, ſed quæcunq; aduerſa nobis immittuntur, ſentiamus ea multò minora eſſe, quàm peccatis noſtris meriti ſumus. Et tamen quia peccata propter Chriſtum remiſſa ſunt, reputemus non eſſe pares afflictiones præſentis temporis, ad gloriam quæ reuelabitur erga nos per Ieſum Chriſtum.

A Perinde ac si quis aduersarium suum uidens trepidantem, metuq́ue fugientem, simularet imbecillitatem, quò illum prouocet, mox ille qui fugiebat, respiciens ad illius imbecillitatem, sumpta fiducia aggrediatur: deinde praeclarus ille luctator, qui imbecillitate prouocarat, propria uirtute uinceret: Sic dominus humana infirmitate prouocans aduersarium, sua uirtute corroborauit hominē aduersus hostē.

Quemadmodum nullus sine aduersario triumphat aut coronatur: Sic neque probatus, nisi per adflictiones potest. Hieron.

Vt aduersitas magis auget desiderium in Deum: Sic semina messiū gelu cooperta fertilius germinant: Sic ignis flatu premitur, ut crescat.

Sicut aduocatus à malefactore instructus, ad tribunal accedit, & personam gerit eius cui patrocinatur, et omnia crimina eius qui iudicatur, in se assumit, et quasi pro seipso apud iudicem causam agit, tametsi criminum minimè reus sit: Eum in modum & dominus noster Iesus Christus uenit è coelis impeccabilis. Peccatū enim non fecit, induit me Adam, assumpsit in se mea crimina. Ipse enim peccata nostra portat, & pro nobis dolet. Induit me Adae personā, & pro me intercedit.

Quemadmodum cum aedibus facimus, inueteratas perpetuò restituentes: Ita & in teipso facias. Peccasti hodie? inueterasti mentem tuā. Ne desperes, neq́ue decidas, sed renoua ipsam resipiscētia, lachrymis, cōfessione, bonorúmq́ue operū studio.

Haec autem tota aedificatio, per quam ecclesiae per partes corpus augetur, mutua in se charitate complebitur. Totas rationabiles creaturas sub unius rationabilis animalis intelligamus exemplo: & quodcūq́ue de his membris dixerimus & partibus, hoc sciamus esse referendum ad unamquanq́ue rationabilem creaturam. Putemus hoc animal ita per artus, uenas, carnesq́ue laceratum, ut nec os ossi haereat, nec neruus iungatur ad neruum, separatim oculi iaceant, seorsim nares, manus

B alium locum teneant, aliò proiecti sint pedes, & reliqua membra in hunc modū inter se dispersa sint & diuisa. Finge aliquem uenire tantae scientiae medicū, qui iuxta fabulas Ethnicorum, Aesculapium possit imitari, & in nouam figuram, nouumq́ue nomen Virbium suscitare: hic necesse habebit unumquodq́ue membrum suo loco restituere, & compagem copulare compagi, & quodam glutino partibus restitutis, unū corpus efficere. Huc usq́ue nobis una similitudo processerit. Nunc in eādem similitudinem ad id quod intelligi uolumus, aliud trahatur exemplum. Paruulus crescat, & occulto aeuo in perfectam adolescat aetatem, suum manus augmentum habebit, sua pedes sentient incrementa: uenter dum nescimus impletus, humeri, dum fallūtur oculi, dilatanē, & omnia membra per partes iuxta mensuram suam sic crescunt, ut tamen non sibi, sed corpori uideātur augeri. Ita igitur & in restitutione omnium, quando corpus totius ecclesiae nunc dispersum atq́ue laceratum, uerus medicus Christus Iesus sanaturus aduenerit: unusquisq́ue secundum mēsuram fidei & agnitionis filij Dei, quē ideo agnoscere dicitur, quia prius nouerat, & postea nosse desinit, suum recipiet locum, & incipiet id esse quod fuerat. Ita tamen ut non iuxta aliam haeresim, omnes in una aetate sint positi, id est, omnes in angelos reformentur, sed unūquodq́ue membrū iuxta mensuram & officiū suū perfectū sit. Verbi gratia: Vt angelus refuga id esse incipiat, quod creatus est: & homo qui de paradiso fuerat eiectus, ad culturā iterū paradisi restituatur.

Sicut aedificatores nodosos lapides, & habentes torturas, ferro dolant: postea uerò ponunt eos in aedificio, alioqui non dolati lapides lapidibus non cohaerent: Sic & ecclesiae doctores, uitia hominum, quasi nodos, acutis increpationibus primùm circuncidere debent, & in ecclesiae aedificatione collocare: alioquin uitijs manentibus, Christiani Christianis concordare non possunt. Vnde putas lites in ecclesia, inimicitias, altercationes inuicem, nisi propter auaritiam, propter inuidiā, aut propter superbiam, propter uanos honores?

C Sicut aër iste per semetipsum non lucet, sed tenebrarum uocabulo nuncupatur, capax tamen solaris luminis est: Ita nostra natura dum per seipsam consideratur, quædã tenebrosa substantia est capax ac particeps lucis sapientiæ. Et quemadmodum præfatus aër, dum solares radios participat, non dicitur per se lucere, sed solis splendor dicitur in eo adparere, ita ut naturalem suam obscuritatem non perdat, & lucem superuenïẽtem in se recipiat: Ita rationabilis nostræ naturæ pars dum prǽsentiam Dei uerbi possidet, non per se res intelligibiles, & Deum suum, sed per insitum sibi diuinum lumen cognoscit.

Sicut impossibile est ignorare aërem ubique diffusum, & non longè ab unoquoque nostrum existentem, imò etiam in nobis existentem; Ita profectò & omnium opificem.

Sicut æger non debet reprehendere medicinalem doctrinam, si aliud ille hodie præceperit, aliud cras, prohibens etiam quod antè præceperat (sic enim habebat sanandi eius corporis ratio) Ita genus humanum ab Adam usq; in finem seculi, quandiu corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ægrum ac saucium, nõ debet diuinam reprehendere medicinam, si in quibusdam hoc idem, in quibusdã uerò aliud prius. aliud posterius obseruandum esse prǽcipit, prǽsertim cũ se aliud præcepturum esse promisit.

Quemadmodum si quando æger uiderit medicum sumentem cibum, etiam ipse incitatᷣ: Ita certè et hic erit, si uiderit te plorantẽ, emollitᷣ bonus uir, ac mitis erit.

Non dolet malus, dole tu, fortassis & ille dolebit.

Nũquid potest placere domino, si quis cùm adhuc uersetur in iniquitatibus, & iniustitiã corde inclusam teneat, dicat se agere pœnitentiam? Simile est ac si quis æger se sanũ simulet, magis ægrotabit. Quia nihil ei prodesse potest simulatio sa-

D nitatis, cùm uerbo adumbretur, non ullo fulciatur subsidio uirtutis.

Quemadmodum nihil differt, utrum ægrum in ligneo lecto, aut in aureo colloces, quocunq; illum transtuleris, morbũ suum secum transferet: Sic nihil refert, utrum animus æger in diuitijs aut in paupertate ponatᷣ, malum suũ illum sequitᷣ.

Quomodo solent ægri, qui lentius ægrotant, cùm sanitas longè est, uicina sanitate plus ǽstuare, remissionem criticam medici uocant, per quam transitur ad sanitatem: Sic & infirmus animo transiturus ad fidei firmitatem, penè cadit in blasphemam uidelicet dubitationem de prouidentia Dei, aut iniquam iudicationem de iniqua dispensatione bonorum & malorum.

Quod ægris euenit, quos longa imbecillitas usq; adeò affecit, ut nunquam sine offensa proferantur: Hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo inficiuntur. Inimica est multorum conuersatio.

Quemadmodum in ægris opportunitas cibi salutaris est, & aqua tempestiuè data remedij locum obtinuit: Ita quamuis leue & uulgare beneficium sit, si præsto fuerit, si proximam quanq; horam nõ perdidit, multum sibi adijcit, gratiamq; pretiosi, licet lenti & diu rogitati, muneris uincit.

Cùm quidam graui ægritudine uexatur, & multis modis indiget medicaminibus, & attenuatus est sumptibus, si introierit medicus, & dixerit ad eum qui ægrotat, Plures species ad confectionem medicaminis necessariæ sunt: respondeat uerò ægrotus, Non habeo unde tantas species emam, paupertate detineor: dicat ad eum medicus, Illam & illam da mihi speciem tantùm, cætera de meo prǽstabo: Sic & Deus dicit: Da mihi confessionem tuam, & lachrymas pœnitentiæ, cætera autem pro misericordia mea & humanitate tibi præstabo.

Sicut ægrotantes nisi semper ordinatè uixerint, nulla ipsis disciplinæ per tres aut quatuor dies seruatæ utilitas: Sic & peccantes nisi semper sobrij sint, nihil proderit ipsis duorum uel trium correctio.

A Quemadmodum ægrotantes, si adiuuemur pharmaco quodam, ipsum etiam pharmaci nomen ueneramur: Sic & charitatem ornare debemus, per hanc enim tradidit seipsum pro nobis dominus.

Scire nõ possumus ægrotatiõis mala, nisi cũ fuerit sanitas cõsecuta: Et quantũ boni uirtus habeat, uitia demonstrant, clariusq; fit lumen cõparatione tenebrarũ.

Sicut ægrotus in doloribus positus, omni homini ostendenti sibi aliquid ad remedium facilè credit, non dijudicans personas medicantiũ, neq; discutiens artificia eorum, ipsa enim doloris anxietas omnia omnibus credere cogit: Sic & tunc sancti in necessitate persecutionum positi, & quasi ægroti desiderantes refrigeriũ Christi, omnibus referentibus aliquid de Christo facilè credent: ipsa enim pressuræ necessitas credere cogit.

Quomodo si ægrotus & æstuans febribus aquam frigidam postulet, & dicat ad medicũ: Vim patior, crucior, uror, exanimor, usq; quo medice clamabo, & nõ exaudies? & respondeat ei sapientissimus & clementissimus medicus: Scio quo tempore dare debeam quod postulas, & non misereor modò, quia misericordia ista crudelitas est, & uoluntas tua contra te petit: Ita & Deus noster sciens clementiæ suæ pondera atq; mensuras, interdum non exaudit clamantem, ut eum probet, & magis prouocet eum ad rogandum, & quasi igne excoctũ, iustiorem & puriorem faciat. Quod intelligens Apostolus, secũdum id quod misericordiam consecutus est à domino, ait, Sed non deficimus in tribulationibus, Et benedicit dominum in omni tempore, Et scit quòd qui perseuerarit usq; in finem, hic saluus erit, Et gloriatur in labore & dolore, Et cum Hieremia dicit: Tribulationem & miseriam inuocabo. Et quomodo alius inuocat Deum, sic sanctus uir ac bellator inuictus ad exercendũ se & probandũ, tribulationẽ & miseriã inuenire desiderat.

B Vt enim si aliquis ægrotum, quem ad sanitatem reduxit, iubeat illa non facere, ex quibus morbus ille contigerat: Ita etiam post baptisma ieiunium cõtra uitiũ edacitatis Deus induxit. Nam & Adam de paradiso intemperantia uentris eiecit, & diluuium sub Noẽ ista commeruit, & fulmina in Sodomitas ipsa deduxit.

Solicitus de ægroto curando medicus, omnem tentat uiam instaurandæ sanitatis ei quem exitiali & lethifero morbo nouit ægrotare, & ubi perspicit leuiora blandioraq; remedia non prodesse, studet acriora admouere medicamina, sectionem, cauterium, ustulationem, quibus noxius expellatur morbus. Hoc non minus obseruasse cernitur dominus noster optimus humanæ infirmitatis medicus, ut duritiem cordis Iudæorum & impietatem sanaret. Adhibuit admirãda signa, quibus ad fidem adducerentur. Adhibuit & salutarẽ cum suauitate doctrinam.

Quemadmodum ęgroti quamprimum desierint habere peius, principiũ melius habendi factum est: Ita & illis cõtigit, qui malitiam deserunt. Ne procedas ulterius, & finem habebunt, quæcunq; ad malitiam pertinent.

Quemadmodum inter Aegyptios & Hebræos olim nubes: Sic & nunc inter Deum & nos corporalis hæc caligo interstat, hac gratia, ut dum purgatiores maioriq; cum sudore desiderij nostri scopum contendimus, industriæ nostræ lucidæq; uitæ præmium quoq; magnificentius contingat.

Aegyptus terra fuit exemplum inferni. Illic detinebatur populus captiuus fratrum Christi, id est, sanctorum populus, quos omnes statim transduxit per mare rubrum, id est, per sanguinem, & aquæ decurrentis ex latere suo sacramentum, & inimicos eorum, id est, peccata eorum, operuit mare illud, & usq; nunc operuit inimicos nostros, qui eodem sacramento baptisati sumus. Ad istam Aegyptũ Christus per omnia fratribus assimilatus descendit, ut nos faceret cohæredes sui. Ex Aegypto ista uocatus est filius meus.

Aeschynum adolescentem in comœdijs comperta patris mira lenitas erga pec

C cantem commonet, ut in posterum obseruet eum religiosius: sic enim loquitur: Quid hoc est negocij? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse? Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret? Hiccine non amandus? hiccine non in sinu est gestandus? Hem, itaq; adeo magnam mihi iniecit sua commoditate curam: ne forte imprudēs faciā quod nolit, sciens cauebo. Si bene nata ingenia, parentū lenitas docet odisse peccatū. tu infelix peccator, tāta patris tui bonitate magis ac magis induresceis, nec audis Paulum à dementia reuocantem? An, inquit, diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? An ignoras quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Nulla fera tam immanis est, quæ non mansuescat officijs hominum: & tu tam inaudita Dei munificētia prouocatus, magis etiam ferocis in illum? Nulla res est tam dura, quæ nō mollescat hominum arte. Aera liquescunt fornace, ferrum mollescit igni, cornu infusa cera lentescit, adamantis inuicta durities hircino cruore domatur: & ô cor plusquam corneum, plusquam ferreum, plusquam adamantinū, quod nec ignis gehēnæ, nec patris lenissima indulgētia, nec agni immaculati pro te effusus cruor emollit, imò quod his omnibus fit rigidius. Tolle trophæa, age triumphum impietatis, uicisti miser, uicisti artem diuinam. infelicissima uictoria. Infelix terra est, ut ait Paulus, & execrationi proxima, quæ quum frequenter exceperit cœlestem imbrem, nihil aliud progignit quàm spinas & tribulos: quantò infelicior, quæ toties irrigata pluuia diuinæ misericordiæ, durescit etiam in lapidem adeò rigidū, ut nullā diuini spiritus recipiat impressionem? Mosi legem tabulis saxeis inscripsit digitus Dei. Proinde tuum cor saxis illis rigidius est, cui nihil euangelicæ legis inscribere potest Dei spiritus. Quis nobis scindet hæc corda saxea, nisi ille, cuius
D mors scidit petras, ut exirent è monumentis, qui mortui erant? Quis dabit nobis cor carneum, nisi sermo Dei, qui pro nobis caro factus est?

Vt in æstate fructus arboris cuiusq; declaratur & patet: Sic iustorum facta declarabuntur & patebunt, cùm illuxerit misericordia domini, & omnes hilares & gaudentes in illo seculo restituentur.

Tanquam ærarius producens opus suum, exponit ei cui uult: Sic & tu uerbū quotidianum iustum docens, abscindens grande peccatum.

Gregorius. Aethiops in balneum niger intrat, niger egreditur, sed tamen balneator nummos accipit: Ita concionator, si nihil profecerint auditores: hic prædicat fidem Persis, & Imperator eorum non est conuersus.

Dißimile. Sicut qui affectiones sopit, multa requie fruit: Ita deses & supinus, & qui nequit seipsum, ut decet, moderari, perpetuò perturbationibus & affectionibus obnoxius est, domi bellum habet, nemine persequente turbatur, & grauem sustinet tempestatē. Et propterea fluctibus se eleuātibus, & exorientibus malorū spiritū procellis, sæpe nauis illius ob imperitiā gubernatoris demersa, simul submergit.

Affectus sunt motus animi improbabiles, subiti & concitati, qui frequentes, neglectiq; fecêre morbum: Sicut distillatio, nec adhuc in morem adducta tussim facit, assidua & uetus phthisim.

Sicut in sentes ager, qui est natura fœcūdus, exuberat: Sic animus incultus initijs sua sponte inualescentibus uelut spinis obducitur. Sed cum uerus cultus accesserit, statim cedentibus uitijs, fruges uirtutis oriuntur.

Augustinus in Psal. 58. Cultus ager fructum non reddens est ingratus, agricolæ pro frugibus spinas afferens: nō horreū, sed ignē quærit. Dominus aūt Deus noster, sicut eum uidetis bonam hanc terram uisitare imbribus solennibus: Ita cor nostrū uerbo suo, tanq; agrum suum uisitare dignatur, et de corde nostro quęrit fructus, quia nouit quid ibi seminet, & quantum pluat.

Ideoq;

A Ideoq; satis propriè scriptura diuina agro optimo ac fertili comparatur, qui cū multa gignat ac proferat, quæ ad hominum uictū sine aliqua ignis coctione profi ciant, quædam nisi prius flammę colore mitigata atq; mollita omnem asperitatem suæ deposuerint cruditatis, uel incongrua erūt usibus humanis, uel noxia. Non nulla uero ita in utrunq; apta nascūtur, ut nec incocta sua cruditate displiceant uel offendant, & tamen ignis calore lenita, salubriora reddantur. Plura quoq; ad escā tantummodo irrationabilium iumentorum & animalium mitium, uel ferarū siue uolatilium oriuntur usum, cibis hominū minimè profutura, quę etiam in sua aspe ritate manentia, absq; ulla ignis confectione uitalem iumentis cōferunt saturitatē. Quā rationem satis euidenter aspicimus in hoc uberrimo scripturarum spiritualiū paradiso contineri, in quo ita quædam signatione literæ plana ac luculenta resplen dent, ut cùm sublimiore interpretatione non egeant, simplici tamen literæ sono abunde pascant ac nutriāt audientes (ut est Audi Israël, &c. Diliges dominū Deū tuum &c.) Quędam autem si allegorię explanatione extenuata non fuerint, & spi ritalis ignis examinatione mollita, nullo modo ad salutarem interioris hominis ci bum sine corruptionis labe peruenient, magisq; ex eorum perceptione lęsio, quā utilitas aliqua subsequatur, ut est illud: Sint lumbi, &c. Qui non habet gladiū, uen dat tunicam, & emat sibi gladium: Et qui non accipit crucem suam & sequit me, non est me dignus. Quod quidam districtissimi monachorum, habentes quidem zelum, sed non secundum scientiam, simpliciter intelligentes, fecerunt sibi cruces ligneas, easq; iugiter humeris circumferentes, non ædificationem, sed risum cun ctis uidentibus intulerunt. Nonnulla uerò ad utranq; perceptionem, id est, ad hi storicam & allegoricam, ita commoda sunt ac necessaria, ut utraq; explanatio uita les animæ succos impartiatur, ut est illud: Si quis te percusserit in maxillā dextrā, B præbe illi & alteram: Et cùm uos persecuti fuerint de una ciuitate, fugite in aliam: &, Si uis perfectus esse, uade, uende omnia. Producit sanè & fœnū iumentis, qui bus pabulis omnes scripturarum repleti sunt campi, simplex scilicet puraq; narra tio historicæ lectionis, qua simpliciores quiq; & minus capaces perfectę & integrę rationis (de quibus dicitur: Homines & iumenta saluabis domine) secundum sta tus ac mensurę suæ conditionem, ad opus tuum & laborem actualis uitæ uegetio res robustioresq; reddantur.

In agro inter cultas & fertiles segetes lolium & auena dominatur: Ita iusti cum impijs, mali cum bonis.

Vt fertilibus agris non est imperandum, cito enim exhauriet illos nunq; inter missa fœcunditas: Ita animorum impetus assiduus labor frangit.

Sicut in rudibus agris, priusquam serere incipias, euulsis sentibus & omnium stirpium radicibus amputatis, arua purganda: Sic de nostris animis prius uitia de trahenda, & tunc demum uirtutes inferendæ, de quibus seminatæ per uerbū Dei fruges immortalitatis oriantur.

Quemadmodum in agris termini columnæq; non sinunt arua confundi: Sic tempora non sinunt confundi res gestas, sed dum dirimunt alias ab alijs, & in or dinem congruentem digerunt, multa nos liberant turbatione.

Agilitas spontaneus motus est. Adeò autem non adigit illa ad hoc doloris ti mor, ut in naturalem motum etiam dolore prohibente nitantur: Sic infans qui sta re meditatur, & ferre se assuescit, simul tentare uires suas cœpit, cadit, & cum fletu toties resurgit, donec se per dolorem ad id quod natura poscit, exercuit.

Sicut agni multo lacte pinguescunt, & sicut oues bene pastæ adipescunt: Ita apostolico succo pasta fidelium pinguescit oratio.

Sicut in agone fieri solet, ut duobus inter se luctātibus accidat primò quidem cadere unum, ut cùm ceciderit, surgat & uincat: Ita etiam in nostro agone, qui est nobis

C nobis aduersum principem huius mundi, si forte acciderit aliquem de nobis uinci, & in aliquo peccato cadere, possibile est ut post peccatum resipiscat aliquis, & exurgat, & perhorrescat malum quod admisit, & de cætero non solùm cótineat se, uerumetiam satisfaciat Deo, lauans per singulas noctes lectum suum, & lachrymis rigans stratum suum, accipiens uerbum propheticæ autoritatis qua dicitur: Nunquid qui cadit, non adijciet ut resurgat? aut qui est auersus, non côuertetur? Væ his qui auersi sunt auersione impudenti, dicit dominus. Et iste est qui cadere quidem potuit, prosterni uerò nō potuit. Si autem uideris aliquem cecidisse in aliquod peccatum, & post casum desperantem côuersionem, & dicentem, Iam quomodo possum ego saluus fieri qui cecidi? iam nulla spes est, peccata mea me colligant: quomodo audere possum accedere ad dominum? quomodo ad ecclesiam redire? Et si hac desperatione iste talis recedat etiam à Deo, hic nō solùm cecidit, sed in casu suo prostratus atq; demersus est. Et est quidem optabile, ut athleta pietatis ac uirtutis maneat semper immobilis, ut ne unam quidem luctam (ut ita dicam) perdat, ne semel inclinetur aut supplantetur. Quod si fieri non potest, sed euenerit eum cadere, nō iaceat post casum, ne prosternatur, sed exurgat & emendet culpā, expurget pœnitentiæ suæ satisfactione cōmissum, ne etiam de ipso Apostolus dicat: Et lugeam multos ex his qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiā de immundicia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Quare etiam apostolus exempla Palæstrici agonis assumpsit, cùm dicit: Nemo coronatur, nisi qui legitimè certauerit, nisi quia nos scire uolebat legis certamina & agones? Qui & de se ipso ait: Sic pugno, non quasi aërem uerberans: & iterum, Certamen bonū certaui. Quia ergo certamen nobis est & agon propositus, etiam legis agonem nosse debemus. Sunt athletæ qui in omnibus certaminibus uincunt, & in omnibus coronantur. Inter pędas uincunt, inter agonios uincunt, inter andras uincunt. Alij uincuntur inter andras, sed coronantur inter agonios, nōnunquam etiā inter andras uincūt. Ergo aliquāti semper, aliquandi secūdo uel tertio coronantur. Certè miserum est, & ultimæ infelicitatis in omnibus agonibus tam uarijs atq; diuersis, ne unam quidem promereri coronam. Ita ergo & Christianus, cui certamen est, non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, & aduersus principes huius mūdi tenebrarū harū, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus, quū tātos habeat & tales aduersarios, tanq; agonista uigilare debet, si fieri potest, ut semper uincat, quotiescūq; conflixerit, & primas inter pædas, id est, inter pueros statim capiat coronas.

D

In agonibus corporalibus gradus quidam & differentiæ singulorum quorūq; obseruari ordinum solent, ut prò qualitate certaminum, præmio remuneretur unusquisq; uictoriæ. Verbi gratia: Si inter pueros quis habeat agonem, si inter iuuenes, si inter uiros, quæ per singulos ordines obseruatio haberi debeat, quid fieri liceat, quid'ue non liceat, & quæ certaminis regula custodiri, quid etiam post hæc remunerationis mereat̄ palma uincentis, ipsis nihilominus agonicis legibus cautum est. Ita & omnipotens Deus obseruandæ legis suæ in hoc mundo agonem mortalibus ponens, posteaquam tradidit obseruāda quamplurima, & quid fieri, quid'ue non fieri debeat, adscripsit.

Agricola, quando uidet terram fœcundam & feracem, parat etiam ipse ut maiori studio illam colat. Eodem modo & nos, si uiderimus uestrū in diuinis profectum, & quòd ea quæ à nobis dicuntur, alacriter suscipiatis, maiorem docendi laborem exhibebimus: utpote scientes, quòd non in petris seminemus, sed in pingui & crassa terra. Ea enim de causa quotidie uobis concionamur, ut aliquid lucri faciatis, & uirtutes uestræ crescant, & lætemur uestrum uidentes profectum.

Agricola terræ concredens semina, non hoc tristi facit uultu, sed gaudens & læta-

A lætabundus,& quasi iam spe manipulos uidens, in terram seminat. Et tu dilecte, non solùm respexeris ad eum qui recipit, sed cogita quòd ipse quidem est uisibilis qui à te accipit. Alius autem quæ in illum fiunt, sibi facta dicit. Neq; ille uulgaris quispiam est, sed omnium dominus, cœli terræq; cōditor. Et sumptus ille accessio fit, & non solùm non minuit tuā substantiam, sed auget magis, si cum fide & promptitudine hilari hoc feceris.

Agricola bonus purgat campū, ut uberrima messis oriatur: Sic uerbi Dei præco per Dei sermonem subuertit mala, eradicat uitia, & ædificat optima.

Proinde uigilans agricola, quanquam nulla in parte sibi dormitandum putat: tamen arborum radicibus ante omnia prospicit, nimirum intelligens hinc profici sci totius arboris incolumitatem. Et ædiles, quibus huiusmodi prouincia delegata est, canales quidem nō negligunt, sed ipsis fontibus primam impartiunt curam, quòd his uitiatis, plurimum incommoditatis ad uniuersam rempublicam perueniat. Proinde sancti patriarchæ, quorum omnis uita nobis uiuendi formam depingit, quocunq; terrarum demigrabant, summo studio parabāt sibi fontes aqua salubri scatentes, pro his belligerabantur, hos obturatos refodiebant, quos & posteritas ut rem sacram à maioribus traditam uenerabatur. At mihi quidem præcipua radix, præcipuusq; fons, unde maxima pars uel felicitatis uel infelicitatis scatet in uita mortalium, uidetur esse coniugium. Huic ineundo, colendo, peragendoq; si iusta cura impenderetur, profectò longè melius ageretur cum rebus humanis quàm nunc agitur. Et tamen haud scio quo pacto fit, ut uix ulla uitæ functio neglectior sit apud Christianos, quàm hæc.

Sicut agricola peritissimus non incassum seminat, sed prius iungit boues, & aratrum ducit, & scindit terram, & spinas eradicat, & sic demum committit semi-

B na sua, ut cùm descenderit de cœlo pluuia, cōmendata terra cōfoueat semina: quæ non statim producit spicam, sed hyeme in terra manet, & uerni temporis suscepta pluuia & solis calore confota, erumpit in spicam, & sic apta fit ad metendum, & tri turata horreis reconditur. Ego autem non hyemem, non uer opto, non solis radios, non imbrem, neq; boues iungam, nec aratrum traham, neq; perscindam, neque spicas euellam, sed hodie seminabo, & hodie metam. Non operabor irrationabilem terram, sed rationabilem: non insensibilem, sed sensibilem: non exanimem, sed animam habentem: & beatus ego huiusmodi terræ agricola deputabor.

Agricola cùm post multos labores & ærumnas sterilem uidet agrum, neq; digna laboribus mercede respondentem, non pari alacritate illum seminat & colit. Et medicus quoq; uidens infirmum suis mandatis non obtemperare, sed uacantē quotidie his quæ morbum incrudescere faciunt, sæpenumerò in sua illum ægritudine relinquit, ut experiētia ipsa utatur magistra: Similiter & qui disciplinas pueros docent, uidentes illos priora respuere, & abijcere eorum quæ antea docta sunt memoriam, sæpe auersanī, sic negligentiā eorum correcturi, & ad maius studiū reducturi. Veruntamen agricola tardior quidem fit, quia uidet damnum suū magis fieri, utpote qui laborem & sumptus ferat, & fructibus destituaē. Medicus autem non immeritò ægrum sæpe relinquit: corpus enim est quod curatur, & propter hoc dimittit, ut doloris accessio morbum sentiri faciat, & sic tandem medicinā non respuat. Magister autem ludi utiliter nonnunquam plagis pueros erudit: ue rùm nos hodie præcellentes illos omnes, ut paternum erga nostros amorem declaremus; & doceamus, si in illa negligentia mā serint, eos inde maiorem condemnationis causam habituros. Agricola quidem non pari alacritate seminat, cogitans sumptus hactenus fuisse inutiles, nos nunc ab hac cura liberi sumus. Nam licet iacto spirituali semine, ob auditorum ignauiam fructum nō capiamus, perfecta nobis tamen futura merces: pecuniam enim concreditam expendimus, & mandatū

C domini impleuimus. Cæterùm posthac auditores rationem reddent ei qui repetiturus est concredita.

Quemadmodum agricola non absq; utilitate laborat, uerùm prior ipse ante omnes laborum suorum percipit fructum: Ita & doctorem frui laboribus suis consentaneum est.

Quemadmodum agricola seminans non discernit campum, ut in altera parte seminet, in altera uerò minimè, sed ubiq; proijcit semina: Eodem ipse modo saluator noster non diuitem, non pauperem: non ingeniosum, aut rudem: aut fortem, aut ignauum: aut diligentem, aut desidem discernit, sed omnibus, quamuis non ignoret futurum exitum, pietatis doctrinam commendat.

Agricola qui non sine labore quidem semina deposuit, sed uidet terram feracem segetumq; prouentu exuberantem, superiorum laborum obliuiscitur, atq; ad reliquum operæ conseruationemq; priorum, lucri expectatione excitatur. Verū hæc agricolatio quantò feracior, quātoq; lucrosior est? Nam illa quidē frugū sensibilium copiam adferens, corporibus reponit alimoniam: Hæc uerò dum sermonum deponit doctrinam, spiritualiumq; donorum abundantiam adfert, animi diuitias recondit, alimoniam quæ nec consumi, nec uitiari potest, reditus qui neque pereunt, neq; corrumpuntur, sed arcana quadam & ineffabili prouidentia conseruantur, quorum usufructus mente percipitur. Hic est meorum laborum prouentus, hæ sunt opes, quas uestræ charitati recondimus.

Agricola si quādo uidet agrū seminatū uirescere & germinare, nihil quod ad se attinet, intermittit, quotidie congruam illius curam agens, & die noctuq; considerans, ne fortè quid labores suos lædat: Simili modo & ego spiritualem hūc agrū uestrum florere, & semen hoc in finibus uestræ mentis utiliter recōdi uidens, gau-
D deo & lætor, multumq; sum anxius, non ignorans quàm malignus sit hostis, qui uestræ saluti insidiatur. Et quemadmodum piratæ, quando uident nauem multis mercibus oneratam, & plurimas adducentem diuitias, tūc potissimum uarijs moliuntur insidijs, ut possint mercibus omnibus nauigantes illos spoliare: Ita sanè & diabolus, cùm uiderit spirituales diuitias coaceruatas, alacritatem feruidam, mentem uigilem, & quotidie diuitias augeri, cruciatur, & dētibus frendet, & quasi pirata circumit, & innumeras excogitat artes, & si quā uel paruum inueniat aditum, quicquid nobis est spiritualium diuitiarum deprædatur. Igitur sobrij simus obsecro: & quantò magis spirituales nostræ facultates crescunt, tantò & uigiliæ nostræ intendantur, ut undequaq; excludamus eius insidias, & gratiam Dei uita optima nobis conciliantes, superiori loco stemus, quàm ut illius iacula nocere queant. Mala enim bestia est, & multiplices machinationes struit. Et quando non potest rectà nos ad uitia allicere, & suis dolis inescare (nō enim cogit uel uim facit, absit, sed decipit tantùm, & quos negligentes uidet, supplantat) quando igitur salutem nostrā manifestè lædere nequit, sæpe per opera carnis quæ agimus, clanculo esca illata, diuitias nostras auehit omnes.

Bonus agricola optimam uitem & fotu terræ cohibet, & defendit à frigore, & ne meridiano sole uratur, explorat. Agrum quoq; uiribus exercet, uel si non patiē ociosum, diuersa alternat semina, mutatis ut fœtibus arua quiescant. Tu quoque uirgo ueterana pectoris tui colles, diuersis saltem seminibus fere, nunc alimonijs mediocribus, nunc ieiunijs parcioribus, lectione, opere, prece, ut mutatio laboris, induciæ sint quietis. Non totus messem generat ager. Hinc de collibus uineta cōsurgunt, illinc purpurascentes cernas oliuas, hic olentes rosas. Sæpe etiam relictis aratris ipse ualidus agricola digito solum scalpit, ut florū deponat radices, & asperis manibus, quibus luctantes inter uineta flectit iuuencos, molliter ouiū pressat ubera. Eò quippe melior ager, quò numerosior fructus. Ergo tu boni agricolæ exem-

A exemplum secuta, non perennibus ieiunijs tanquam depressis uomeribus humum tuum fœdes, &c.

Agricolæ quibus non deest industria, arborem, quam syluestrem ac sterilem uiderint suis officientē laboribus, uel ex radicis reptatu improbo, uel umbræ opacitate nimia detrimentum inuehentem generi urbano stirpium & frugali, præcidendam tollendamq; summo studio curare consueuerunt, qua in re flatus quoque interdum, casusq; adiuuat, qui suo impetu comam intorquēs uehementius, arboris frangat stipitem, molem totam prosternat, itaq; ita bona laboris parte leuet agricolam. Cùm itaq; nos quoq; arborem præcidendam curemus syluestrem atq; erraticam, ipsam Anomœorum opinionem, Deum immortalem rogamus, nobis gratiam sui diuini spiritus mittat, quæ omni uehementius flatu occursans, errorem illum stirpitus extrahat, & nostrum laborem reddat leuiorem. Profectò ut seges cultu solito destituta herbas uitiosas educit, & sentibus horret, & arbores sponte interdum ædit syluestres: Sic animus Anomæorum cultu scripturæ sacræ priuatus, & carens doctrinæ sanctæ & Christianæ munere, sponte ac suopte motu ferocem istam & horridam prompsit hęresim.

Opus itaq; agricolæ est, ut aquam ducat cùm rigat: non autem opus eius est ut aqua per decliuia prolabatur, sed illius qui omnia in mensura & numero, & pondere disposuit. Item opus agricolę est, ut surculus auellatur ex arbore, terræq; mādetur: at non opus eius est, ut succum imbibat, ut germen emittat, ut aliud eius solo figat, quò radicem stabiliat: aliud in auras promineat, contra robur nutriat, ramosq; diffindat, sed illius qui dat incrementum. Medicus ægro corpori alimentū adhibet, & uulnerato medicamentum, primùm non rebus quas creauit, sed quas creatas opera creatoris inuenit: deinde cibum uel potum præparare potuit, & ministrare, & emplastrum formare, & medicamenta ilico apponere. Num etiam ex

B his quę adhibet, operari & creare uires uel carnem potest? Natura id agit interiore motu, nobisq; occulussimo. Omnium tamen si Deus subtrahat operationem intimam qua eam substituit & facit, continuò tanq; extincta nulla remanebit. Quapropter cùm Deus uniuersam creaturam suam bipertito quodāmodo opere prouidentiæ (de quo in superiore libro locuti sumus) & in naturalibus, & in uoluntarijs motibus administret, creare naturam tam nullus angelus potest, quàm nec se ipsum. Hoc autem sicut uos recordari certus sum, sic exposuimus uobis: quia nos, qui forinsecus loquimur ad aures uestras, ita sumus quasi operarij, adhibētes culturam forinsecus ad arborem, sed incrementum dare non possumus, nec fructus formare. Ille autem qui uos creauit & redemit, & uocauit per fidem & spiritum suum, habitans in uobis: nisi loquatur uobis intus, sine causa nos perstrepimus. Vnde hoc apparet? Quia cùm multi audiunt, non omnibus persuadetur quod dicitur, sed illis solis, quibus intus loquitur Deus. Ille autem intus loquitur, qui ei locum præbet. Illi autem Deo locum præbent, qui diabolo locum non præbent. Habitare enim uult diabolus corda hominum, & eloqui ibi omnia quæ ualent ad seductionem. Sed quid ait dominus Iesus? Princeps huius mūdi missus est foras. Vnde missus est? Nunquid extra cœlum & terram? nunquid extra fabricā mundi? Non, sed extra corda credentiū foras misso inuasore, habitat redemptor, quia ipse redimit qui creauit. Et diabolus iam forinsecus oppugnat, non uincit illū qui intus possidet. Forinsecus autem oppugnat, immittēdo uarias tentationes. Sed ille non consentit, cui Deus intus loquitur: & unctio quam audit, docet.

Quemadmodum industrij agricolæ, primùm semen in terram deponunt cupressi, aut aliarum arborum similium: deinde ubi conspexerunt ė semine factam arborem, non relinquunt in eadem terra, sed inde reuulsam plantulam in aliud transferunt solum, ut terra in ręcens gremio suo exceptam illius radicem, puram

C & integram uim suam proferat ad nouã educationem, Itidem & hæc fecit mulier,
1.Reg.1 quæ puerum præter spem proseminatum in illo utero, à domo transtulit, & in tem
plum trãsplantauit, ubi perpetuæ sunt fontiũ scatebræ, & irrigationes spirituales.

Quomodo boni agricolæ est excindere & cõputare quæ sicca sunt, & tradere in escã ignis infructuosos ramos: Sic boni Dei est de omnibus uitibus infructuosos palmites amputare, & igni tradere in perditionem.

Et Petrus: Si propter te, inquit, qui ad contradicendum tantummodo uenis, rogarer de his dicere, nunquam à me unum saltem posses audire sermonem. Sed quoniam necesse est agricolam, qui uult bonam terram seminare, nonnulla semina perdere, etiam in his petrosis, aut in his quæ ab hominibus conculcanda sunt, uel in dumosis ac repletis sentibus locis, sicut & magister noster exposuit diuersitatem propositi uniuscuiusq; animæ per hæc indicans, non morabor.

Si agricolam arbor ad fructum producta delectat, si pastor è fœtu gregis sui capit uoluptatem, si alumnum suum nemo aliter intuetur, quàm ut adolescentiam illius suam iudicet: quid euenire credis his, qui ingenia educauerunt, & quæ tenera formauerunt, adulta subitò uident?

Agricolæ cùm profundè secuerint terram, & diligenter excoluerint, ac sementem fecerint, sæpe ariditate, uel immodicis pluuijs, uel tandem quando manipuli colligendi, rubigine uel calamitate superueniente, spe sua excidunt. Veruntamen neq; illi sic desistunt, sed iterum ut tempus appetierit, agriculturam exercent. Et in quibuscũq; studijs hoc obuiũ est: Sic mulier quoq; et ipsa sæpe post mẽses illos, post intolerabiles labores, post noctes insomnes, post membrorũ distensiones, paruo quodam interuallo facto, licet ante statutum tempus partum abortiuerit informem, & nondum liniamentis figuratum, uel etiam formatum quidem, non
D integrum autem neq; sanum, uel etiam sæpe mortuum, uix è periculis elapsa, attamen quasi oblita horum omniũ, eadem quæ antea fert & tolerat. Et quid dico? sæpe cum fœtu nato commori eas contingit, & neq; hoc cęteras terret, neq; persuadet ut rem fugiãt, tantum Deus tristibus illis inseuit dolorẽ simul & uoluptatem.

Agricolæ studiosiores larga terræ semina concredunt, quam crassam & pinguem uident, & magnam continuò diligentiam adhibentes, quotidie considerãt, num fortè alicubi sit quod segeti nocere, & laborem ipsorum, quem habuerunt, inutilem facere possit. Simili modo & nos, spirituale desiderium uestrũ, & ingens audiendi studium uidentes, operam damus, ut quotidie sententias quasdam diuinæ scripturæ, uestræ menti inseramus, quibus detegantur ea quæ spirituali semini nociua esse possunt: ne fortè nocumentis & insidijs eorum, qui præter ecclesiastica placita, suorum capitum figmenta introducere tentant, sana doctrina intercipiatur & turbetur.

Si agricolæ penu suum euacuant, & semina terræ concredunt, idq; cum uoluptate faciunt, spe maiora recipiendi se solantes: & quãuis sciant quòd aëris intemperies, nonnunquam & terræ sterilitas, & alia multa accidentia, ut locustarũ exercitus, & rubiginis insidiæ, spe excidere faciant, attamen bona spe sese alentes, ea quæ in promptuarijs collecta, terræ concredunt: Multò magis nos quæ absque usu recondita sunt, dispergere in pauperum usus & educationem conuenit. Hic nunquam spes eluditur, neq; timenda aliqua terræ sterilitas.

Quemadmodum agricolæ, sicubi agrum repurgatum & ab herbarum nocumentis liberũ uiderint, ubertim seminãt: Ita quoniã nunc spirituale hoc uestrum aruũ Dei gratia purũ est ab affectionibus, quę interturbare solebãt, sublatũ quoq; est è medio uoluptatis studiũ, & nusquã procella, nusq; tempestas cogitationum, sed serenitas & magna quies mẽtis, quæ spiritualia pręcarnalibus sibi pręponens & spectans, quasi assumptis alis usq; in cœlũ ipsum, ut ita dicam, subuolat.

A Quemadmodum fit apud agricolas, dum semina quidem semel in terram iaciuntur, non tamen semper perdurāt, sed multa cura & mollitione opus habent, & nisi reserata tellure rursus quæ seminata sunt, contegant agricolæ, spermologis auiculis seminauerint: Ita & nos, nisi quę seminata sunt, continuata memoria coo peruerimus, in aërem cuncta proiecerimus. Nam & diabolus illa mox rapit, & nostra negligentia perdit, & sol exiccat, & pluuia diluit, & spinæ suffocant. Itaq; non satis fuerit semel duntaxat seminare, & postea securum esse, sed multa diligentia & assiduitate opus est, abigendo auiculas, excidēdo spinas, quæ lapidosa sunt multa tellure opplendo, quoduis nocumentū prohibendo, intercludendo & auferendo. Sed in terra quidem totum opus agricolæ est: est enim illa inanimatum subiectum, ad hoc tantùm accommodum, ut operantem se patiatur. In hac uerò spirituali tellure nequaquam ita habet. Non hic totum opus doctorum, sed si non potior, certè media portio discipulorum est. Nostrum quidem est sementem facere; uestrum uerò, quæ dicuntur exequi, memoriæ beneficio per opera exhibere fructus, spinas radicitus euellere.

Vt agriculturæ finis est frugum perceptio, ædificationis ædium habitatio est, & nauigationis diuitiæ, certaminis corona: Sic uirtuosæ uitæ finis est, ut seruus Dei & sis & uociteris.

Alimenta quæ accepimus, quandiu in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho, onera sunt: at quum ex eo quod erant, mutata sunt, tunc demum in uires & sanguinem transeunt: Idem in his, quibus aluntur ingenia, præstent, ut quæcunq; transimus, non patiamur integra esse, nec aliena sint, sed concoquamus illa, alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium.

Sicut ex ijs quæ alimentorum sunt, quod bonū est editur: quod inutile aut ma-
B lum, proijcitur: Ita & bona opera epulatoria dicimus, quæ sunt esui.

Sicut Amalech restitit filijs Israel, ne intrarent in terram promissionis: Sic nobis diabolus: sed uincitur, quando manus in crucis modum extendit Moses, id est, Christus in cruce.

Tanquam si quispiam dare uolens præcepta ambulandi, moneat non esse leuandū pedem posteriorem, nisi cùm posuerit priorem: deinde minutatim, quemadmodum articulorū & poplitū cardines oporteat mouere, describat. Vera enim dicit, nec aliter ambulari potest, sed facilius homines hoc faciendo ambulant, quā animaduertant cùm faciunt, aut intelligunt cùm audiūt. Qui autem ambulare nō possunt, multò minus ea curant, quæ nec experiendo possunt attendere. Itaq; plerunq; citius ingeniosus uidet non esse ratam conclusionem, quàm præcepta eius capit. Tardius autem non eam uidet, sed multò minus quod de illa præcipitur.

Ambulantes in tenebris sibimetipsis lumen non possunt ostendere, nisi ultroneum seipsos non uidentibus offeratur lumen: Ita humana cæcitas ad Deum nō dirigit uiam, nisi ipse lucernam legis ostendat.

Fac te ambulare in alto loco, ubi à parte dextra spatiosa sit terra, nec usquam angustias patiaris à sinistris: præceps locus est: ubi eligis ambulare? Super finem terræ in labio præcipitij, an inde longè? Puto inde longè. Sic & qui iurat, in fine ambulat, & ambulat pedibus infirmis, quia humanis: Si offenderis, deorsum is, si lapsus fueris, deorsum is.

Sicuti amantis, cùm sua concupiscentia frustratur, & animam & corpus consumit amor: Ita inuidentis quoq; & animā & corpus liquefacit inuidia. Eadem enim ratione & qui amant, cùm suo fraudantur desiderio, præ amore: et inuidi quoque dum sua concupiscentia inanes remanent, præ inuidia & corpore simul & animo tabescunt. Nec secus planè quàm cereæ patiuntur imagines, quæ noctu à cerarijs efficta, igneis postea solis radijs liquefactæ soluunt: illę enim, quandiu eas noctur

C næ continent tenebræ, compactam in umbra atq; ad nocturnas auras figuram, sicut efficta erant, superficietenus solidã ac fortem interim præferunt. At uerò iam rutilante sole, itinerisq; sui cursum peragente, quãdo cętera illius uirtute nutriuntur, luceq; fruuntur, liquefactæ illæ & formas unà & figuras & habitus, illudq; superficiale robur amittunt, confusisq; omnibus uanescunt. Ita ferè & inuidi, quàm diu sub diaboli tenebris ueluti in nocte ad inuidiæ consultant opera, solidas interim cogitationes & figuras ac formas, sicut ab inuidia formatæ sunt, sibi inuicem uidentur ostendere. Vbi uerò studiosus quisq; & industrius ad uirtutis opera solis instar matutini effulserit, cæteri quidem uirtutum uitam, Deoq; placitam, & gratam conuersationem admirantur, atq; ad amoris intimi agnitionem ab illo illustrati, uirtutis nutriunt semina. Qui uerò inuidia tabescunt, illum in modum solis inuictum, Deoq; charissimum ac uirtutibus clarum cernentes, & magis magisq; conspicuum, tãquam cerei (ut dixi) & corporum formis & animis inuidiæ plenis repente liquescunt atq; deficiunt.

Nam iuxta Theocriti sententiam, amanti pulchra uidentur, etiã quæ pulchra non sunt: Ita cuius animum occupauit odium aut liuor, huic & quę pulchra sunt, uidentur turpia. Quemadmodum quorum oculos sol affecit, his omnia uidentur uirere, non quòd rerũ natiuus color sit immutatus, sed quòd bilem gerant in oculis: Si organũ corporis uitiatum perperàm iudicat, multò magis mens affectu corrupta, fallitur iudicio. Proinde quisquis gerit animum liuore odioq; uitiatum, eũ oportet sibijpsi diffidere, nec iudicis partes sumere.

De hoc uobis hodiernum sermonem mouere uolo, in speciem quidem molestum, cæterùm leuem, utilemq; ueritate. Sic enim & amantes liberorum patres faciunt, non solùm ea quæ ad breue tempus delectant, uerumetiam quę molestiam
D adferunt, filijs adhibent: nec ea modò pręcipiunt eis quæ statim ostendunt utilitatem, sed quæcunq; uidentur quidem esse molesta, salutaria tamen sunt, si perficiãtur, & hæc multa cura docent, diligenterq; flagitant ab eis ut conseruentur. Atque hunc sermonem in longum producimus, ne præsentem laborem frustra insumamus, ne sustinẽtes uigiliæ necessitatẽ, inutiliter in pugilũ certamine uersemur, ne uoces in aërem dissolutæ ad detrimentũ sonent potius q; ad lucrũ. Neq; eñ negociator è longinquo merces importans, uehementẽ uentorũ incursum, undarũq; exorientiũ procellas sustinẽs, frustra & incassum susciperet eiusmodi labores: uerùm ideò maria secat, & audax est aduersus pericula, locaq; locis cõmutat, totasq; noctes ducit insomnes, ut negociatione ditescat. Quod si nõ cõtingat id cũ lucro, sed etiã sortis iacturã faciat, ne soluere quidem anchorã poterit, nec illa uaria perferre discrimina. Hoc itaq; scientes, cũ decente circũspectione huc accedamus, ne pro peccatorũ remissione, etiam accessionem peccatis adiunctã domũ referamus.

Non uides amantes? hi nanq; meretricum amore quot mala perferunt? alapis uerberibusq; cæsi, irrisi, innumeris iniurijs lacessiti, blando tamen morbo comprehensi, omnia sibi tranquilla & felicia arbitrantur, dum uel semel suaue aliquod & placidum inde accipiant, priorum omnium obliuiscuntur, omnia secunda proueniunt, siue paupertas, siue morbus, siue quodcunq; aliud uel molestissimum, uitã suam miseram uel beatam ex amici affectu ducunt, neq; humanam gloriam, neq; infamiam curant, sed & contumelias, & omnia magna cum uoluptate propter illius amorem facilè tolerant, & si maledicat, si in faciem inspuat, rosis aspergi se putant. Et quid mirum si hoc in illum animo sint, cùm etiam eius domum, etsi lutea sit, si ruinam minetur, omnium tamen pulcherrimam censent? Ipsis præterea locis ubi uesperi uersantur, uisis excitantur. Date ut hoc in loco apostolicũ illud in medium afferam: Sicut constituistis membra uestra seruire immunditiæ: Ita constituatis seruire iustitiæ,

Quemad-

A Quemadmodum uehemens amator, si amicæ suæ effigiem conspicetur, licet anima careat, eius tamen amore torquetur: Itidem hic si inanimē uideat pecuniarum imaginem, ea maiorem in modum afficitur, utputa, uehementiori correptus morbo, & iam oportet ut aut domi maneat, aut egressus in forum innumeris percussus plagis, domum repetat, &c.

Quem amat aliquis, hunc omnibus modis studet & approperat etiam reuerenter habere & colere: Itaq; si quis Deum amat, omnino etiam ea quæ sibi maximè placitura sunt, festinat facere. Cæterùm si quis carnem amat, ea quæ carni uoluptati sunt, facit.

Quam rem aliquis amat, eādem etiam omnibus modis amplectitur, & omnia quæ illi erga illam impedimento sint aut obstaculo, contemnit, ne re adamata priuetur: Ita qui Deum diligit, puræ precationis curam habet, & omnem affectum illi erga hoc obstantem ex seipso eiectum abijcit.

Quando quis amicā habet, sæpe amore frustratus seipsum occidit, & indignā uita existimat, quòd in illam deliquit. At cùm cōtumelia afficimus tam misericordem & mansuetum Christum, non nosmetipsos mittimus in ignem gehennæ. Dissimile.

Si amici alicuius aut proximi mors corporalis magnā operatur tribulationem ei qui non fuerit meditatus ut sufferat eam: Qualem putas tribulationē ei qui compatitur, quando unum passum fuerit membrum, & ei qui uiderit quando scandalizatus fuerit aliquis frater?

Sicut amicus amico de rebus necessarijs præcipiens loquitur: Ita & Deus humanæ naturæ: quasi hoc honore ad obediendum his quæ à se præcipiebantur, attracturus.

B Quemadmodum tot amnes, tantum supernè deiectorum imbrium, tanta mediterraneorum fontium uis nō mutat saporem maris, neq; remittunt quidem: Ita aduersarum impetus rerum uiri fortis non uertit animum.

Quemadmodum ei qui amorem exuere conatur, euitanda est omnis admonitio dilecti corporis: nihil enim facilius quàm amor recrudescit: Ita qui deponere uult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit auertat.

Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem cū nascitur trahit: Ita ne ad hoc quidem ut honesta per se petat.

Si in ipsis flagitiosis & sordidis amoribus uidemus, nihil aliud eos agere qui amari uicissim uolunt, nisi ut documentis quibus ualent, aperiant & ostendant quantum amant, eamq; imaginem iustitiæ prætendere affectant, ut inuicem sibi reddi quodammodo flagitent ab eis animis, quos illecebrare moliuntur, ipsiq; ardentius æstuant, cùm iam moueri eodem igne illas mentes quas appetunt, sentiūt: Si ergo & animus qui torpebat, cùm se amari senserit, excitatur, & qui iam feruebat, cùm se redamari didicerit, magis accenditur: manifestum est nullam esse maiorem causam, qua uel inchoetur, uel augeatur amor, quàm cùm se amari agnoscit qui nōdum amat, aut redamari se uel posse sperat, uel iam probat, qui iam prior amat. Et si hoc in turpibus amoribus, quantò plus in amicitia? Quid enim aliud cauemus in offensione amicitiæ, nisi ne amicus arbitretur, quòd eum uel non diligimus, uel minus diligimus, quàm ipse nos diligat?

Quemadmodum accidit ut subitis procellis crescentes amnes legitimum excedant alueum, superq; uel segetes, uel plantarum culturam præcipites lati, rusticorum operum salutem atq; ornamentum euertant: Sic & animus affectionum nimia ui ab rectis ratiocinationibus depulsus, falsis nimirum atq; improbis opinionibus, præter naturam probam surgentibus corrumpitur, quæ eius menti, pro ebriorum more, quibus nimia crapula interiores concire ægritudines solet, uelut

ex lae

C ex latibulis repentia quædam animalia, confundunt mentem, ab ijsq; cogitur proprias eorum uoces personare. Si uerò manifestioribus exemplis opus sit, improbitatem animi inconditæ plebis assimilabimus imperio: quod quidem fit, quotienscunq; in ciuitate probitas uicta multitudinis penitus licentiæ atq; audaciæ seruiat. Necesse est enim eiusmodi ciuitatem dissonãtem, ac multarum partium esse, eandemq; innumeris affectionibus, ac uarijs cupiditatibus refertam, in uoluptatibus quidem intemperatissimam, in iracundiam præcipitem, in tribuendis honoribus immodicam, in felicitatibus elatam, in calamitatibus abiectissimam esse.

Perinde atq; nobilissimi amnes, qui exeuntes in mare, in primo quidem egressu latitudinem pelagi incurrerint, fluentumq; suũ undæ, uentis, æstui, fluctibusq; permiserint, ex huiusmodi commixtione priorem comminuũt naturam: Eodem, pariter modo pulchrum, ineffabile, immortaleq;, donec cœlum cœlestia corpora permeat, in eorum quidem occursu purum, immixtum, atq; integrũ manet: at ubi deinceps à cœlo in nostratia hæc loca defluxit, hebescit usq; adeo, extenuato fulgore, ut uix eius influxum possit agnoscere maritimus nauta, uidens exilem illum humiq; inerrantem confusumq; alienæ naturæ.

Quemadmodũ ex amphora primùm quod est syncerissimum effluit, grauissimum quodq; turbidũq; subsidit: Sic in ætate nostra, quod est optimũ, primũ est.

Quam spem habemus ueluti anchoram. Nam perinde ut illa naues tempestatis tempore firmas constituit: Consimilem ad rationem spes agitatos & concussos tentationibus stabiles & patientes esse facit.

Si ancillas domina casta & pudica turpitudini deditas, statim solo aspectu pudicas facit: quid mirũ si titillantẽ uoluptatẽ Christi memoria statim sopit? Semper crucem habe ante oculos tuos radiantẽ, & purus à peccatis per id temporis abibis.

D Nam etsi angelus immortalis quædam res est, propter uoluntatem & gratiam saluatoris, sed tamen quoniam ortum habuit, & esse cœpit, occidere quoq; potest, & non esse. Nã quæ naturis præcipuè insunt, ea respectu creatoris Dei nihil sunt. Quare sicut ignis combustiuus quidem est, sed non Deo: Sic & angelus immortalis quidem est, sed non Deo. Solus enim Deus propriè immortalis est, quia naturaliter id habet: cætera per gratiam, sicut creaturæ. Quòd uerò angeli serui sunt natura, filius natura similiter dominus, hinc maximè perspicitur, quia nullus potest peccata dimittere, nisi solus Deus. Sed filius peccata dimittit, Deus ergo naturaliter est, & non creatura.

In quibus autem putas esse iracundum, in quibus etiam tolerantem malorum ac mansuetum? Nonne huius anima solitudini cuipiam habenti multam quietem comparatur, illius uerò foro ac turbæ, in quo multus clamor sequentium camelos & mulos ac asinos, multum ad accedentes exclamantibus, ne conculcentur? Nonne illa quidem medijs quidem ciuitatibus comparata, in quibus hinc argentifabrorum, inde ærifabrorum magnus auditur sonitus, & alij quidem inuadunt, alij autem inuaduntur? sed hæc uertici cuidam montis est similis, in quo leuis flat aura, & purus splendor fulget, & perspicua fontiũ ebulliunt fluenta, & multiplex florum producitur gratia, uti sunt uerna prata ac horti, florẽtibus arboribus & flosculis, & defluentibus aquis. Quòd si & sonus auditus fuerit, dulcis est, & multam effundit uoluptatem: nam uel aues cantillantes summis arboribus insident, & cicadæ, & philomelæ, & hirundines concorditer unam quandam perficiunt musicam, uel zephyrus blandè allidit arborum ramos, in quercubus & pinis stridens etiam olores imitatur, uel pratum rosas producens & lilia inter se collisa & commota, quasi pelagus parum undabundum referunt, imò multas quis inuenerit similitudines: nam quando quis rosas aspexerit, itidem putabit uidere: quando autem uiolas, mare undabundum: quãdo uerò lilia, cœlum: neq; spectaculo solo & aspectu oble-

A dum lædatur tunc talis, sed & ipso corpore. Nam & refrigeratur & respirat, ita ut in cœlo potius quàm in terra uideatur esse. Est & alius sonus quidam, quando aqua à summa altitudine per tubos suo motu fertur, & blando strepitu subiectis silicibus obstrepit, ita relaxat membra nostra uoluptas, ut etiam oculis somnum membra fouentem immittat. Libenter audiuistis narrationem, forsan etiam solitudinis facti amatores, sed hac solitudine multò suauior longanimis anima: non enim ut pratum describeremus, neque ut ad ostentationem sermonem ducamus, hanc attigimus similitudinem, sed ut per hanc descriptionem uideremus quanta sit longanimorum uoluptas, & quòd multò suauius sit uiro mansueto conuiuere, maiorac emolumenta ab illo accipiant, quàm si in talibus uersef locis. Hoc imitemini. Quando enim neque ualidus uentus ex tali anima egreditur, sed benigni quidam sermones ac blandi, & zephyro blando rectè comparantur, dum admonitiones nihil habent asperum, sed aues cantillantes imitantur: quomodo igitur hoc non melius? non enim corpori accidit sermonis aura, sed animas reficit. Non ita statim medicus febricitantem hominem à febribus liberarit sua cura, ut longanimus uir, & iracundum, & præ ira flagrantem, apprehensum refrigerabit per spiritum propriorum sermonum. Et quid de medicis dico? Neque ferrum ignitum & aquæ intinctum, ita statim calorem amittit, sicut si incidat in animã longanimem homo iracundus. Sicut autem si in foro ingrediantur cantillantes aues, & nugæ esse uidentur: ita etiam nostra præcepta in animas iracidas immissa. Nonne suauior mansuetudo, quàm ira & temeritas? & non hoc solùm, sed etiam hoc quidem diabolus, illud uero Deus imperauit.

Quemadmodum anima quæ corpori inest, bonũ illud quidem ostendit: quando uerò illa energia sua corpus destituerit ac dereliquerit, quemadmodũ si pictor B colores præter ordinem confuderit, multa turpitudo, unoquoque membrorum ad corruptionem ac dissolutionem properãte: ita & spiritus, si tam corpus quàm animam desolationi permiserit, peior fit ac maior turpitudo. Noli itaque corpus, propterea quòd minoris est quàm sit anima, improbare.

Sicut anima habitans in corpore cùm non esuriat quantum ad suam substantiam spiritualem, esurit tamen unumquenque corporis cibum, quia copulata est corpori suo: Sic & saluator patit quæ patit corpus eius ecclesia, cũ sit ipse impassibilis, quantum ad suam diuinitatem. Sanctis enim indigentibus cibo, & ipse esurit, &c.

Vt anima corpus uiuificat, motumque præbet, quod de se nequeat, & suapte natura perinde ac uiuens moueri: Sic & Dei doctrina cùm ad decentiora quædam & mouet & agit, totum itaque corpus, hoc est, ecclesiam mouet, & huius singula membra, quæ sine ratione nihil egerint.

Anima quæ peccati gustũ semel fecerit, tum quæ nullius doloris aut pœnitentiæ stimulis tangitur, magnum certè auctarium morbo adijcere solet: Ac quemadmodum usu uenit, ut scintilla ignis, si forte immensam materiam corripuerit, statim obuiam quanque exurat, nec ante tamen subsistat, quàm quod reliquum est, id omne depascatur, quantoque plura comprehenderit flamma, tantò magis robur ad alia cõsumenda cõcipiat, fitque tum, ut comprehensorum à flãma lignorum congeries lignis ijs, quæ mox flamma cõprehensura est, quasi insidias struat, flamma eadem sese semper lignorũ comprehensorũ auxilio contra ea quę intacta adhuc manent, armante: Sic & peccati natura, ubi animi cogitationem aliquam adorta est, nec quisquam est qui malum restinguat, procedens ulterius grauior certè ac magis indomita efficitur. Propterea sæpe fit, ut quæ posteriora sint peccata, prioribus grauiora sint, anima semper posteriorum peccatorũ accessione ad maiorem contumaciam ac despicientiam sese promouente, & per hæc ipsa suam quidem uim eneruante, peccati autem robur alente. Qua uticque ratione cõplures uideas in o-

C mne peccatorum genus imprudentes prolapsos, quòd flammam initiò exorientem non restinxerint.

Vt anima ignauiæ socordiæq; dedita, facilè huiusmodi afflictionibus est obnoxia: Ita si continuis est implicita pro pietate certaminibus, non tantùm habet ocij, ut de his uel cogitet aliquando, curis uidelicet ipsum ab omnibus ad palæstræ studia auocantibus.

Rectæ rationis anima tam immutare naturam status sui non potest, quàm ignis aut deorsum niti, aut in transuersum, fluminis modo, flammam suam fundere.

Quum enim anima ab esu & potu nimio fuerit liberata, tunc se melius cognoscit. Sicut enim in speculo sordido non se talem homo aspicit qualis est: Ita & esca & crapula si fuerit grauatus, alterum se sentit quàm est.

In hoc mundo anima humana quasi more nauis est contra ictum fulminis cõdescendentis: uno in loco nequaquam stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur.

Non enim si anima sanguine aut per uulnus effuso, aut febrium calore consumpto, uidetur extingui, continuò in materia sanguinis animæ ratio ponenda est, ueluti si ueniat in quæstionem, lumen quo utimur, quid sit, & respondeatur oleum esse, quoniam consumpto illo lumen extinguitur, cùm sint utiq; diuersa, sed alterum sit alterius alimentum.

Ecce ubi iacet anima infirma, nondum hærens soliditati ueritatis. Sicut auræ linguarum flauerunt à pectoribus opinãtium: Ita fertur & uertitur, torquetur, retorquetur, & obnubilatur ei lumen, & non cernitur ueritas, & ecce est ante nos.

Neq; id sentire anima poterit, dum uilem muscarũ prædam desiderio captãs insatiabili, aranearum instar, ex uiscerbus proprijs intexere retia uideretur.

D Anima sublata in arrogantia, monstrum horrendum. Semel enim desperata salute, nequaquam desinit furere, uerùm habenas laxans, irrationabilibus cupiditatibus quòuis rapitur, nec aliter quàm equus ferociens, ubi frenum ore, sessorem tergo excussit, fertur quouis uento uelocius, omnibus obuijs intolerabilis, diffugientibus cunctis, neq; quoquam audente cohibere: Sic & anima quæ Dei timorem ipsam refrenantẽ excussit, ubi rationũ habenas moderantẽ eiecit, ad quæuis malitię loca decurrit, donec in exitij barathrũ delata, præcipitarit suã ipsius salutẽ.

Vt enim humana anima, ubi uerè in corpore fuerit, non potest ociari, sed reuelat præsentiam suam operibus & exercitijs uitæ: Ita fides in Christũ, ubi uera est, ibi etiam declarat se ueris bonis operibus, ut nullam ibi fidem esse sentiendum sit, ubi nulla bona opera sequuntur.

Quantò pretiosior est anima corpore, & quantò superat æterna felicitas corporalem uitam: Tantò grauius & horribilius peccat, qui scandalo in proximum peccat, quàm qui parentem gladio occidit.

Animam tuam nutri diuinis lectionibus, parabũt enim tibi mensam spiritualem: quia sicut ex carnalibus alimẽtis pascit̃ hominis caro: Sic ex diuinis eloquijs, lectionibus & orationibus, nutritur noster interior homo.

Animus siquando plus æquo commotus fuerit, tum exiliens conuitiatur, tum iniustè ac improbè omnia facit: Ita & corporum, & pecuniarum, & gloriæ, reliquorumq; omnium amor.

Simul uerò cogita, non esse magni animi se rebus prosperis fortẽ gerere, ubi secũdo cursu uita procedit. Nec gubernatoris quidẽ artem, tranquillũ mare & obsequens uentus ostendit. Aduersi aliquid incurrat oportet, quod animũ probet.

Quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat, sibi detrahit: Ita clementem uocabo, non in alieno dolore facilem, sed eum qui cum suis stimulis exagitetur, nõ prosilit, qui intelligit magni animi esse

A mi esse iniurias in summa potentia pati, nec quicquam esse gloriosius principe impune læso.

Magni animi est magna contemnere, ac mediocria malle. Illa enim utilia uitalia sunt, at hæc in quo sic perfluunt nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Idem animis quoq; euenit, quas immoderata felicitas rumpit, qua non tantùm in aliorum iniuriam; sed etiam in suam uertuntur.

Sicut ergo hę omnes significationes pro suę cuiusq; societatis consensione animos mouent, nec ideo consenserunt in eas homines, quia ualebãt ad significationem, sed ideo ualent, quia consenserũt in eas: Sic etiã signa quibus perniciosa dæmonum societas comparatur, pro cuiusq; obseruationibus ualent.

Quemadmodum enim infestum animalculum, cui nomen Vespa, quum impetit petram, non eam lædit incursu, sed potius perdit aculeum: Sic & mors uehementer falsa est incurrens uitam quæ est Christus Iesus: nõ enim potuit eum tenere mors, sed ipsa potius aculeũ perdidit, adeò ut quos prius terrebat aculeus, nũc insultẽt ac dicãt: Vbi tuus mors aculeus? ubi tua cõtentio tartare? Ac rursus deuorabit mors inualescens: & iterũ, Abstulit Deus omnẽ lachrymã ab oculis omniũ.

Sicut magnum & uenerandum est rationale hoc animal, & maximè quando in uirtutis uiam contendit: Ita quando in malum declinat, truculentarum bestiarum imitatur crudelitatem. Quin & cùm feroces illarũ mores assumpserit, quãuis rationale & mansuetũ animal sit, multis tamen nominibus illarũ superat ferociã.

Sicut uiuentis animalis uiscera nemo manducat: Ita uiuentium prophetarum sermones nemo suscepit, sed post mortem ipsorum.

Deniq; muta quoq; animalia cùm fraude decipiuntur, si aliquo se modo in fu-
B gam extricauerint, fiunt postmodum cautiora, uitantq; semper ea omnia, in quibus dolos insidiasq; senserunt: Sic hominem pœnitentia cautum ac diligentem facit ad euitanda peccata, in quæ semel fraude deciderit.

Minuta quædam (ut ait Phędon) animalia cùm mordent, nõ sentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculũ uis est: tumor indicat morsum, in & ipso tumore nullum uulnus apparet: Idem tibi in conuersatione uirorum sapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum aut quãdo tibi prosit, profuisse deprehendes.

Vnicuique animalium pro natura & modo corporis sui, aut paruus est cibus aut magnus: & quod alij pusillum est, æquè id ipsum alij multum est. Quid de animalibus loquar? in ipso quoque homine rerum differentiæ sunt: Quod uiro parum est, hoc infanti superfluit. Atque in hunc modum omne tempus uitæ humanæ, etiam si centenariam excędat ætatem, ad comparationem æternitatis breue est, unde pusillum Dei nobis multum est, & uicissim uniuersa secula ad Deum relata, breuissima sunt.

Quemadmodum enim diuersis animalium generibus diuersas itidem natura defensiones, ad tuendam propriam uitam salutemq; constituit: ut leonibus uires, ut ceruis cursum, ut canibus uenationes, ut aquatilibus natationem, uolatilibus uolatum, reptilibus cauernas: Ita hominum generi in cunctis huiusmodi defensionibus cæteris animalibus minori, utpote quod uires tenuissimas habet, impeditissimum cursum, uolatus est penitus immune, natationem uix attingit, cauernatiæ habitationis omnino est impos, rationem tradidit Deus, quasi donũ quoddam, quod cunctis facultatibus illis æquipolleret, huicq; amatorium desiderium subiecit, ueluti freno cuidam equum, ueluti sagittario arcum, temoni nauem, instrumentum opifici.

Cæteris animalibus natura felicitatis terminos præscripsit, quæ simul ut ad id peruenerint, ad quod cõdita sunt, suam quandam beatitudinem assequuta sunt,

C At hominis animus quoniam diuinus est & immortalis, nihil inuenit in hac uita in quo uere conquiescat, nisi id fuerit assecutus, ad quod conditus est.

Quemadmodum inter animãtia ceruus & lepus ob natiuam timiditatem maxime cæteris obnoxia sunt: sus autem & taurus & leo, haud facilè in potestatẽ insidiatoris cadunt: Tale uidere quiddam in diuitum & pauperũ gente licet. Hic leoni, tauro similis est, ille lepori, ceruo. Quem enim non metuit diues? an non latrones? an non potentes? an non inuidos? an non calumniatores? Et quid calũniantes & latrones dico? familiares suos suspectos habet: aut quid uiuens dico, quãdo ne mortuus quidem grassantium improbitate liber est? &c.

Nonne uidemus in mutis animantibus, in irrationabilibus, ubi non spiritualis charitas, sed carnalis & naturalis est, exigi tamen magno affectu de uberibus matris lac à paruulis? Et quamuis sugens impetum faciat in ubera, melius est tamen matri, quàm si non sugat nec exigat quod charitate debetur. Sæpe uidemus ubera uaccarum etiam grandiusculis uitulis capite percuti, & propè ipso impetu leuari matrum corpora, nec tamen eas calce repellere, sed si desit filius qui sugat, mugitu prouocari ad ubera. Si ergo in uobis illa charitas spiritualis quæ in Apostolo qui ait: Factus sum paruulus in medio uestrum, tanquam nutrix fouens filios: tunc uos diligimus, quando exigitis. Pigros non amamus, quia languentibus formidamus.

Si quis aditurus annonæ præfecturã, sibi parat, quicquid ad uitæ usum pertinet, atque ut sibi nonnihil dignitatis assequat, & pecunias consumit, & tẽpus impendit, & innumerabiles suffert labores: Quo malo nos digni fuerimus, sicũ tanta socordia regnum cœlorum adierimus, neque ulla cura nosmetipsos ad hoc præparauerimus, priusquam accipiamus? quin & postquam acceperimus, socorditer egerimus?

D Narrant quòd apiculæ leuibus pennis arborum & herbarũ floribus insident, latentemque in flosculis liquorculum innocua deprędatione auehunt, ut tandem dulcissimos mellis fauos inde confectos, hominibus præstent: Ita & ecclesiæ doctores, super amœna uernantiaque scripturarum uiridaria leui mentis ala residentes, & insitum literæ succum spiritus haurientes, soliciti sunt, ut dulcissimum mel fidei, auditorum cordibus placidè instillent.

Apis laudabile animal in scripturis positum est, ex cuius laboribus reges & mediocres ad sanitatem abutuntur: quod rectè de uerbis prophetarum & apostolorum, atque omnia qui sacra uolumina conscripserunt, accipitur.

O uere artificiosa apis Dei, construens fauos diuini nectaris plenos, manantes misericordiam & ueritatem, per quos discurrens deliciat anima mea, & uitali pastu, quicquid in se minus inuenit, aut imbecillũ sentit, resarcire & suffulcire moliẽ.

Apes abiguntur fumo, columbæ fœtore, sed multò magis angeli turpibus factis abiguntur. Tum demum soli fumus, cùm crapulæ, temulentiæ libidinique indulgemus, imò nõ soli sumus, sed pro stipatu angelorum habemus dæmonum comitatũ. Proinde si nolumus deseri à propugnatorib. angelis, timeamus dominũ.

Eundum itaque quàm citissimè ad ipsam sanctam scripturam. Volantes autem sicut apes per amœnum & florulentum pratum, multigenis uariegatum germinibus, & insidentes exemplis sermoni conuenientissimis, natiuitatis illius ineffabilis modum assimilamus, & quasi corporeo oculo literis minutioribus adhibito, ita & mente intendamus, tametsi ex parte, & ut in ęnigmate, diuinam ut se habeat naturam quodammodo cognoscamus.

Apibus rectè comparantur sacerdotes, quia sicut apes, castitatem corporis pręferunt, cibum uitæ cœlestis exhibent, aculeum legis exercent. Puri enim ad sanctificationem, suaues ad refectionem, seueri sunt ad ultionem. Apibus planè sunt cõparandi, qui uelut alueario quodã gratiã matris ecclesiæ cõtinent, in qua diuersorum

A forum meritorum cellulas dulcissimis prædicationibus componentes, de uno saluatoris examine Christianorum examina multa producunt.

Sicut aqua nullius saporis, nullius odoris, nullius est precij, nec sufficiens ad usum, nec delectabilis ad reficiendum, nec tolerabilis ad seruandum: Nam sicut aqua cùm seruatur diutius, in deterius uersa intra semet putrescit & fœtet: Ita & catechumenus cùm diutius catechumenus permanet, in deterius conuersus intra semet uilescit & deperit.

Quemadmodum aqua dum per plana & ampla spacia fertur, non in altũ exurgit, sed tenuem sese latè quaq; uersus expandit, cùm autem manu artificum subtus colligente stringenteq; coacta fuerit in angustum, iam inde solicita omni telo uelocius se in excelsum iaculatur, petitq; regionem supernam: Sic mens humana dum ociosa & liberior quàm expediat, degit, diffunditur, lateq; defluit. Cùm autem rerum euentu asperiori, casuq; subtus coarctãte aduerso solicitetur, iam agilius se extrudit, & intentas dilucidasq; orationes mittit in excelsum.

Fluminis aqua si stare cœperit, putrescit, & inũdatione facta superueniens repellitur: Sic planè gratiarum cessat decursus, ubi recursus non fuerit.

Sicut aqua gelida efferuenti iniecta, continuò totum illius feruorem ac ebullitionem sedat, residentemq; reddit illam quæ prius rapido æstu intumuit: Haud secus placida uerba ac mitia, iracundia cõcitatũ animum mitigare solent, & ad mansuetudinem reducere.

Sicut per rimam sentinæ aqua latenter intrat & excrescit, donec nauis per nautarum incuriam demergitur: Ita ex ocio atq; ignauia cogitationes prauæ & concupiscentiæ multiplicantur, donec nauis cordis eis succũbens in peccato periclitet.

Sicut aqua quidem semper iacẽs & quieta, insalubris & magis turbida est: Sic
B animus immotus, ac torpens inutilis est, etiam sibi nec uitam ipsam tueri poterit, quia nec faciet quicquam, nec cogitabit, cùm cogitatio ipsa nihil aliud sit quàm mentis agitatio.

Quemadmodum aqua, quæ non certis canalium marginibus dirigitur, sed per areæ diffunditur planitiem, euanescit: Ita & res per sermonis uastitatem diffusa, lectorem fallit: idem & hoc nos sequemur.

Vt aqua in areola digitum sequitur præcedentem: Ita ætas mollis & tenera in utranq; partem flexibilis est, & quocunq; duxeris, trahitur.

Quamuis naturaliter aqua frigidior sit, aduentu tamen ignis, frigiditatis suæ oblita æstuat: Hoc sanè modo etiam nos, quamuis propter naturam carnis corruptibiles simus, participatione tamen uitæ ab imbecillitate nostra reuocati ad proprietatem illius, ad uitam reformamur. Oportuit enim certè ut non solùm anima per spiritum sanctum in beatam uitam ascenderet, uerumetiam ut rude atq; terrestre hoc corpus cognato sibi gustu, tactu & cibo ad immortalitatẽ reduceretur.

Sicut sordes corporeas aqua: Ita spiritus animam abluit à peccatis. Et mox ibidem: Ait ergo dominus ad Nicodemum suadendo illi: Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde uenit, aut quô uadat: Sic est omnis qui renascitur ex aqua & spiritu sancto; ut quomodo uox aduenientis spiritus, id est, uẽti, auditur quidem, non autem uidetur, sicut dictum est: Sic & ratio baptismi. Auditur quod dicatur, tamen quomodo per spiritum fit, non uidetur: auditur tamen, cùm quid futurum est, ab eo qui uerba insinuat, prędicatur, ut fieri credatur quod auditur, non tamen ratio facti reddatur.

Sicut modica aquæ gutta multo uino infusa, à se tota deficit, uiniq; saporem & colorem induit: Ferrum candens pristina propriaq; forma exuitur, & igni simillimum efficitur: Solis radio aër perfusus, in eandem transformatur luminis claritatem: Et speculum radijs solaribus directè irradiatum, solis in se recipit similitudi-



C nem, idque putares alterum esse solem: Ita etiam beati Dei claritate in intimis suis totaliter penetrantur, sicque Deiformes effecti, in Dei similitudinem transformant.

Si canalis aquae, qui copiose prius & largiter profluebat, subitò deficiat: nonne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio noscatur, utrum ne crescentibus uenis, in capite siccauerit, an uerò integra inde & plena procurrens, in medio itinere destiterit? Aut si uitio interrupti uel bibuli canalis effectum est, quò minus aqua perseueranter, continuè ac iugiter flueret, refecto & confirmato canali, ad usum atque potum ciuitatis, aqua collecta eadem ubertate atque integritate repraesentatur, qua de fonte proficiscitur. Quod & nunc facere oportet Dei sacerdotes, praecepta diuina seruantes, ut in aliquo si nutauerit & uacillauerit ueritas, ad originem dominicam, & euangelicam, & apostolicam traditionem reuertamur, & inde surgat actus nostri ratio, unde & ordo & origo surrexit. Nam si ad diuinae traditionis caput & originem reuertamur, cessat error humanus, & sacramentorum coelestium ratione perspecta, quicquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurū latebat, hac ueritatis aperitur.

Quemadmodum aquę & ignis contraria est societas: Sic quoque contraria sunt inter se causae dictio & humilitas.

Sicut qui aquam permiscēt oleo, utriusque gratiam crebra agitatione confundunt, & olei quidem lucidam speciem limosa aquę proprietate perturbant, aquae uerò naturam olei admixtione commaculant: Ita & qui animam corpori per uitia perturbationesque commiscent, utrunque quod habet utile, & ad uitam necessarium domoliuntur, animamque lucidam ac nitidam carnalium uoluptatum limo perturbant, & corporis munditiam atque nitorem hac ratione miscentes, inutile hoc ad uitae officia ostendūt. Verùm sicuti confusa illa ad inuicem atque turbata uim gratiae

D naturalis amittunt: ea uerò turbatione sedata, ubi quieuerint, à se dirimuntur, & & unumquodque in suam naturam se ad seipsum colligens redit, atque oleū quidem purum ac nitidum supernatat aquę, aqua uerò perlucidum illi uehiculū praebet: Ita & anima & corpus cùm perturbationibus ex se nascentibus inuicem miscentur, ex ea agitatione mutua utriusque natura cōfusa uiolatur: ubi uerò in propriam naturam disiuncta remearint, anima aurigae in morem illustrem speciem suam supernè micātem insinuat corpori, corpus autem ut per naturam graue merito illius dignitatique subiectum, uehiculum illi ad uitae usus necessarios praebet.

Quemadmodum in aqua fit, quae tanto altius ascendit, quanto illam quisquā ad ima deduxerit: & quantum quis ex interuallo iaculauerit, tanto potitur: Ita habet & animi humilitas.

Omnes sitientes uenite ad aquas, Esa. 55. Aquae sunt scripturę, quibus spiritualium continentur mysteria gratiarum. Prouerb. 5. Bibe aquam de cisterna tua, deriuentur fontes tui foras. Aquae istae domini sunt, & qui emerit eas, eius fiunt, nec domini esse desistunt. Inuitat ad has omnes, sed praecipuè qui non habent argentū. Certè in omni negociatione terrena magis illi solent inuitari ad emendū, qui habēt argentū: haec autem negociatio tota coelestis est. Quid ergo est, argentū non habere, nisi in prophetia seculari uel prudentia eloquij non confidere? Talis erat Moses cùm diceret ad dominum: Obsecro domine, non sum eloquens, &c. impeditioris linguae sum. Ita Salomon Prouerb. 30. Stultissimus sum uirorum, non didici sapientiam. Sed eiusmodi non habentibus argentum hoc, ipsa humilis conscientia magnum est emptionis precium.

Quòd si copiae aquarum secretis subterraneisque recursibus incessanter aequora repetunt, ut inde rursus ad uisus usus que nostros iugi & infatigabili erumpāt obsequio: cur non etiam spirituales riui, ut arua mentium rigare non desinant, proprio fonti sine fraude & intermissione reddantur? Ad locum unde exeunt, flumina reuer-

A na reuertantur gratiarum, ut iterum fluant. Remittatur ad suum principium coeleste profluuium, quò uberius terrę refundatur.

Vnde uos cognoscere poteritis, utrū nō frustra odio habeamur ob manifestationem ueritatis, dum cū quibusdā decertamus, alios uerò præuenimus. Quēadmodum enim in submersione aquarū quędā penitus in profundo celant, quædā uerò impulsa ebulliūt, audituiq; eiectionē promittunt, differunt tamen: quędā uerò resorbent: Ita ij qui de Deo philosophant, ne dicā qui penitus sunt ingrati. Hi enim omnino occultā & latentem in se habent pietatē. Alij enim parturiunt, qui quidem quòd impiū est fugiūt, quod autem pium est, nequaq; liberè profitent, siue quod domestica quadam dispensatione utantur in sermonibus, siue quia ob timiditatem illac fugiant, & mente quidem rectè ualent, ut aiunt, populum autem nequaquam sanant, tanquam suam & non aliorum administrent præsidentiam: quidam autem publicant thesaurum, dum nequaquam dolorem in pietatis tolerant partu, neq; ut soli seruent salutē putent, si nō et alijs quod bonū est impartiat.

Sicut mersi in aquis periclitantur, uideas eos tenentes tenere, nec ulla ratione deserere quod primùm occurrerit manibus, quicquid sit illud, licet tale sit, quod omnino prodesse non possit, ut sunt radices herbarum, cæteraq; similia: nam & si qui fortè ad eos ueniant, ut subueniant, nonnunquam solent apprehensos inuoluere secum, adeò ut iam nec sibi, nec alijs auxilium ferre præualeant: Sic pereunt in hoc mari magno & spacioso, sic pereunt miseri, dum peritura sectantes, omittunt solida, quibus apprehensis, emergere & saluare possent animas suas. Ita inquam pereunt, qui omissis ueris & salutaribus studijs, caduca & transitoria quærunt, à quibus nequeunt diuelli.

Quomodo aquila, quæ regina est auium, certo tempore amittit pilos, & rema-
B net implumis: Sic etiam Israël deponat omnem gloriam suam.

Vt aquila per senectutem tam curuum acquirit rostrum, ut uesci nō poscit, nisi ad lapidem dein percutiendo aduncitatem frangat, quo facto rursus edit & bibit, & reiuuenescere dicitur: Sic peccator qui peccatis est prægrauatus, nihil spirituale ei sapiet, morietur fame, nisi ad petram Christum per pœnitentiam se fortiter ac diu percutiat, usq; ad propositi mutationem, & duritiei abiectionem.

Aquila præ cæteris auibus cognoscitur altius euolare, uiso tamen eminus cibo, indigentia naturali subacta, mox ad ima descendit: Sic ecclesia in spiritualibus membris cum ea quæ sursum sunt, mente petat & sapiat, infirmitate tamen corporis aggrauata, necessitatibus subiacet indigentiæ corporalis, pro quibus ingemiscit & parturit usq; adhuc.

Vt aquila inter uolatilia & fortis est & uelox, præsertim quum famelica expediuerit alimoniam, exq; altioribus locis delata, cum impetu suo irruens intolerabilis sit: Sic & Chaldæorum equites nedum potentes sunt & robusti, sed ueloces etiam propter equos, alacresq; & cupidi ad depopulandum, deuorandum & absumendum urbes, ex alto nimirum ingruentes.

Sicut aquila humilia deserit, alta petit, coelorum uicina conscendit: Ita & saluator humilia inferni deseruit, paradisi altiora petijt, coelorum fastigia penetrauit. Et sicut aquila relictis terrenis sordibus sublime uolans, purioris aëris salubritate perfruitur: Ita & dominus terrenorum fecem deserens peccatorum, in sanctis suis uolitans purioris uitæ simplicitate lætatur.

Huius passionis figura, qua necesse est quemuis spiritualem summūq; monachum coarctari, propriè satis aquilæ similitudine designatur. Quæ cum excelsissimo uolatu ultra nubium fuerit altitudinem sublimata, seseq; ab oculis cunctorū mortalium, ac à facie terræ totius absconderit, rursus ad uallium ima submitti, & ad terrena descendere, ac morticinis cadaueribus implicari uentris necessitate cōpellitur,

C pellitur. Quibus manifestissime comprobatur, gastrimargiæ spiritum nequaquã posse ut cętera uitia resecari, uel per omnia similiter extingui, sed aculeos eius ac superfluos appetitus uirtute animi retundi tantùm atque cohiberi.

Sicut enim aquilæ & cadauera facillime congregãtur: Ita ego & uos semper unà erimus. Vos facilè me inuenietis, ego autem nunquam uos deseram. Adero semper uobiscum, ut uos ab omni malo defendam. Nam in quauis calamitate, quæcunque acciderit orbi terrarum, semper Christus & credentes in Christum coniuncti sunt. Christus caput est, credentes membra sunt. Caput autem membris, membra capiti adhærent.

Nihil aranea siccius, nihil imbecillius, nihil tabidius magisque tabificum. Texit operosas telas, sed fragiles. Venatur, sed muscas easque minores. Nihil tinea abiectius, in situ suo contabescit, ac tabefacit quæ attingit. Ferunt qui rerũ naturas prodiderũt, eos qui ueneno aranei contacti sunt, paulatim lento quodam torpore cõtabescere: neque enim eodem modo lædunt omnia uenena. Poëtæ qui singulis rebus norunt epitheta accommoda tribuere, araneam appellant aridam:

Arida cum tota descendat aranea tela.

Habet & ipsa tela siccandi uim, eoque uulneribus admouetur sistendi sanguinis causa. Iidem animantis naturæ affixere fabulam. Aiunt fuisse puellam texendi peritissimam, sed adeò fidentem arti suæ, ut ipsam etiam Palladem prę se contemneret: nam apud poëtas etiam deæ textrices sunt. Ventum est in certamen, at Pallas non ferens puellæ arrogantiam, rupit opus, radioque percussit Arachnen, nam id fœminæ nomen. Illa se laqueo suspendit, at Pallas pędentem succo hecateidis herbæ perfudit. Hãc eadem putant cum aconito, quod ita temperatur, ut longo tempore paulatim tabefaciat hominem, uix post duos annos interimat, sed hoc miserorem quo uiuit diutius. Ita uixit Arachne, sed suo malo uersa in araneam, minimo

D capite, turgido uentre, leuissimis pedibus, adeò imbecillem, ut si digito imposito leuiter cõtingas, protinus ruina fit, quemadmodũ memorat beatus Augustin. Posteaquam homo persuasu Satanæ cœpit affectare æqualitatem cum Deo, in hanc miseriam coniectus est, ut ob res nihili loquitur uanitates, ac telas aranearũ texit, & sicut tela aranearum fiducia eius. Aranea fila producit è suo uentre: quicquid homo molitur suis uiribus, nihil aliud est quàm aranearum tela, utcunque magnum quiddam esse uideatur: sed his qui ipsi nihil aliud quàm aranei. Hic ædificat regia palatia, ille regna regnis connectit, alius uenatur uxorem cum amplissima dote, alius mitrã mitra cumulat, alius ad triplicem coronam eluctatur. Ad hæc stupet hominũ multitudo, sed reuera nihil aliud hęc sunt omnia quàm aranearum telæ. Leuis uentus à Deo ueniens dissipat omnia. Vbi sunt nunc Memphiticæ pyramides? ubi fornices, & arcus triumphales? ubi Colossi? ubi reliqua monumenta, quibus reges æternitatem magnis studijs & impendijs m[illegible]bantur? Quid aliud texuerũt quàm telas aranearum? & opera eorum non profuerunt eis, & opera eorum inutilia. Nihil solidum, nisi quod in nobis extruit spiritus Christi.

Sicut aranearum stamina flatum uenti non suscipiunt: Sic neque anima secularis, neque homo animalis gratiam poterit spiritus sancti suscipere: nihil enim differunt ab illis staminibus cogitationes nostrę, solo uisu habentes cõsequentiã, totius autem uirtutis uacuę permanẽt, sed nostra nõ debent esse talia, siquidẽ sobrij sumus.

Quemadmodum aratro proscindendos esse agros prius agriculturæ legibus docemur, quàm semina eis credantur: Sic arbitror antequam fides nobis credatur, corda nostra desiderio eius comminuenda sunt.

Agricola euersis arboribus, quas aut uentus radicitus euulsit, aut contortus repentino impetu turbo perfregit, sobolem ex illis residuam fouet, & amissarum semina statim plantasque disponit, & momento (nam ut in damna, ita ad incrementa rapi-

A ta rapidum uelox que tempus est) adolescunt amissis lætiora.

Arbor sæpe quæ unius uenti impulsu ita impellitur, ut ne iam erui posse uideatur, alterius e diuerso uenientis flatu erigitur, & quæ hac ex parte inflexionē pertulit, ab alia ad flatum redit: Ita & nos Dei moderamine, sæpe cùm nos uox laudantis eleuat, lingua detrahentis humiliet.

Sicut arbor perpetua irrigatione in magnā crescit altitudinem: Sic & Samuel diuinorum eloquiorum doctrina assiduè irrigatus, ad uirtutis fastigiū peruenit.

Arbor cùm in altum radices miserit, ne uehemens quidem illam procella agitare poterit: si uerò superficietenus fibras porrexerit, neque ad profunda descenderit, paruus licet uenti flatus irruat, eam à radicibus euulserit: Ita & in nobis, si affixerimus diuino timori carnes nostras, nihil mouere nos poterit. Si autē uerbo tantū diuinæ religionis sacramenta percepimus, exigua impulsio totū perimit ac perdit.

Omnis arbor in suo robore iuxta terrā uasta subsistit, sed crescendo superius angustatur, & quanto paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur. Palma uerò minor ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliore robore exurgit, & quę tenuis ab imis proficit, uastior ad summa succrescit: Ita huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles, pro temporali lucro, gloria, ad mortem desudare parati sunt, pro æterna gloria ne parum quidem in labore subsistunt, &c. At contrà iustorum uita per palmam signata, qui nequaquam in terrenis studijs sunt fortes, sed longè studiosos se exhibent Deo quàm seculo.

Verùm quoniam non satis est uacare culpa, nisi succedant fructus bonorum operum, quæ fides per dilectionem operatur, post gratis datam innocentiam, quę fit abolitis peccatis, rursus iubemur sacrificare sacrificium iustitiæ, proferentes in proximum ex fide fructus bonorum operum, quæ tum sacrificamus Deo, quum

B inde nobis nihil arrogamus, quòd ex Dei largitate proficiscantur omnia. Id quale sit quo planius explicem, arborem frugiferam cōsiderate. (Hæc ex commentarijs Eras. in psal. 4.) Radix fides est, ea se ualida rectaque stirpe subrigit indeū. Mox charitas dilatat ramos in utilitatem proximi, uelut inuitans omnes ut decerpant quod natum est. Et adeò se demittit arbor in usum hominum, ut nonnunquam ramis pomorum pondere grauatis contingat terram. Itaque radici debetur quicquid producit arbor, etiamsi fructuum suauitas arguit radicem bono succo plenam. Porrò quoniam nostra radix donum est Dei, & donum gratuitum, quicquid hinc nascitur, diuinę benignitati debet acceptum ferri, atque hoc ipsum est sacrificare sacrificium iustitiæ, non uindicare nobis quod nostrum non est, nec fraudare Deū laude gloriaque debita. Itaque nec philosophi qui sibi pollicentur summum bonum ex naturæ uiribus, sacrificant sacrificium iustitiæ, nec Pharisæi qui suis meritis attribuunt laudem iustitiæ. Quicquid enim ex fide non est, peccatum est, autore Paul.

Quò arbor altius ad superiora surrexerit, eò uentorum uim uehementius sentit: Quò quisque plus in bonis operibus attollitur, eò ampliori ab ore laudantium flatu fatigatur. Si arbor adhuc in semine est, metuendum ne putrefiat: si adhuc uirgultum prodijt, curandum ne hanc manus elationis tangat, atque à uiriditate suæ actionis arefaciat. Si ualente iam robore, iam ad alta se subleuat, ualde formida nidum, ne hanc admotæ laudis uentus grauior radicitus euellat: qui si auditis suis laudibus extollit, quid aliud iste quàm aurum uel argentum reprobum fuit, quem uidelicet linguæ fornax consumpsit?

Non est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequens ictus incursat: ipsa enim uexatione constringitur, & radices certius figit. Fragiles sunt quæ in aprica ualle creuerunt. Pro ipsis ergo bonis uiris est, ut esse interriti possint, multum inter formidolosa uersari, & æquo animo ferre quæ sunt mala, nisi male sustinenti.

Cæterùm postquam semel in hos incidi sermones, ad aliam quoque deueni similitu-

C litudinem admodum rebus præsentibus conuenientem, forsitan me senem & fabulæ narratorem existimatis, licet illam uobis explanauerim: sed parcendum mihi puto, quum sciam scripturam sæpius ad demonstrationem manifestiorem talibus uti. Arbor quædam est fabulosa, quæ excisa magis germinat, & contra ferrum decertat. Et si quid mirabilius in re mirabiliori dicere oportet, morte uiuit, & abscissa pullulat, necnon consumpta augetur. Hæc referunt fabulæ, & arbusti illius natura talis est. Mihi autem manifeste uidetur, tale quid philosophum esse, qui per afflictiones clarescit, & ex grauibus materiam facit uirtutis, ac in aduersis gloriatur, nec dextris iustitiæ armis extollitur, nec sinistris deprimitur, sed semper ille idem, licet non eisdem permanet, tanquam aurum in fornace igne examinatū.

Veluti si quis ramum arboris in aliam partem ui detorqueat aut inflectat, cùm forte remiserit, in id quod fuerat ad matris pectus recurrit, & naturæ prioris obtinet locum, atq; ostendit quòd uiolenter quidem declinatus fuerit, non tamen redierit uiolenter: Ita qui contra naturam aut debitum segregati fuerunt aut discissi, quanto diffusius separati fuerint, tanto ardentius & instantius adiuuantur.

Iob quoq; mysticis redundās totus eloquijs, audi quàm euidenter resurrectionem prædicet mortuorum. Est, inquit, arboris spes: si enim abscissa fuerit, iterum pullulabit, & uirgultum eius nunquam deficit. Quòd si senuerit, in terra erit radix eius: si autem in petra mortuus fuerit truncus eius, odore aquæ reflorebit, & faciet fruticem quasi nouella. Vir uerò si mortuus fuerit, abijt, & mortalis si ceciderit, ultrà iam non erit. Non tibi uidetur in his cum quodam pudore arguere homines, & dicere: Ita' ne est stultum hominum genus, ut cùm uideant abscissæ arbori uitā redire, ipsi nec lignis simile aliquid de semetipsis, nec arboribus opinentur?

Solent inseri arbori agresti duo ramusculi alicuius nobilis arboris, deinde ar-
D boris quæ prius fuit agrestis, perdunt flores, frondes & fructus, secundum naturā E
arboris nobilis, à qua ramusculi sunt assumpti: Sic obedientia alienum sensum & alienam uoluntatem assumit, & cordi eius qui promittit obedientiam, inseruit, & tam cor illud secundum sensum & uoluntatem sui superioris operatur.

Quid utile fuerit arbori, quæ in summum se extendit, & folijs frondet, si fructu careat? Sic & Christiano nihil proderint recta dogmata, si uitam suam non bene instituat.

Vt arbores quæ radicem altius miserint, quamuis summum uentorum excipiant impetum, non frangi aut euelli possunt, cùm planta & firmissima stirpe innituntur: Sic orationes quas animus de suo imo reddiderit, per quam tutè affixæ efferunt sese in excelsum, nulloq; peruertuntur aggressu cogitationum: unde propheta insignis ait: De profundis clamaui ad te domine. Hæc ita doceo, non ut uerbis prophetetis tantùm, & laudetis, uerumetiā ut factis palàm animum uestrum recepisse quæ laudat, faciatis. Nam si apud homines suos quempiam casus dixisse, suasq; calamitates narrasse affert nonnihil consolationis, quasi difflatio quædam malorum per ipsam narrationem ageretur: longè magis si cum domino illo communi ægritudines animi communicaris, cōsolationem atq; remedium capies. Homo enim uel grauatur plerunq; tædio alienæ querelæ, & luctus repellit, fugitq; hominem miserum. At uerò Deus non ita agit nobiscū, sed inuitat, ducit, hortatur, acceptat. Et si totum diem in communicandis cum eo tuis calamitatibus consumpseris: ita te magis magisq; diliget, & tuis precibus liberalius annuet.

Sicut firmas arbores uentorum impetus incidens, & undiq; iactans, non euellit, sed & solidiores & firmiores his incursibus reddit: Sic & animam sanctam & pie uiuentem, tentationum incursus & tribulationum non supplantant, sed etiā ad maiorem patientiā præparant, sicut & beatum Iob splendidiorem & uenerabiliorem reddiderunt.

Sicut

A Sicut arbores suis radicibus innituntur, eis alimenta percipiunt, & iter um rami, folia, & fructus ornant radicem, & radix inutilis esset, nisi hæc adessent: Ita fides semper ornanda est operibus. Sicut corpus indiget sensibus & membris, scilicet pedibus, manibus, &c. truncus absq; his posset uiuere, sed non ornatè: Sic fides operibus. Sicut qui picturam uel sutoriam artem perdiscunt, non solùm ut earum rationem teneant dant operam, sed ut multò magis manibus suis eas exerceant: Sic moralis philosophia, hoc est, Euangelica doctrina, non tantùm discenda est ut eam sciamus, sed uerbis, moribus, & uita exprimamus.

Vt hyeme arbores omnes similes sunt aridis, nec fructiferæ ab aridis internosci possunt: Sic nec iusti ab iniustis dignoscuntur, sed similes sunt in hoc seculo.

Sicut ramum arborum in excelso positarum, etiamsi leuis aura flauerit, mouet: Sic & sublimes homines in culmine dignitatum existentes, etiam leuis nunciĳ fama conturbat. Humiles aũt sicut in conualle, plerũq; in tranquillitate cõsistunt.

Sicut in arboribus accidit, & si quis fructum cum folijs auferat, & ramos omnes amputet radice manente, tota cum maiori etiam ornatu arbor resurgit: Sic quidem & in nobis, si pietatis radix permaneat, & si diuitiæ auferantur, & corpus corrumpatur, omnia rursus nobis cum maiori gloria redeunt.

Arbusta plantata priusquam fixa radice coalescant, si manus concutiens tangit, arefacit: at si in altum radix figitur, & terra humoribus cõspersa solidatur, hoc & manus impellit, sed non lædit, hoc & uentorum flatus inflectendo concutiũt, sed nõ euertunt: Ita ne eruatur uita cœpti operis, diutinæ ac robustæ in alto humilitatis figenda est radix cordis, ut cùm ab humano ore detractionis uel fauoris aura flauerit, etsi in quamlibet partem utcunq; incuruat, animum funditus nõ euellat, sed ad statum suum protinus post inflationem redeat, si apud se fortis in radice

B perduret. Quid in rebus excrescentibus pariete surgente robustius? qui tamen si dum construitur impellatur, statim sine labore destruitur: si autem per spaciũ temporis ab humore suo exiccari permittitur, sæpe & arietũ ictibus minimè quassãt: Sic bona nostra et intẽpestiuè manifesta depereũt, & diutius occultata solidantur.

Arca Noë, quæ figuram gessit ecclesiæ, ædificata est lignis quadratis. Quid est quadrari? Attendite similitudinẽ quadrati lapidis: similis esse debet Christianus. In omni tribulatione non cadit, & si impellitur, & si quã uertitur, non cadit. Nam quadratum lapidem quacunq; uerteris, stat. Stantem te sic inueniat omnis casus.

Sicut arca de lignis cedrinis construebatur: Ita & ecclesia de sanctis cõstruitur. Quadratum enim in quacunq; parte posueris, fortiter stat, & sancti in quibuslibet tentationibus stabiles permanent, nõ aduersitatibus, nõ prosperitatib. cedũt.

Vt arca Noë, quò magis abundarunt aquæ diluuĳ, tanto altius ferebatur: Sic mansuetus animus, quò maiores erunt tribulationes aquæ, tanto erit excelsior.

Si peritus architectus, cùm magnum aliquod ædificium facere constituit, primo omnium cogitat, quæ summa perfecti ædificĳ futura sit, & antè emetitur, quẽ locum leue pondus expectet, ubi magni operis statura sit moles, quæ columnarũ interualla, qui aut ubi aquarum cadentium decursus & exitus & receptacula: Hæc inquam, prius præuidet, ut quæcunq; sunt perfecto operi iam necessaria, cũ ipsis fundamentis pariter ordiatur: Cur Deum quisquam putet machinandis animalibus nõ antè prouidisse quæ ad uiuendũ necessaria essent, quàm ipsam uitã daret?

Est in arcturo, quod consideratius possumus intueri, in septem quidem uoluitur, & modò quidem tres ad summa eleuat, atq; ad ima quatuor inclinat, modò quatuor superius erigit, & tres inferius premit: Sic sancta ecclesia modò cum infidelibus trinitatis notitiam, modò uerò fidelibus quatuor uirtutes quasi rotã prædicationis, status sui septem quodammodo repræsentat.

Arcus est scriptura, de qua ad corda hominum sicut ferientes sagittæ, sic ter-

C rentes sententiæ ueniunt. Hunc arcum Deus tetendit, quia peccatoribus per scripturarum minas exhibet, in eo parauit uasa mortis, quia secũdum eloquij sui sententiam, eos qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat.

Sicut arcam scamnumq; fabrefactum uidentes, non solùm opus laudamus, sed & opificem: Sic etiam uidentes nauim fabrè compactam, sic monile fabrefactum, aurificem laudamus. Sic in mundi fabricam oculos tendentes, Deum laudemus: qui non mirati sunt hæc, imò qui nec iam mirantur, inexcusabiles sunt.

In arcu dum chorda trahitur, cornu curuat: Sic in eloquio Dei, dum testamentum nouum legitur, duritia ueteris testamenti emollitur.

Quemadmodum iustum ac sanctum est, ut de area & torculari, deniq; & liberis, ijs qui uerè liberorum sunt amantes, primitias offerant Deo: nam ab ipso est cùm quod ipsi sumus, tum quicquid possidemus: Ita & in recentibus faciendum est hęreditatibus, ut dum prompto animo portionem aliquã bonorum nostrorũ Deo damus, potiori parti securitatem acquiramus.

Sicut area ecclesia intelligitur, quia in ea per multam triturationem & uentilationem triticum separatur à paleis: Sic rationabiliter ecclesia torcular est intelligenda, in qua omnes fructus uineæ, id est, opera seruorum Dei, & fides roborata ad Dei gloriam transmittuntur. Ecclesia autem torcular est, habens in se uerbũ Dei, quo non delectatur natura carnalis, acquiescit autem ei contorta propter timorem iudicij, uel amorem præmij, ut non tantùm ipsa ecclesia torcular uideatur, quantũ ipsum uerbum Dei, quod traditum est in ea fossum. Si enim uerbum noui testamenti, quod leue est, cruciat hominem, contradicente carnis natura: quantò magis uerbum ueteris testamenti quod importabile erat? Vbi ergo uerbum Dei positum erat in lege, modum uiuendi constituens, torcular erat fossum: ubi autem de
D fide Dei prophetabatur, turris ædificata erat. Nam sicut in turri consistentes duo bona consequuntur, & hostium irruptionem ipsi facilè non patiuntur, & hostes de turri facilè conterunt: Sic & qui in fide Christi consistunt, uel in lege Dei, & dæmones super se irruere non sinunt, & spiritualibus bonorum operum sagittis eos facilè uulnerant, & dæmones super illos irruere nequeunt, & à spiritualibus malorum operum sagittis non facilè uulnerantur.

Quemadmodum aliquis argentum continens, ubi aurum inuenerit, nec licet utrãq; obtinere, damnum censet retinere illud, ac deinceps relicto illo aurum accipit: Hũc ad modum lex damnũ est, si à Christo abduxit: si aũt adduxerit, nõ porrò.

Quemadmodum qui arma abstergunt ac poliunt, pugnæ apparatum per hoc satis ostendunt: Sic & sermo hic Dei motum ad ultionem ostendere uolens, gladium illum uibrare dixit: Arcum suũ tetendit. Non aliquis neruus arcũ Dei tendit, sed potentia puniendi quãdoq; intensa, interdum uerò remissa. Peccanti itaq; minatur sermo, quòd euadere pœnam non liceat, si à peccato non desistat: parata sunt enim in arcu uasa mortis. Vasa uerò mortis potentiæ sunt, exitiales inimicis Dei. Sagittas suas ardentibus effecit, ueluti ignem dominus non adamanti qui nõ absumitur, sed ardenti materiæ lignisq; creauit: Sic & sagittæ Dei in animas quæ multum aridæ materiæ, & ad cremandum aptæ retinent, fabricatæ sunt. Illi itaque qui ignitas diaboli sagittas prius in se recipiunt atque habent, hi sunt demum qui Dei sagittas excipiunt.

Quemadmodum si quis aureis armis igneum fluuium traiecerit, splendidus egreditur: si autem fœno onustus, non modò nihil lucratur, sed & seipsum perdit: Itidem in operibus usu uenit, non enim tãquam personarum substantia arrideat, hoc Paulus dicit 1. Cor. 3. sed formidinem magis augere uult, & ostendere eum qui in malitia uiuit, omni carere securitate.

Sicut species aromaticæ cùm in puluerem rediguntur, uehementer redolent:

A Ita hominis bona cùm per humilitatē quasi cōminuta fuerint, Deo sunt gratiora.

Quemadmodum ars est in eo qui nactus est illam: Ita gratia spiritus in eo qui recepit, semper quidem præsens, at non perpetuò operans. Nam & ars potentia quidem est in artifice: actu uerò tum, quum secundum illam operatur: Itidem spiritus, semper quidem adest dignis, sed operatur in illis iuxta utilitatem, aut in prophetis, aut in sanationibus, aut in alijs miraculorum operationibus. Pręterea sicut in corporibus est sanitas, aut calor, aut in genere affectiones facilè mobiles: Sic & in anima frequenter est spiritus, ijs qui mente sunt instabili, ac facilè quam accepe rant gratiam expellunt, qualis erat Saul & septuaginta seniores filiorum Israël, præter Eldad & Modad, apud hos enim solos apparet mansisse spiritum sanctū: & in genere, si quis est istis animi proposito consimilis. Item quemadmodum uerbum est in animo, interdum ut in corde cogitatū, interdum ut lingua prolatum: Sic & spiritus sanctus, uel quum testimonium præbet spiritui nostro, uel quum clamat in cordibus nostris, Abba pater, &c.

Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur: ars artiū est regimen animarum. Quis cogitationum uulnera occultiora esse nesciat uulneribus uiscerum? & tamen sæpe qui nequaquam spiritualia præcepta cognouerūt, cordis se medicos profiteri non metuunt, dum qui pigmentorum uim nesciunt, medici uideri carnis erubescunt.

Sicut omnis artis est aliquis finis, uerbi gratia, structionis finis, domum facere: naupagi, nauem construere quæ possit fluctus maris superare, & ferre impetus uentorum, & uniuscuiusq; artis est aliquis talis finis, propter quem ars ipsa uidetur reperta: Ita est uitæ nostræ uel totius mundi finis quidam, propter quem ge runtur omnia quæ geruntur in uita nostra, uel propter quem mundus ipse uel B institutus est, uel constat.

Sicut qui artem exceptoriam didicit, notarum omnium figuras & nomina, signaq; octadum & tetradum memoriter tenens, cùm necesse fuerit quæ dictantur excipere manus officio, quæ in memoria inscripta erant, in tabulis digerit, & aliæ quidem ex notis stilo signatæ cernunt, aliæ uerò necdū insignitæ manu, animo tamen inscriptæ seruantur: Ita & anima cùm cogitationes per corpus exequatur, alias in operis ducit effectum: quas uerò necdum opere impleuit, in se insculptas reseruat, easq; etsi non actu corporeo, intra se tamen nutu uoluntatis exequitur. Sicut enim corporis officium est, corporaliter aliquid exequi: Ita opus animæ est, cogitationibus, ut uult, placatas sibi & gratas imagines fingere. Idcirco & cogitationis peccata, non ut phantasiæ simpliciter, uerùm ut consummata opera in animo meritò iudicanda creduntur. Vt enim manus licet notas signare desistat, notarum tamen figuris tota anima ubiq; inscripta est, quam profectò exutam corpore si quis inspiciat, uidebit hisce notulis totam prorsus insignem atq; descriptam: Ita & nos cùm exuerimus corpus, omnis nostra cogitatio ueluti in pagina scripta apparebit. Quemadmodum uerò qui nō didicit notas, earum neq; formas in animo scriptas habet: qui autem didicit, etsi eas manu minimè signauerit, arte tamen atq; disciplina impressas animo, illarum tenet imagines: Ita & qui peccatum non cogitant, eius neq; imaginem inscriptam habet animo: qui uerò illud cogitatione formauit, etsi in opus nequaquam prorumpat, animo tamen cogitationis suæ ser uat imaginem, ueluti in tabula apertè descriptam. Verùm enim sicut is qui notas didicit, si illas scribere obmittat, sensim animo labuntur, ita ut processu temporis nullius iam octadis figuram, aut locum, aut nomen reuocare in animum queat: Ita & qui iniqua cogitauit, si eiusmodi neglectis cogitationibus ad utiliores alias animum transferat, seq; ad eas exerceat: procedente tēpore priores illas memoria eliminans, ex animæ tabula perpetua obliuione delebit. Quippe memoria nihil

C est aliud quàm figura impressa cogitationũ in anima, ueluti pictoris arte collocata. Et quomodo fieri potest, ut earũ cogitationum pœnas nõ demus, quarum hactenus formas memoria uersans, in anima, ueluti in tabula uiuas intuẽtibus monstrat? Itaq; ne turpibus figuris animæ nostræ tabula plena inueniatur, memorias malarum cogitationum perpetua obliuione deleamus, bonarumq; memoriam illarum uice formemus, ne qui nunc interim corporis operimento contecti delitescimus, ubi id postmodũ deposuerimus, fœdati maculis, ac præter eam quę de nobis in hoc seculo manauerat opinionẽ, turpes & exprobabiles cũctis uideamur.

Quemadmodum autem de arte non rectè iudicat, nisi artifex: Ita de probitate non rectè iudicat nisi uir probus, ac rerum usu callidus.

Sicut artifex ex omnibus lapidibus eligit meliores, & ponit à foris in facie ædificij, cæteros aũt lapides qualescũq; mittit intus: Sic ecclesia meliores Christianos eligit, & ponit in facie ecclesię, id est, alios facit sacerdotes, alios diaconos, cęterosq; ministros ecclesię, ponit senes & uiduas sanctã uitã habentes in ecclesia permanẽtes, ponit iuuenes & uirgines: cæteri autem si mediocres fuerint, proficiant in medio ecclesiæ, id est, ædificij, propter misericordiam Dei. Sicut ergo forani lapides nullum debent habere nodum aut angulũ, nec debẽt esse alter lapis intus, alter foris: quia si sic fuerint, totum ædificium deturpant: Sic & clerici senes, & uiduæ cõtinentes, & uirgines nullam debent habere maculam, neq; in uerbo, neq; in cogitatu, neq; in facto, neq; in opinione, quia ipsi sunt pulchritudo ecclesiæ & uirtus: & si mali fuerint, totam deturpant ecclesiam. Sicut enim lapides qui sunt intus in ędificatione, nemo aspicit, sed eos qui foris sunt considerant omnes: Sic secularium hominum uitia neq; sic considerantur, neq; sic nocent ecclesiæ: nam quamuis populus secularis sit, & indisciplinatus, tamen si isti boni fuerint, tota ecclesia speciosa
D uidetur. Nam sicut forani lapides intraneos intra se tenent & constringunt: Sic totus populus istorum meritis & sanctitate saluatur.

Omnis artifex secundum professionem suam opportunitatem operis uidens, gaudet. Carpentarius si uiderit arborem bonam, concupiscit eam præscindere ad opus artificij sui. Agricola si uiderit terram pinguem, desiderat eam arare. Et quid dico de rationalibus hominibus? ipse irrationalis equus de stabulo exiliens, si uiderit campos patentes, rapit frenum, & excitatur ad cursum: Sic & omnis sacerdos, cùm uiderit ecclesiam plenam, gaudet animus eius, & delectatur ut doceat: si autẽ uiderit ecclesiam uacuam, confunditur, & nihil dicere potest.

Artifex instrumenta sua tractat ex facili. Rector nauis scit gubernaculum flectere: pictor colores quos ad reddẽdam similitudinem multos uariosq; ante se posuit, celerrimè denotat, & inter ceram opusq; facili uultu ac manu cõmeat: Sic animal in omnem usum sui mobile.

Quemadmodum optimus artifex arte sua uas aliquod facturus, non antea illi nomen imponit donec absoluat: Ita & misericors dominus nomina elementis nõ antea imponit, donec ea in propria loca suo præcepto ponat.

Cùm constructum fuerit fundamentum, & iacta ædificij prima exordia, laborat artifex industrius reliquum opus absoluere, neq; absistit à labore priusquam extremam rei manum imposuerit: Sic dominus iacto in nonnullorum cordibus ex uerbis suis ueræ fidei fundamento, spirituale ædificium absoluit.

Vt artifex in materia commodiore melius operari solet: Sic uerecundia in ipso quoq; corporis decore plus eminet, ita tamen ut etiam ipse non sit affectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis quàm expetitus, non preciosis & albentibus adiutus uestimentis, sed communibus, ut honestati uel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori.

Si quis artifex uas necessarium facere uolens, frequenter illud igni admouet, frequen-

A frequenter malleis subdit, rasorijs sæpe perstringit, ut & purgatius fiat, & ad illam speciem, quam prospicit artifex, atque ad illam pulchritudinem deducatur: Sic sancta fructificatio subsequitur tentationum sulcos.

Sicut quæ ab artifice facta sunt, quum oculus noster uiderit, si quid præcipuè fabrefactum prospexerit, continuò qualiter uel quomodo, uel ad quos usus factū sit, ardet animus sciscitari: Multò amplius, & super omnem comparationem, eorū quę à Deo facta peruidemus, ineffabili desiderio ardet animus agnoscere rationē.

Quemadmodum artifices ex alicuius rei subtilioris intentione, quæ oculos defatigat, si malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi ocium dedicata oculos libera luce delectant: Sic animus in hoc tristi & obscuro domicilio clausus, quoties potest apertū petit, & in rerum naturæ contemplatione requiescit.

Solent artifices singula prius facere, & postea habili commissione connectere: & qui uultus hominum uel corpora excudunt, de marmore uel ęre fingunt, uel ceris exprimunt, non tamen sciunt quemadmodum sibi possunt membra singula conuenire, & quid gratię adferat futura connexio, & ideo aut laudare non audēt, aut pro parte laudant. Deus uerò tāquam æstimator uniuersitatis, pręuidens quæ futura sunt, quasi perfecta iam laudat, quæ adhuc in primo operis exordio sunt, sinem operis cognitione præueniens. Dissimile.

Pleraque faciunt artifices, & ostendunt imperitis, & cum iam indicauerint imperitis esse perfecta, expoliunt ea artifices, quod nouerunt adhuc quid illis desit, ut mirentur homines tantam expolitionem rebus accidisse, quas iam perfectas pronunciauerant. Fit hoc in ędificijs, in picturis & uestibus, & propè in omni genere artium. Sed aliud iudicat oculus imperitus, aliud iudicat artificis regula: Sic & sancti

B illi uersabantur ante oculos Dei, tanquam sine culpa, tanquam perfecti, tanquam angeli: nouerat autem quid illis deesset, qui uindicauit in omnes affectiones eorū.

Omnes artifices egent auxilio, quum quippiam suæ artis in medium proferendum iudicant, utpote nautæ egent fabro, &c. Deus nihilo.

Quemadmodum artificia ad uictum pertinentia, fines quosdam certos ac proprios habent, ad quos particulares operationes coaptantur ac diriguntur: Ita cùm & nostris operibus unus sit propositus finis & canon, ut mandata Dei ad ipsius beneplacitum seruemus, impossibile est, ut opus mandatorum Dei ritè perficiat, qui illud non iuxta uoluntatem legislatoris perficit. Vbi uerò diligenti diuinæ uoluntatis studio mandatum Dei perficitur, fit ut animus Deo per illius memoriam coniungatur. Quemadmodum enim faber ferrarius, si dum securim fabricat, memor fuerit eius qui id operis iniunxit, & in mente illum retinens, de forma & magnitudine operis præscripta cogitabit, & opus suum ad uoluntatem eius cū quo pactus est, diriget: si uerò huius oblitus fuerit, aliud quid & alienum ab eo quod iniunctum erat efficiet: Ita & Christianus, quicquid uel modici uel magni momēti faciendum sit, si omne studium suū ad uoluntatem Dei direxerit, simul & opus suum iusta perfectione ornabit, & eius qui mandatum dedit, mentem & cogitationem seruabit.

Sicut in aruo quod segeti proscissum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbæ quamuis delectet oculos, tantum operis insumptū est, aliud fuit serenti propositum, hoc superuenit: Sic uoluptas non est merces nec causa uirtutis, sed accessio: nec quia delectat placet, sed quia placet delectat.

Neque si asini in nos irrudant, & inclangant graculi, sapientes autem laudant, horum dimisso consensu, stultorum clamores nos mouent: sunt enim graculis haud absimiles, & asinis peiores, qui præsentia admirantur. Nam si terrenus rex te laudet, nihil multitudinis sermonibus moueberis, etsi omnes irrideāt. Cùm

C aūt omniū dominus te laudat, de cantharidū & culicū laudibus cogitas? Quousq; in cœno uersabimur? Quousq; stultos & gulæ deditos spectatores habebimus? qui lusores, ebrios, uentri uiuentes probare possunt, uirtutem autem & uitium ne in somnis quidem imaginantur. Si quis te accuset quòd ducendarum aquarū ignarus sis, nihil molestè ferres, sed rideres, qui tibi ignoratam artem proponeret: at si uis uirtuti operam dare, eius ignaros tibi laudatores proponis? Ideo nunquā eam assequimur. Nō enim peritis, sed ignaris res nostras committimus: illi autem non secundum artis rationem, sed secundum ignorantiam suam probant.

Dicitur aspis hinc alteram aurem, quàm pressius potest, terræ infigere, inde uerò alteram caudæ immissione nihilominus obturare ne audiat. Quid ad hæc in cantātis uox, quid sermo faciet prædicantis? Orabo pro eo, baptisabor pro mortuo, uberrimo quodam profluuio lachrymarum: apud quem uiderim nihil humanæ incantationis quamlibet sapientiam, nihil quantumcunq; admonitionis industriam præualere. Nouerit tamen uir sapiens non cœlo sese, sed solo infigere caput, quòd sapientia quæ desursum est, non modò pudica, sed & pacifica sit. Hæc autem magis (ut ita dicam) aspidica, nisi terrena esse non potest, sed nec ideo obsurdesceret, nisi cauda quoq; obturaret auditum. Cauda est finis intentionis, hæc surditas desperata, dum hic quidem uelut terræ infixus, propriæ quisq; inhæret uoluntati, inde uelut reflectens caudam, finem aliquem meditatur & infigit animo, quem desiderat adipisci. Inde tam mordax & amarus sermo inuenitur in ore hominis obstinati, quòd nulla ad eum penetrare queat beneuolentia monitoris. Inde aspidi uirus in linguæ aculeo perseuerat, quod aduersus linguam incantatoris, tanto se studio obturarit. Aspis latitat in arena, et aues uolātes flatu attrahit uenenato.

Quomodo athleta tantisper dū domi se continet, cum nemine manus confe-
D rens, imbecillitatem infirmitatemq; suam occultare alijs potest: ubi uerò nudato corpore in arenam decertaturus descēderit, tum facilè apparet quid ille possit: Eadem ratione qui priuatam hanc & quietam uitam uiuunt homines, solitudinem habent suorum uitiorum tanquam uelamen quoddam: ijdem rursus quum in medium prodierint, solitudinem illam sicut uestem exuere, ac per externos aduentitiosq; motus, suos animos omnibus nudos exhibere coguntur. Quemadmodum ergo illorum officia rectiq; mores multis usui sunt, accenduntq; ad studij æmulationem eiusdem: Ita & uitia ad uirtutis cultum segniores reddunt, præstantiq; ut cæterorum animi ad bonorum operum labores capessendos torpescāt. Quamobrem sacerdotis animi pulchritudinem undiq; splendescere oportet, ut oblectare pariter & illustrare possit eorum animos, qui suos in illum oculos conijciunt.

Quomodo athleta qui non est in agone conscriptus, neq; flagella metuit, neq; expectat coronam: qui autem semel nomen professus est, si uictus fuerit, uerberatur atq; proijcitur, si uerò uicerit, coronatur: Eodem modo qui ingressus est ecclesiam, ô catechumene ausculta, qui accessit ad sermonem Dei, nihil aliud quàm conscriptus est in certamine pietatis: & conscriptus, si non legitimè certauerit, cæditur flagellis, quibus non uerberantur ij qui non in principio conscripti sunt. Si autem contenderit fortiter ad fugienda uerbera & contumelias, non solùm iniuria liberabitur, sed incorruptam gloriæ accipiet coronam.

Neq; athleta tantùm coronam gestans, quicq; laborem ac sudorem pertulit modò, uerùm & is qui admiratur uictorem, non minimam laudis illius ac uoluptatis partem decerpit. Quapropter & ego non solùm generosum illum ac magnanimū ob animi moderationem effero, beatumq; prædico, uerùm & uos ob beneuolum erga illum animum. Ille quidem certauit ac uicit, coronamq; tulit: uos autem quià uictoriam collaudastis, non mediocrem coronæ laudisq; partem uobis tulistis.

Si quis athletam puluere aspersum, nigrum, nudum, & ab arena & à solemul tum ha-

A tum habentē luti,& oleo, ſudore ac luto ſimul deformatū uiderit, ipſe unguentū olens acceptis ſericis & aureis ueſtibus,& ſtola uſq; ad corrigias calcei demiſſa, & aureo ornatu in capite ingreſſus ſe immittat. Qui enim talis eſt, nō impeditur ſolum,ſed omnem curā habet, ne inquinetur,ac diſrūpatur ueſtis,unde & primo aggreſſu cadet:& id quod timuit,ſtatim patietur,cū plagis & damno accepto. Tempus adeſt certaminis,tu autem ſericis indueris: tempus eſt exercitationis, tempus ſtadij: tu autem quaſi ad pompā teipſum ornas,& quomodo uinces? Oro ne uideas ad externa,ſed ad interna. Horum enim curis, quaſi uinculis grauibus ubiq; anima colligata eſt,manū non ſinens extollere,neq; extendere contra hoſtem,molles faciens ac delicatos.

Nemo iniuſtè uel intempeſtiuè de fortitudine & certamine factū dixerit ſermonem,cùm athletæ iuxta olympicas leges exercentur. Itaq; & nos nunc athletas Chriſti,quos uidimus accepiſſe uirtutem à ſpiritu propter diuina ſacramenta, ad agonem ſpiritualem miſſuri,meritò de continentia diſſerimus. In mūdanis enim certaminibus poſt uictoriam coronæ:in Chriſti autem ſtadijs ante uictoriam coronæ. Quare autem coronatos in agonem mittit nos Chriſtus? ut metum incutiat aduerſarijs,ſenſusq; noſtros erigat,ut ad honorem à Deo nobis datum ſpectantes,nihil indignum domino uel loquamur,uel faciamus:nam ſi rex aliquis purpura amictus,coronaq; caput ornatus,& uictus naturę affectionibus indignū quiddam regia maieſtate fecerit,mox ut in regiam ſtolā aſpexerit,emēdat ſe, operamq; dat ne poſthac à fœdis uincatur cupiditatibus. Et tu quoq; indutus Chriſtum, uiſa turpis animæ concupiſcentia,ad diuinam ſtatim ſtolam reſpice,meliorq; ſtatim eris,neq; maligni artibus offenderis.

B Sicut athletæ perfruūtur quidē omni curatione,& eo tempore quando ſunt in certamine conſtituti,ſed non omni quiete,nec plena remiſſione perfruuntur ſub legibus uiuentes, ſed poſtea omni plenaq; perfruuntur : Sic & Deus non ita præſtat,ut omnem hîc quietem percipiamus,tribuit quidem etiam hîc.

Sicut athletæ in theatro,& in ſudore & puluere,& æſtu multo,& laboribus,et ærūnis pugnandū eſt,ita et iuſtū hîc multa ſuſtinere oportet, & ferre omnia uiriliter,ſiquidem præclaras illic accepturus eſt coronas. Et ſi ſunt nonnulli, quos perturbat impiorū felicitas,hi ſecum perpendant,quòd quemadmodū & latrones, & fures & homicidæ,& piratæ priuſquam ad iudicē trahantur,multis delitijs fruuntur,& ex aliena calamitate ſuam conſtituentes abundantiā,iniuſtisq; opibus locupletati,quotidie inebriabantur:ubi aūt iudicis ſententiā audiuerint, omniū horū luent pœnam: Ita & illi qui ſcorta mercātur, & Sybariticas menſas inſtruunt,& ſuperc ilia ſurrigunt,& faſtu pleni, pauperes opprimunt:quando unigenitus Dei filius aderit cum angelis ſuis,& ſedens ſuper thronum illum,orbem terrarū in medium adducet,tunc nudi,& animi ſui ſplendore deſtituti adducentur, & nullum uel aduocatum uel patronum habentes,abſq; uenia in igneos fluuios projcient.

Quomodo radix omnium malorum eſt auaritia : Sic peccatorum ſcelerumq; cunctorū radix eſt impietas,qua qui arauerit ſiue ſeminauerit, metet iniquitates.

Auaritiæ genus peſſimum eſt,nolle ne ea quidem quę facilè corrumpuntur, inopi dare. Cui facio iniuriam,inquis,ſi mea retineo conſeruoq;? Quæ illa, dic mihi,tua? Vnde hęc in uitam ueniens tuliſti? Quemadmodum ſi quis in theatrū ingrediens alios à ſpectaculis arceret, proprium ac priuatum exiſtimans, quod ad cōmunem omniū uſum eſt paratū:tales & diuites exiſtūt. Cōmunia nāq; poſſidentes,propria faciūt occupādo:nam ſi tantū quiſq; uſurparet, quantū ad proprię neceſſitatis ſolatiū faceret,ſuperfluūq; egenti tribueret,nemo profectò eſſet diues, nemo item pauper. Nōne nudus ex utero matris prodijſti,nudusq; rurſus reuerteris ad humum? Hæç tibi bona præſentia unde? Si à caſu dixeris,ignoras horum præ-

C bitorem, danti gratias non habes, nullum putas Deum. Si ex Deo te illa habere fateris, dic mihi quamobrem hæc sortitus es? Non enim iniustus est Deus, qui ea quæ sunt ad uictū, inæqualiter nobis diuiserit. Cur tu diues es, ille pauper? Profectò non ob aliam causam, nisi ut tu benignitatis ac fidelis administrationis præmium accipias, ille uerò patientiæ maximè mercede honoretur.

Auarus enim uir inferno similis est. Infernus enim quantos mortuos deuorauerit, nunquam dicit satis est: Sic etsi omnes thesauri circunfluxerint in auarum, nunquam satiabitur.

Quemadmodum auari, quanto plura acceperint, tanto pluribus egent: Ita & arrogantes quanto maiore fruuntur honore, tanto cupiunt honorari magis. Crescit enim illis ista animi passio.

Quomodo multum inter auaritiam & pecuniam interest, cùm illa cupiat, hæc concupiscatur: Sic inter philosophiam & sapientiam.

Sicut auceps auiū aut uisco, aut reti in grano aliquo captū tenet passerē, & manu sua subtilissimo funiculo ligatum retinet, & quasi dimittens laxum de manu sua, dans ei liberam uolandi potestatem: at ille auidus ad uolandum, euasumq; se putans, alacer altiora appetit, sed iste summum funiculum tenens, restringit eum cùm uolauerit, & ad se trahit ab spe uolandi & uiuendi deceptum: Ita & diabolus uersutus uenator & per spiritum præsumptionis laqueo suo deceptum implicat hominem, qui semel hæserit: uult quidem ab eo auelli, sed uinculum uelox uenator tenens, reuocat captum semel in laqueo, & reuolutum premit. Et quidem uinculum ipsum fluxū est, ac facilè potest disrumpi, sed desidia nostra, & dilatio diuturna facit ut robustum fiat, & non citò rumpatur. Quicquid enim durum aut rigidum obijcit, uigilantia uincitur, & pœnitudine propulsatur, orationibus mollitur,

D fletibusq; resoluitur. Nam ubi præsumptionis spiritus imperat, ibi exclusa pœnitudine, sola peccati arbor fructibus suis exuberat.

Verbi Dei auditor similis esse debet animalibus, quę ab hoc quod ruminant, munda esse dicuntur, & non pigeat cogitare quæ in aluo cordis accipit, & cùm audit, sit similis edenti: cùm audita in memoriam reuocat, sit similis ruminanti.

Probus auditor ac sapiens, quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus, mentis ea thesauro statim commendauit: si qua uerò ardua uidentur, sæpe ac multum inuestigans atq; interrogans tandem assequitur: uenatrices apprimè canes imitatus, quæ huc atq; illuc percurrunt feras quærentes.

Sicut supini & desides auditores etiam multum eloquio ualentem reddunt segniorem: Ita uos per Dei gratiam, etiamsi lapidibus essemus humiliores, possetis nostrum stuporem emendare, & somnolentiam discutere, cogereq; ut dicamus ea quæ uobis conducunt, & ad uestram ædificationem pertinent.

Quid sunt intentæ mentes auditorum, nisi quasi quædam in cythara tensiones stratæ chordarum? quas tangendi artifex, ut non sibimetipsis dissimile cantum faciant, pulsat, & idcirco chordæ consonā modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, sed uno impulsu feriuntur. Vnde & doctor quisq; ut in una cunctos uirtute charitatis ædificet, ex una doctrina non una eademq; exhortatione tāgere corda audientium debet.

Auis auibus se associat, deniq; ingentis plerunq; agminis uolatu cœlum obtegitur, pecus pecori adiungitur, piscis piscibus, nec damnum ducunt, sed commercium uiuendi, cùm plurimum comitatum capessunt, & quoddam munimentum solatio frequentioris societatis affectant: Solus tu homo consortem excludis, includis feras, struis habitacula bestiarum, destruis hominū. Inducis mare inter prædia tua, ne desint belluæ: producis fines terræ, ne possis habere finitimum.

Quemadmodum auis, etsi non toto corpore, sed uno tantùm pede capta teneatur, in

A tur in potestate eius qui laqueum tetendit: Ita & nos, cùm & uitæ & fidei peruer-
sitate capi ualeamus, si uita solùm oberrauerimus, in ius diaboli labimur.

Aues quæ conuiuijs comparantur, ut immotæ facilè pinguescant, in obscuro
continentur: Ita sine ulla exercitatione iacentibus, tumor pigrum corpus inuadit,
& superbam umbram iners sagina succrescit.

Vt aues quæ laceratione corporum aluntur, lapsa morbo pecora, & casura è
proximo speculantur: Ita hic imminet morti, & circa cadauera uolat. Gratus ani-
mus ipsa uirtute propositi sui capitur.

Sicut aues uocales humanam quidem uocem imitantur, non tamen intelligũt
quid loquuntur: Ita philosophi ueritatem nescientes prodiderunt.

Quemadmodum aues pullos suos, neq; è uestigio, neq; una duntaxat die, to-
tam uolandi artem edocent, sed primò è nido tantũ educũt, inde cum aliquantulũ
quieuerunt, uolatui eos assuefacere incipiunt, postridie ad operã reuocant: ita pau
latim exercendo ad naturalẽ eos efferunt altitudinem: Ita beatus Ioannes non sta-
tim ad summa Iudæos erigit, sed primùm paululum à terra eleuat, cùm Christum
se meliorem testatur.

Sicut auiculæ laqueo captæ utilitas nulla, sed frustrà & incassum alas concutit:
Ita & tibi nulla ratiocinationum utilitas, si ab improba penitus cupiditate captus
sis, sed quantumcunq; resilieris, captus es. Quam igitur ueniam habebimus, quam
uerò defensionem, cùm brutis simus dementiores? Auicula nanq; semel capta la-
queo, mox elapsa, & ceruus in rete decidens, & effugiens, ijsdem iterum difficile
capientur: nam cuiq; fit experientia cautelæ magistra. Nos sępe ijsdem capti in ea-
dem cadimus, neq; brutorum prouidentiam & solicitudinem nos ratione deco-
rati imitamur.

B Non patitur auiditas quenquam esse gratum: nunquam enim improbę spei,
quod datur, satis est. Et maiora cupimus, quò maiora uenerunt, ut flammæ infi-
nito acrior uis est, quò ex maiore incẽdio emicuit. Aequè ambitio nõ patitur quen
quam in ea mensura honorum cõquiescere, qua quondã eius fuit impudẽs uotũ.

Sicut iniquum est auiditate possidendi transgredi limitem agrorum: Ita ini-
quum est libidine concumbendi subuertere limitem morum.

Sicut quando per modica aura est, non permundatur tota tritici massa; sed le-
uiores quidem paleæ modica aura iactantur, grauiores autem remanent, similiter
remanent & uacua grana: necesse est ergo ut maior expectetur uentus, ut & gra-
uiores palcę, & uacua grana iactentur: Sic & quando modica est tentatio, illi proij-
ciuntur de ecclesia, qui multum sunt infideles: ideo necessaria est tentatio maior, ut
omnes infideles plenius expellãtur, ut perpurgetur ecclesia. Et modò quidẽ modi-
co flatu tentationis sufflante pessimi homines recedunt: si autem surrexerit maior,
sicut erit sub Antichristo, tempestas, etiam illi qui uidentur stabiles, sunt exituri.

Non uides aurigas qui prætercurrentes totam illam stadij partem qua uniuer-
sa ciuitas è sublimi spectat, sedens in equestri certamine, ibi contendunt concerta-
torum currus subuertere, ubi Cæsarem uiderint sedentem, & unum oculum di-
gniorem cui fidant, ducũt, quàm tot hominum uultus? At tu quum uideas ipsum
angelorũ regem tuo cursui agonothetam, hoc est, certaminis iudicem & præmia-
torem, præsidere, eo prætermisso ad conseruorum fugis oculos? Atque ideò sanè
post innumeras luctas incoronatus recedis, post sudores plurimos absq; brabijs
uenis ad agonothetam.

Si hi qui in auri fodinis laborant, ubi diuites uenas quasdam conspicati fue-
rint, à fodiendo non desistunt, donec quæ obstant, amouerint, & in profundum
descendentes, copiam inde auri perceperint: Multò magis nos non auri ramenta
inquirentes, sed inenarrabilem thesaurum inuenturos sperantes, decet quotidie

C illum inuestigare, ut multis spiritualibus diuitijs in sinum nostrum collectis domũ redeamus. Illic quidem diuitię sensibiles dominis suis multorum periculorum fuerunt autores, multaq; ante uoluptates pericula illis præstantes, statim auolarunt, uel sycophãtis insidiãtibus, uel latronibus parietes effringẽtibus. Hic aũt nihil tale suspicari licet. Diripi enĩ spiritualis thesaurus nequit, & ubi in prõptuaria mentis nostræ recõditus fuerit, ab omnibus insidijs est securus: modo nõ per ignauiã locũ demus ei, qui illũ nobis auferre cupit. Quandoquidẽ inimicus noster, malignus inquam dæmon, cũ uidet nos spirituales collegisse diuitias, furit & dentibus fremit, multũq; uigilat, ut opportunũ tempus captet, quo furari queat intus reconditas: nullum autem accõmodum illi tempus est, modo nos ignaui ne simus. Ideo perpetua nobis uigilantia opus est ad excludendas illius insidias: nam eos, quos uiderit sobrios & uigiles, & semel atq; iterũ frustrà aggressus fuerit, relinquit tandem, se uidens cõfusum, & sciens quòd nihil proficit, si in custodia perstiterimus. Proinde cùm sciamus quòd per omnem hanc uitam nobis certandum est, sic nos armemus, quasi assistentem semper habeamus inimicum, qui absq; intermissione obseruet, num aliquando uel parum dormitemus, insidiandi occasionem ei præbentes. Non uides, opulenti cùm hostium metuunt insidias, quanta cura & prouidentia res suas custodiant? Nam alij seris & repagulis ianuas muniunt & occludunt: alij in terram abscõdunt, ita ut nemo scire possit ubi lateãt: Eadem diligentia & modo collectam uirtutum gazam custodire congruit, & non ante omnium oculos proponere, sed in tutissimo mentis promptuario reponere, & omnes rapere uolentis insidias excludere, ut quum indeprecabilem eam seruauerimus, sit nobis uiaticum ad futuram uitam hinc migrantibus. Etenim sicut hi qui in terra aliena sunt, & in patriam suam redire cupiunt, multo tempore paulatim student & curant tantum corradere uiatici, quantum ad uiæ prolixitatem eis sufficere queat, ut
D ne fame seipsos perdant: Ita sanè facere & nos oportet, quia peregrini hic sumus & aduenæ, ut prouideamus & reponamus nobis spiritualium uirtutum uiatica, ut quando pręceperit nobis dominus in nostram redire patriam, parati simus, & alia quidem nobiscum afferamus, alia autem præmittamus. Horum enim uiaticorum talis natura est, ut ea quæ per bonorum operum actionem uoluerimus ante nos præmittere, quum illuc nos præuenerint, ianuas nobis aperiant ad dominũ, & introitũ facilẽ & absq; pauore, & magnã apud iudicẽ beneuolentiã procurent.

Sicut aurum uidetur quidem esse splendidum priusquam mittatur in fornacem, uerùm ubi traditum fuerit igni, tum uerò certò dinoscitur, eo quod adulterinum est, ab eo quod est syncerũ, separato: Sic & nostra opera, ubi diligenter examinaueris, tum euidenter retegentur, uidebimusq; nosipsos multis criminibus obnoxios esse.

Quemadmodum infra aurum est plumbum, & tamen ut adglutinato plumbo opus habet aurum: Ita & corpore anima: & sicut nobili quidem puero, pædagogi tamen opera necessaria est. Quemadmodum igitur quando quæ pueri agũt, puerilia uocamus, non ex eo ætatem illorum, sed quæ in ea ætate committuntur, taxamus: Ita & corporis habet ratio.

Si inueneris aurum iacens, non dicis apud teipsum, quare ille aut ille hoc non sustulerunt? sed festinas ante alios rapere: Itidem & de fratribus collapsis cogita, putatoq; te thesaurum reperisse, nimirum occasionem illis medendi. Etenim si instillaueris illi uelut oleum sermonis doctrinam, si obligaueris humanitate temperantiaq; uulneratum, si sanaueris, ille te faciet ditiorem quouis thesauro.

Sicut aurum cæteris præstat metallis: Ita mens bona in homine cæteris potior est humanæ substantiæ portionibus.

Quemadmodum aurum noctes atq; dies indesinenter quidem à furibus desideratur:

A deratur: abripitur uerò, ubi nihil huius expectatur, ut nō intelligas: Ita & hic usu uenit. Vide ne seducaris ab inimico, primi parentis peccato, statimq; eijciaris è paradiso uoluptatis. Qui nanq; Adamū per escę uetitæ furtum uita spoliauit, speraueratq; & Iesum se posse subuertere, multo magis non uerebitur & tibi primā illam malorū causam propinare, sciens quàm sit efficax hoc illectamētum. Gulæ nanq; morbus non in ciborū multitudine uim suam exerere solet, sed in concupiscentia, & modico gustu. Proinde si concupiscētia breuis cuiusdā gustus gulę te poterit morbo subijcere, absq; ullo labore morti tradet. Quemadmodū em̄ ea est natura aquę, ut sicubi multis tractibus locum aliquem ceperit ac distinxerit, uicinā circa tractus illos tellurem omnem germinare faciat: Ita & morbus gulæ, si cor tuum occupauerit, irrigatus omnibus sensibus syluā quandā malitię in te proferens, animam tuam omnis generis bestiarum stabulum ac mansionem constituet.

Sicut aurum, uel argentum cōbustis in fornace sordibus colatur: Sic homo in fornacem tentationis missus, depositis peccatis sanctificatur.

Sicut aurum, etsi aquis immoretur, propriam præstat speciem: siue in conflatorium ceciderit, splendidius rursum apparet: lutum autem & fœnum, siue aquis immisceri accidat, hoc quidem marcescit, illud uerò dissoluitur: siue in ignem ceciderit, hoc quidem frigitur, illud autem comburitur: Sic certè & iustus & peccator, ille quidē siue remissione fruatur, manet splendidus, sicut aurū aquæ immersum: siue in tentationem ceciderit, splendidior fit, sicut aurum igne examinatum: peccator uerò siue remissionem nanciscatur, dissoluitur & marcescit, sicut fœnum & lutum aquæ immorans: siue tentationem sustineat, comburitur & perditur, sicut lutum & fœnum ab igne. Non igitur conficiamur præsentibus malis: si enim peccata habeas, destruuntur & comburuntur facilè per tribulationem: si uerò uirtutem
B habeas, illustraris & elucidaris ab ipsa. Si continuè uigiles & sobrius sis, eris omni damno superior.

Sicut aurum uestemq; preciosam cū in publico ponimus, plurimos ad insidias prouocamus: si uerò ea recondimus atq; occultamus domi, in tuto cuncta seruabimus: Sic sunt etiam diuitiæ uirtutum, ut eas in memoria quasi uenales assiduè portemus, armamus hostem, irritamus inimicum, & dolosum inuitamus ad furtum. Si uerò nemo alter id scierit, nisi quem nulla occulta latère possunt, tutissimo in loco preciosa consistent. Nequaquam igitur huiusmodi bona frequenter euentiles, ne quis ea fortè diripiat. Quod etiam Pharisæus passus est, in lingua illa circumferens, unde ea & diabolus rapuit: quanquam certè illa cum quadam gratiarū actione memorabat, atq; ad dominum cuncta referebat.

Si aurum es, quid times paleā? quid times ignem? Simul quidem eritis in fornace, sed ignis paleas in cineres uertit, tibi sordes tollit. Si frumentum es, quid times tribulam? Non apparebis qualis antea eras in spica, nisi tribula conterendo à te separauerit paleas. Si oleum es, quid times pressuram prælī? Non declarabitur species tua, nisi etiam pondus lapidis à te separauerit amurcam. Veruntamen interroget se unaquæq; anima, & uideat si iustè patitur, proferatur statera iustitiæ, appendatur amor mundi cum amore Dei.

Quemadmodum aurum in conflatoria fornacula purgari uidemus: Ita temporis accessione iusti Abrahæ uirtus clarior fit & illustrior.

Si aurum ex urna sustuleris, quia illic & uipera est, non ideo mihi urna aurum dat, quia & uiperam habeat: Eodem modo ex sacrilegio lucrum fit, non quia turpe & sceleratum est sacrilegium, sed quia lucrum habet. Quemadmodum in illa urna uipera malum est, non aurum quod cum uipera iacet: Sic in sacrilegio malū est scelus, non lucrum.

Sicut qui aurum effodiunt, multum laborant, plerunque tamen parum in gle-

C bis inueniunt, cur nos non laborabimus in scripturis?

Nihil fratres fide nostra iniustius esset, si in sapientes solùm caderet, & eos qui sermonibus & logicis prestāt demonstrationibus: oporteret enim ut mula hanc, non secus ac aurum & argentum, necnon alia quæ apud multos rerum infernarū studiosos censent preciosa, cōsequerentur. Quod enim sublime esset, & ad quod pauci pertingere possent, Deo placeret & esset acceptū: quod uerò propinquius foret, & à multis consequi ualeret, despiciendum esset & uile: siquidem nec hominibus modestis accideret, ne pro uiribus expeterent honores, sed solùm gauderēt ijs, quos antea haberent.

Nunquid lucet aurum in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamento lucebit: patiatur tamen fornacem, ut purgatum à sordibus ueniat ad lucem. Fornax ista, ibi palea, ibi aurum, ibi ignis, ad hanc flat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum, illa in cineres uertitur, à sordibus illud exuitur. Fornax mundus, palea iniqui, aurum iusti, ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod uult aurifex, facio: ubi me ponit, tolero: iubeor ego tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & quasi consumendum me: illa in cinerem uertēt, ego sordibus careo.

Quemadmodum in auri metallis, ne minimam quidem uenam quispiam qui rem intelligat, omittere patitur, utpote quæ ad augendas diuitias plurimū faciat: Ita in diuinis scripturis ne unum iota, aut unus apex, sed ne dimidiū quidem prętermittendum est, sed omnia diligentius inuestigāda: nam à spiritu sancto omnia prouenıunt, neq; in his quicquam superfluum, nihil non necessarium.

Si auri glebas ex terra effodientes nulli labori parcunt, & omnia grauia ferunt ut possint aurum è terra euellere: Multò magis iustum fuerit ut scrutemur eloquia D Christi, & utilitatem quæ inde est, percipiamus, & sic inde exeamus.

Sicut qui auro commixtam terram argentariam ue effodiūt, simulatq; in multa quædam ramenta inciderint, eiusmodi uestigia sectantes, uberiores rimātur uenas, neq; prius ab effodiendo desistunt, quàm multam auri uim copiamq; inuenerint: Ita exhauriendi scripturarum fontes.

Sicut ex auro uno alij murenas, alij annulos, alij dextralia ad ornamentum faciunt: Ita ex una scripturæ scientia expositores quiq; per innumeros intellectus quasi uaria ornamenta componunt, quæ tamen omnia ad decorem cœlestis sponsæ proficiunt.

B.



Ic est in animo beatitudo, ut in corpore sanitas. Quemadmodum in ipso corpore alia præcipitur medicina, ne bona ualetudo amittatur, alia uero, ut amissa recuperetur: Sic in toto statu hominis, alia tūc prę cepta data sunt, ne amitteret immortalitatem: alia nunc præcipiunt, ut eam recipiat. Et sicut in ualetudine corporis, si quis præceptis medici, quibus eadem bona ualetudo custodienda est, non obtemperando in aliquē morbum inciderit, accipit alia præcepta ut sanari possit: quæ sæpe non sufficiunt, si talis est morbus, nisi adhibeantur à medico quædam adiutoria plerunq; aspera, & dolores importātia, quæ tamen ualent ad recipiendam salutem. Vnde fit, ut homo, quamuis inobtemperans medico, patiatur tamen adhuc dolores, non solùm de ipso morbo nondum sanato, uerumetiam de adiutorio medicinæ: Ita per peccatum lapsus in huius uitę morbidā & calamitosam mortalitatem, quia primo prę cepto obtemperare noluit, quò sempiternam custodiret ac teneret salutem: secunda præcepta æger accipit, quibus obtemperans iam quidem non absurdè dicitur iustè uiuere, sed tamen molestias quas patitur, uel de ipso morbo nondū sanato patitur, uel de adiumento medicinæ.

Oportet

A Oportet more eorum qui balneum ingredientes omnibus indumentis sepositis nudantur: Ita etiam ad religiosam uitam accedentes, omni seculari negocio nudatos philosophiæ huius uitam ingredi.

Si ingressus quis balneas, solis deponit æstus, & calor excludit calorem: Quãto magis diuini iudicij terror hunc terrorem excludit humanum, feruorem gratiæ secularis, gratiæ feruor æternæ.

Quod si aliquis in illo mouetur, quòd quidam qui ægri baptisantur, spiritibus adhuc immundis tentantur, sciat diaboli nequitiam pertinacem usq; ad aquam salutarem ualere, in baptismo uerò omne nequitiæ suæ uirus amittere. Quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui diu reluctatus, ac in perfidia sua demoratus, tam diu resistere potuit & perualere, donec ad aquam ueniret, quô cùm uenisset, & uictus est & extinctus.

Quo pacto igitur inquit hoc loco Marcus, in remissionẽ peccatorũ? Dicimus quod prædicarit baptismum pœnitẽtiæ, hoc est, prædicauit quô ferret baptismus pœnitentiæ, nempe in remissionem peccatorum, ut quando dicimus: Venit quidam satelles regis, prædicans ciborum præparationem, ut benefiat his qui præparant cibos regios, non dicimus hoc, quòd satelles benefacturus sit his qui præparant regios cibos, sed quòd ipse prædicarit præparationem ciborum, ut hi qui illos præparauerint regemq; susceperint, beneficia consequanẽ: Sic igitur & hoc loco præcursor prædicauit pœnitentiam, ut hi qui pœnitentiam egerint, suscepto Christo, remissionem peccatorum consequantur.

Proinde qui frigidi & inuitis similes ueniunt ad baptismum, nondum peruident ad quantam felicitatem recipiantur, eoq; indigni sunt qui potiantur ad quod inuitantur. Age si cui plebeio in tetro carcere marcescenti ueniat nuncius, dicens:
B Bono esto animo, hodie liber regiam ingredieris, futurus inter aulę proceres & regi charus: nônne periculum esset, ne subito gaudio deficeret, & ne post carceris tenebras ad regalis domus lucem ac maiestatem admissus ipse sibi excideret? Sed quis carcer, quod barathrum tam tetrum est, quàm est in quo detinentur, quos Satanas alligauit criminum uinculis? Aut quæ est usquam regia, etiamsi omnium splendorem in unam conferas, quæ cum ecclesiæ maiestate possit conferri? Quòd si merito reprehendendi sunt, qui tantam gratiam segnes ac languidi accipiunt, quanto iustius culpandi sunt, qui in huius regiæ penetralibus sordidè & incompositè uiuunt?

Sicut per baptismum eximimur à tyrannide satanę, & facti filij Dei, inserimur corpori Christi, quod est ecclesia, & in tam felix contubernium cooptamur angelorum, & omnium ad cœlestem hæreditatem prædestinatorum, ubicunq; terrarum uiuunt, uixerunt, aut uicturi sunt: Ita per pœnitentiam in eandem societatem ritè restituimur: & quanquam qui criminum suorum odium iam accepit à Deo, liberatus est à reatu.

Quemadmodum hi qui post baptismum delinquunt, ob id grauius puniuntur quàm catechumeni: Ita qui sciunt esse pœnitentiæ remedium, nec eo uolunt uti, grauiora luent supplicia. Etenim quo maior est Dei benignitas erga nos, hoc maior erit ultio, nisi illius benignitate sicut oportet utamur.

Vt ex barba capillos detonsos negligimus: Ita ille diuinus animus egressurus hominem, quô receptaculum suum conferatur, an ignis illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat, non magis ad se iudicat pertinere, quàm secundas ad editum infantem.

Quemadmodum quis à barbaris captiuatus est, non ideo barbarus est, licet ab illis detineatur: Ita & corpus nostrum corpus mortis dicitur, ex eo quod ab illa occupatur, non ideo quòd illam procurauerit.

Sicut

C Sicut bellator sine armis esse non potest: Ita nec sine exercitatione uirtus.

Bellatorum scuta non tegunt nisi unam corporis partem, scutum diuinæ misericordiæ totos nos undiq; protegit, superne aduersus spiritualium nequitiarum ignea tela, quæ nobis imminēt è cœlestibus: inferne aduersus uersutiā serpētis insidiantis calcaneis nostris: à frōte, ne nos lædāt instātia: à tergo ne nos repetāt pręterita: à dextris, ne rerum successus reddat insolētes: à sinistris, ne deijciat aduersitas.

Tu in bellum egressus non dicis: Non est opus ut me præparem, fortassis redibo. Neq; de nuptijs deliberans, dices: Accipiam uxorem pauperem: multi enim & sic præter spem ditati sunt: neq; domum extruens, subijciam fundamenta putria: multæ enim & sic constitere domus. De anima autem agens, apprehendis magis putria, dicens fortassis, & sæpius euenit, & contingit aliquando, ut quidam in ultima senecta pœnitentiam egerint, &c.

Quemadmodum in bello arma sunt quæ cominus hostem excipiunt, ut ensis & gladius: alia uerò eminus feriunt, ut hasta & sagittæ: Sic & Basilius accedentes propius, & secum congredientes hæreticos, lingua, sermonisq; eruditi acumine, uelut ense feriebat: eos uerò qui procul erant, literis & epistolis sicuti sagittis & iaculis uulnerabat.

Quemadmodum hi qui in bello regia signa circumferūt, ut moris est, magnis laboribus indigent & uiribus, maximaq; peritia, ut ne id hostibus prodant: Ita & qui Christi nomen portant, non in bello solùm, uerumetiam in pace summis uiribus indigent, ne id maledicis linguis exponant, sed id strenuè ferant, uexillo crucis armati. Ingenti enim profectò opus est robore, ut quis dignè portet Christi nomen: nam qui indignum aliquid uel dixerit uel fecerit, aut etiam cogitauerit, Christi nomen non legitimè portat, neq; habet in semetipso Christum. Porrò qui id D congruè portat, is profectò triumphat, non in foro, sed in cœlis, omnesq; illi adstant angeli circundantes illum, atq; admirantes.

Quemadmodum in bello non eorum qui plurimū iactant ab se gesta, sed qui plurima gesserūt: Itidem in rebus diuinis, nō loquentiū, sed facientiū uictoria est.

Vt in bello improuisus hostis uix sustinetur, & si imparatos inueniat, facilè opprimit: Ita animum mala inexplorata plus frangunt.

Quemadmodum in bello, cùm Imperator ab hoste occiditur, cōmoritur eius exercitus, atq; omnis comminuitur uirtus militaris: Sic non discrepare à iustitia uisum est, cùm interiret homo, cui regalem quādam dominus Deus in omne animantium genus potestatem dedit, ut omnibus uolatilibus, feris, bestijs, imperiali præesset autoritate, quòd etiam pecudes, & quęcunq; erant irrationabilia, commorerentur animalia. Deniq; si quando est pestilentia, corrupto cœli tractu, prius ea quę sunt irrationabilia, lues dira cōtaminat, et maximè canes, equos, boues, atq; ea inficit, quę cū hominib. cōuersari uident: Sic morbi uis genus humanū implicat.

Nam & in bellis extollitur signum, quod in tumultu sequantur milites. Atq; his signis non rarò falluntur, & in exitium pelliciuntur & milites, & nautę. Signū autem quod suis extulit Deus, citra ullum errorem omnes perducit ad salutem.

Sicut in bellis non unum locum exercitus omnis occupat, sed alij cornua agminis, alij medium, alij postrema, alij frontem phalangis ornant, alij autem ubiubi rex compāret, ibi cum ipso apparent: Sic quoq; & uirginum chorus nullum aliū nisi hunc ordinem sortitus est. Non uicarij qui aureas togas induti, & equis auro ornatis uecti, & aurea ferentes sceptra, & gemmata monilia, præsentes regi uideri debent, ut uirgo Christo. Nam illi quidē apud ipsum currum regiū uersanf: uirgo aūt regius quoq; currus fit, sicut Cherubin, si uult, & adstat ipsi sicut Seraphin.

Vt bellua exacerbata non desistit, tātisper dum apprehenderit quendam, quo deuorato exaturet cupiditatem suam: Sic & ille ignis pro transgressione mandatorum

A torum sæuiens,acpropter illa efferatus,quem apprehenderit,deuorat semper.

Quemadmodum autem curandum, ut in eos potissimùm beneficia conferamus, qui gratè responsuri erunt: Ita quædam etiam, si de illis malè sperabitur, faciemus tribuemusq;,nō solùm si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus fuisse, tanquam si filios alicui restituere potero,magno periculo liberatos, sine ullo meo incommodo non dubitabo.

Ac quemadmodum uirtus beneuolentiæ & gratitudinis Deo placet: Ita etiam placet Deo hæc pars hospitalitatis,quæ est opus beneuolētiæ & gratitudinis: sed hac parte non perficitur uera hospitalitas. Nam quemadmodum diligere amicū, cōplecti amore fratres, & benefacere benefactoribus,opera quidē bona sunt & factu necessaria,quicq; ea nō facit,ne ciuilem quidem gentiū iustitiā præstat, atq; tanto deterior est,quanto iustitia gentibus inferior est, attamen hæc opera nondum sunt perfecta impletio huius legis: Diliges proximum tuum sicut teipsum: sed exigitur ut etiam inimicum diligas,& malefactoribus benefacias: Ita uocare ad conuiuium amicos,& benefactores diuites,beneuolentia quidem est & hospitalitas, quam Deus probat,sed hac parte,nondum satis fit ueræ uirtuti hospitalitatis.

Quemadmodum ille Beseleel è diuersa materia tabernaculum sibi construxit: Sic & Basilius ecclesiā ex his,qui antea & opere & uerbis diuersi fuerāt, excitauit.

Quemadmodum bestia,quæ undequaq; agitatur,nō facilè euadit: Ita fieri nequit.quin is qui tot habet custodes, tot obseruatores,tot increpantes, & undique affligitur,facilè effugiat,& non seruetur.

Sicut bestia prouocata,quæ est ualdè sæua & agrestis, non cessat donec apprehendat aliquem,,& deuoret: Sic etiam ille ignis tanquam aliquis zelo stimulatus, quemcunq; apprehenderit,non dimittit,sed deuorat & dilacerat.

B Quemadmodum igitur hominum ingenio, noxiæ bestiæ multam adferunt utilitatem uitę mortaliū,quòd harū pellibus uestimur, uiperarū carnibus ad remedium utimur: Sic tu quoq; nō mediocrē utilitatē feres ex inimicis,si rectè noris uti.

Quemadmodum autem malæ bestiæ dentibus potissimùm occidunt, ueluti leones & ursi,nonnulli & letale uenenum ferunt in dentibus: Ita reperiuntur & homines,quorum dentes sunt illis arma & sagittæ,& quorum lingua gladius acutus,& sub quorum labijs latet uenenum aspidis insanabile. Hæc nimirum est illa generatio,non ex Deo profecta,sed ex diabolo, quę iuxta testimonium Salomonis,pro dentibus habet gladios,& commandit molaribus suis,ut comedat inopes de terra,& pauperes ex hominibus.

Non immeritò reluctantur bestiæ hominibus,quū ipsi Deo suo rebelles sint, cui sol,luna,stellæ,obediunt,mare non transit fines suos,quū tamen habeat legē, ut homines,in tabulis scriptā. Sed sicut equus freno retrahitꝛ: Ita mare, ne abūdet.

Bestiæ donec in syluis pascunt, & ab hominibus negliguntur, mitiores sunt, minusq; sęuæ: uerùm ubi uenatores eas captas in ciuitates abduxerint, atq; inclusas extimularint,ut pugnent cum ijs qui bestijs obijciūtur,protinus irruentes ubi carnem degustauerunt,& sanguinem humanum biberunt,postea non facilè abstinent à talibus epulis,sed multa cum auiditate ad eandem decurrunt mensam: Hoc sanè & nobis usu uenit,quoniam nunc cum Iudæis pugnam suscepimus. & impetu aduersus illorum impudentes cōtradictiones facto, rationes illorum subuertimus,omnemq; celsitudinem erigentem sese aduersus cognitionem Dei, & cogitationes captiuas duximus ad parendum Christo, maior etiam nos cepit aduersus illos bellandi cupiditas.

Quemadmodum rabidæ bestiæ in sua ipsarum uiscera sæuire solent: Ita seditiosi Iudæi in se inuicem grassabantur. Non enim priuatæ tantū domus, sed etiā templum ipsum cædibus complebatur & diripiebatur.

f Noli

C Noli illa contemnere, quia minora sunt, sed tūc quia plura sunt. Attendite fratres mei, minuta sunt, non sunt magna: non est bestia quasi leo, ut uno morsu guttur frangat, sed bestiæ plerunque minutæ multæ necāt. Si projiciatur quisquam in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores, sed infirma est natura humana, quæ etiam minutissimis bestijs interimi potest: Sic & modica peccata attēdite, quia modica sunt, & cauete quia plura sunt. Quàm minutissima sunt grana arenæ: si arenæ amplius in nauim mittantur, mergunt illam ut pereat. Quàm minutæ sunt guttæ pluuiæ, nònne flumina implent & domos dejiciunt? Ergo ista nolite contemnere.

Quemadmodum qui bestiarum cubicula indagat, & laqueo captare feras magni æstimat, & magnis canibus circundare saltus, ut illarum uestigia premat, potiora deserit, multisque officijs renunciat: Ita qui sectatur uoluptatem, omnia postponit, & primam libertatem negligit, ac pro uentre dependit, nec uoluptates sibi emit, sed se uoluptatibus uendit.

Quemadmodū qui acutæ bilis feruore febricitant, non solū nō extinguunt ardorem potu, uerumetiam incendunt atque inflammant: Sic qui auaritia laborant, cùm huic cupiditati omni bile acerbiori pecuniam afferūt, maiori seipsos flamma incendunt. Nihil quippe hanc sitim ita extinguit, quemadmodum si ab huiusmodi desiderio teipsum liberum constituas: sicut etiam acuta bilis, non potu, sed è cōtrario potus extinguitur.

Et quemadmodum blasphemiæ genus est sacras literas ad ineptos ac prophanos detorquere iocos, ita graui pœna digni sunt, qui cùm pingunt canonicarum scripturarū argumenta, de suo capite miscent ridicula quædā ac sanctis indigna.

Quemadmodum autem malorum extremū est blasphemias euomere in Deū:
D Ita perniciosissimum est maledictis obtrectare proximo: nam id homicidij genus. A blasphemijs in Deum minimum absunt, qui scientes peierant, minus etiā, qui uel ex malitia, uel ex praua consuetudine iurant abominandis modis Galli quum regem suum fortè nominant, aperiūt caput, & addunt bene precantes, Deus det illi bonam uitam, & Christianus nulla reuerentia subinde polluto ore nominat Deum aut Christum.

Boni laborant, quia flagellantur ut filij: Mali exultāt, quia damnant̄ ut alieni. Boni uita quę ex præceptis Dei agitur, tanquam stilus est, quod auditur scribens in corde. Si in cera scriberetur, facilè deleretur. Scribite illud in cordibus uestris & moribus, & nunquam delebitur.

Sicut bonorum hominum omnia opera etiam mala, bona sunt: Sic malorum hominum omnia opera etiam bona, mala sunt.

Bonorumque ingeniorum insignis est indoles, in uerbis uerum amare, non uerba. Quid enim prodest clauis aurea, si aperire quod uolumus nō potest? Aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quærimus nisi patère quod clausum est? Sed quoniā inter se habēt nōnullam similitudinē uescentes atque dicētes: propter fastidia plurimorū, etiā ipsa, sine quibus uiui nō potest, alimenta cōdienda sunt.

Magna est dissimilitudo inter bonum & sequacem: atque inter durum & pertinacem. Nam huic dicere habet prælatus: Quid tibi faciam? quod dominus ad eū nondum illuminatum ait. At perfectus & obediens populus dicit id Pauli dictū: Domine quid me uis facere?

Nemo computet bona opera sua ante fidem: ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non ualde attendas, quid homo faciat, sed quid cùm facit, aspiciat, quô lacertos optimæ gubernationis dirigat. Fac enim hominem optimè gubernare nauim, & perdidisse quò tendit, quid ualet quòd antemnam optimè tenet, optimè mouet, dat proram

flu-

A fluctibus, cavet ne latera infligantur, tantis est uiribus, ut detorqueat nauim quô uelit, atque unde uelit, & dicatur ei: Vsquequo is? & dicat, Nescio: aut non dicat, nescio, sed dicat: Ad illum portum eo, nec ducat in portum, sed in saxa festinet? Nónne iste quanto sibi uidetur in naui gubernanda agilior & efficacior, tanto periculosius eam sic gubernat, ut ad naufragium properando perducat? Talis est & qui optimè currit prӕter uiam. Nónne ergo erat melius & tolerabilius, ut esset gubernator ille aliquanto inualidior, ut cum labore & aliqua difficultate gubernacula regeret, & tamen rectũ debitumq́ cursum teneret: rursumq́ ille pigrius, etiam imbecillius, tamen uiam ambularet, quàm prӕter uiã fortiter curreret? Optimus ergo ille, qui & uiam tenet, & bene ibi ambulat: sequentis autem spei, qui etsi aliquantulum claudicat, non omnino errat, aut remanet, sed progreditur, etsi paulatim: fortasse enim bene sperãdum est, cum quô tendit, etiam tardius peruenturũ. Ergo ex fide iustificatus est Abraham: sed si fidem opera non precesserunt, tamen secuta sunt. Nunquid enim fides tua sterilis erit? Si sterilis non es, sterilis non est ipsa: aliquid mali credidisti, & igne malitiӕ tuӕ, radicem tuӕ fidei concremasti. Tene ergo fidem operaturus.

Per bonum mihi operatũ est mortem: ergo lex semper bona est, siue obsit inanibus gratia, siue prosit plenis gratia, semper est bona, sicut sol semper est bonus, quia omnis creatura Dei bona est, siue dolentibus oculis noceat, siue sanos mulceat. Proinde quod est oculis sanitas ad uidendum solem, hoc est gratia mentibus ad implendam legem: & sicut oculi sani non solis delectatione moriuntur, sed illis ictibus asperis radiorum, quibus reuerberati in densiores tenebras pellebãtur: Sic anima quӕ per charitatem spiritus salua facta est, non iustitiӕ mortua dicitur, sed illi reatui, prӕuaricationi quam lex per literam, cũ gratia deficit, faciebat.

B Propositis enim bonis malisq́, tum demum opus suum peragit sapientia, & quidem bonum appetit ad utilitatem, malum reijcit ad salutem. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt homini, quibus frui posset: Sic etiam mala quӕ caueret. Nam si malum nullum sit periculumq́, nihil deniq́ quod lædere hominem possit: tollitur omnis materia sapientiӕ, neceritt homini necessaria: positis enim tantummodo in conspectu bonis, quid opus est cogitatione, intellectu, scientia, ratione? Quocunq́ porrexerit manum, id naturӕ aptum & cõmodum sit, ut si quis uelit apparatissimam cœnam infantibus qui nondum sapiunt apponere, utiq́ id appetent singuli quô unumquenq́ aut impetus, aut fames, aut etiam casus attraxerit, & quicquid sumpserint, id illis erit utile ac salubre.

Boreas uentus est omnium uehementissimus, agitans nubes, ciens tonitrua, diffringens quercus, excitans terræmotum. Contra zephyrus est omnium placidissimus, ad cuius auram flores exiliunt è terra. Et tamen quum boreas conatur ui penulam auellere uiatori, quid proficit? nimirum ut ille magis ac magis adstringat penulam, aut uestem sumat uillosiorem. Cæterùm ubi leui flatu spirare cœperit Fauonius, iam ultrò ponit & penulam & tunicam. Saltem hoc exemplum admoneat uxorem, quanto consultius sit cũ uiro blãdius agere, q́ iurgijs cõtendere.

Sicut cornutus bos, etsi illi prӕcidantur cornua, non tamen sublatis cornibus equus efficitur, sed absint licet cornua, bos tamen est: Ita & masculus abscissis genitalibus omnibus, ea tamen mutilatione sua, mulier effectus non est, sed masculus, ut est à natura cõditus, permanet. Ac sicuti bos recisis cornibus, sic quoq́ furore cornu petit (ceruicem quippe incuruans, & caput ad feriendi impetum formãs gaudet intentare minas) ac sæpius ea parte capitis ferit, qua cornibus antea fuerat ornatus, satisfacitq́ furori per actus imaginem (ita enim afficitur correptus irӕ impetu, non ut casso feriens uulnere, sed ut prius ictu cornuum scindens ac diuidẽs) ita & masculus, quamuis abscisus genitalia, uitiosa tamen concupiscentia mascu-

C lus est. Quocirca & ipse se ad actum foeditatis similiter formans, amorem spirat incredibilemq; uesaniam, imò & ad coitum feruens, etsi ea parte non uiolet foeminæ turbulentus incumbens, ipse tamen ac si corruperit, satisfeceritq; cupidini, ita sceleris imagine affectus est. Eam uerò ad peccatum uehementius irritās, totū quidem corrumpit animum, corpusq; ad corruptionis actum inclementer instigat. Quapropter prudēs uirgo si intimā uirginitatem suā seruare inuiolabilem cupit, huiusmodi cōtubernia atq; colloquia (sunt quippe homines) nō passim admittat.

Sicut duos boues altercantes stimulus cogit in unum uenire: Ita & sermo sapientium duo testamenta conuenientia reddit, etiamsi in quibusdam incōuenientia uideantur apud eos, qui non possunt attingere profundum cōsensum eorum.

Sicut enim stimuli boues pungunt, urgentq; aratro sulcum proscindere: Ita & Theologorum uerba excitant nos, qui spe bona aramus, proscindere sulcum spiritualem: ut cùm purgatus fuerit ager cordis nostri, pulchros in eo uirtutis surculos conseramus. Similia quoq; sunt clauis ignitis atq; cādentibus, qui altius ac facilius lignis infiguntur: Ita & sapientium uerba Theologorum, in penitissimos sinus intellectus nostri altius figuntur.

Sicut botrus multa in se grana ligno mediante suspendit: Sic & Christus multos sibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos.

Inde ergo lædit, unde mala facit, non unde bona dicit. Qui malefacit, non prædicat de cathedra Christi: inde lædit, unde malefacit, non unde benedicit. Botrum carpe, spinam caue. Nunquid colligunt de spinis uuam, aut de tribulis ficus? botrum carpe, spinam caue, quia botrus aliquando de radice uitis exortus pendet in sepe, crescit palmes, inseritur spinis, & portat fructum, spinā, non suum. Non eñ spinā uitis attulit, sed spinis palmes incubuit. Noli interrogare nisi radices: Quę-
D re radicem spinæ, extra inuenies à uite. Quęre originem uuæ, uitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Mosi uitis erat, Pharisæorum mores, spinæ erant: doctrina uerò per malos, palmes in sepe. Botrum inter spinas cautè lege, ne dum quæris fructum, laceres manum. Et cùm audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. Quæ dicunt, facite, legite uuas: quæ autē faciunt, facere nolite, cauete spinas.

Quemadmodum brachium toti corpori naturaliter coaptatur, omniaq; facit quę menti uidentur, inungere quoq; solet digito: Sic filium quidem Dei ex ipso, & in ipso patre naturaliter esse intelligimus.

Ego quum apud uos agerem, minimè sentiebam affectum: quum uerò separatus essem, desiderium cognoui, tyrānum illum dulcem. Nec nouū quid sit: si enim bubulcus adeò conqueritur, quum uitulus ab armento aberrauerit, & pastor & ouis gregem dereliquit: aut auicula quæ foetum suum desiderat, quem nuper relinquerat, ut fistulas sumat, & in speculam quandam ascendat, ac tristitiæ inflet calamos, reuocetq; aberrantia tanquam rationabilia: Et si exaudiunt, plus gaudet q̃ ob alia cuncta, simul suorū curam nō gerebat. Auicula uerò cū stridore ad nidum aduolat, ac in stridentes incidit pullos, alisq; confouet: Quanto maiori curæ oues rationales idoneo pastori esse debent, præcipuè quum aliqualiter pro illis fuerit periclitatus? Nam & id amori aliquid addit, ac ideo graues istos lupos timeo, ne tenebras obseruātes, gregem nostrum diripiant sermonibus direptitijs & uiolentis. Temporis enim opportunitatem quærūt, qui in aperto uires nullas habent. Timeo & latrones ac fures, ne atrium transcendant, uel per impudentiam compilent, uel per deceptionem furentur ut iugulent, occidant ac perdant, rapientes rapinas, deuorantes animas, quemadmodum ex prophetis quidam inquit. Timeo & posticam, ne aliquis ex ijs, qui heri ac pridie à nobis stabant, illam apertam inueniat, sicq; perinde ac domesticus ingrediatur, tanquā alienus uerò insidietur: multæ enim ac uariæ sunt insidiæ illius, qui hæc operatur, nec aliquis talis est architectus, ac

A ctus, ac tam uersipellis, quemadmodũ sophistica malitia, aduersarius ille. Timeo quoq;, quòd canes iam uiolenter pastores esse contendant, quod mirum quidem est, quum nihil habeant pastorale, præterquam ut comam præscindant, quã malè produxerant, qui neq; canes permanent, nec pastores fiunt, excepto quòd dilaniant, discerpunt, ac laborem dissoluunt alienum, quoniam longè facilius est destruere quàm conseruare. Et homo quidem, inquit Iob, nascitur labore, fabricatur & nauis labore, per laborem etiam domus construitur: occidere uerò uel dissoluere, aut incidere, unicuiq; est perfacile. Quapropter ne nunc quidem admodum glorientur, qui canes in gregem instigare contendunt, qui nec unicã ouem ostendere possent, quam congregassent uel saluassent: non enim benefacere didicerũt, qui scelera perpetrant: hoc & tempestas modica, hoc & morbus paruus, hoc & bestia unica subitò inuadens facere potest.

C.



Quemadmodum cadaueri cadauer adiectum, nihilosecius immobile efficitur: Ita qui tumidos naturæ motus uictor sedauerit, nulli unquã ulla in re humanę passioni succumbet: nam sicut in pecuniis duorum aureorum lucrum fecisse, maiorem interea ad denos, uel etiam uigenos duobus illis & congerendos animum facit: Ita in uirtute bonum aliquod facinus gessisse, adhortationem simul & admonitionem quandam ingenerat, ut alia deinde plura similiter aggredi animus uelit.

Sicut quandiu cadaueris materia est, & aliquis humor in cadauere, uermes nascuntur ex putredine: Sic ex ipsa materia peccatorum supplicia gignuntur.

Calamus est uacuus, & nullam habet uirtutem, & ideo qualisuis uentus flauerit super eum, huc & illuc flectit illum: Sic & homo carnalis & secularis, in quo fi-
B dei nulla est medulla, & uirtus ueritatis non inuenitur in eo, qualiscunq; tentatio uenerit super eum, curuat eum.

Quemadmodum calcans semetipsum excoquit, & adamantem percutiens seipsum lædit, & qui contra stimulum calcitrat, seipsum uulnerat: Sic qui offendere cogitat, seipsum offendit, omniq; luto fit infirmior.

Quemadmodum qui calcitrant aduersus clauos, & interim elato sunt animo, ob insaniam misericordia digni sunt, ac lamentis: Sic qui lædunt eos à quibus nihil passi sunt mali, non imprecationibus, sed multis complorationibus ac lamentis digni sunt, ut qui suas ipsorum uulnerant animas.

Sicut calculus genus est lapidis durissimi & rotundi, & omni puritate leuissimi: Ita sermo Dei, qui neq; hæreticorum, neq; omnium aduersariorum potest contradictionibus cedere, dicitur calculus.

Quemadmodũ calefacere minimè ab igne separatur, nec à luce splendere: Sic nec à spiritu sanctificare uiuificareq;, seu bonitas, seu rectitudo.

Tanquam si quispiam ueneni calicem præparet alicui, & oblitus bibat: & tanquam si foueam quisquam fodiat, in quam quisq; inimicus eius in tenebris incidat, & ille oblitus quòd foderat, ambulãs ea uia, prius illuc cadat: Ita credite, ita certiestote, uidete, prospicite, quia nemo malus non sibi prius nocet. Sic enim esse putato malitiam, quomodo ignem. Incendere uis aliquid aliud, illud quod admoues prius ardet, nisi ardeat, non incendit: facula est, hanc faculam apponis, prior ardet, ut aliquid possit incendere. Malitia autem procedit ex te, & quem prius uastat nisi te? Quò profundit ramum, lædit: ubi radicem habet, non lædit? Equidem dico quòd malitia tua ut alteri non noceat, fieri potest: ut autem tibi non noceat, fieri non potest.

Quemadmodum camelus, bestia uehementer distorta, ac moles potius quàm animal, non potest transire per foramen acus, quod adeò pusillum est, ut prope-

C modum uisum effugiat: Ita fieri non potest, ut diues uocationem Euangelij capes-sat, & ea angusta uia ingrediatur, quæ ducit ad uitam.

Sicut cameli animal tortuosum atque deforme exigua acus cauerna præterire nõ patitur: Ita et diuitẽ auarũ atque mendacẽ arcta cœli ianua minimè intrare permittit.

Quemadmodum canis assistens mensę, si uiderit hominem uescentem subinde aliquid eorum quæ in mensa sunt ipsi projicientem, manet assiduè: quòd si semel atque iterum sic astitit, ut discesserit nihil adeptus, protinus abstinet, uelut qui iam frustrà & incassum assistat: Idẽ & diabolus iugiter nobis inhiat, si quod blasphemum uerbũ ipsi ceu cani projciamus, hoc accepto rursus aggreditur. Quòd si perseueraueris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeriter que abegeris, & aufugere coëgeris.

Canibus & uenatoribus plerunque contingit à bestia, quam aggressi erant, desistere, & sequi aliam, quæ inopinantibus forte occurreret: Ita & nos ad id, quod intermisimus, reuersuri.

Sicut si canibus dederis sanctum, aut porcis margaritas, nec sanctũ canes sanctificat, nec margaritæ nutriunt porcos, sed econtrà canes coinquinant sanctum, & porci margaritas sordidant, uel confringunt: Ita si hominibus caninos uel porcinos mores habentibus sanctum dederis, aut mysteria secreta credideris, nec sanctum illos sanctificat, nec mysteria ueritatis eos illuminant, sed econtrà ipsi sanctũ coinquinant, & mysteria ueritatis blasphemant.

Sicut in cantando interpositiones, certis moderatisque interuallis, quamuis uocum priuationes sint, bene tamen ordinantur ab ijs qui cantare sciunt, & suauitati uniuersæ cantilenæ aliquid cõferunt: Et umbræ in picturis eminentiora quæque distinguunt, ac non specie, sed ordine placent. Nam & uitiorum nostrorum non

D est autor Deus, sed tamen ordinator est, cùm eo loco peccatores constituat, & ea cogit quæ merentur.

Nam quemadmodum is, qui cantaturus est carmen, si altius quàm uox eius ferre possit, carmen incipiat, necesse habet tandem turpiter desinere: qui uerò depressiori uoce incipit, is perducit carmen magna cum laude ad finem: Ita cuius negocij arrogãs est initium, eius finis solet esse turpis: cuius autem initium modestũ est, eius exitus solet esse honestissimus. Babylonij incœperunt quondam maximo animi fastu turrim ædificare, & iactabant se cacumen eius usque ad cœlum erecturos. Sed quod fastu inchoatum erat, hoc turpitudine desinit: unde & loci eius nomen est Babel, quòd ibi confusum sit labium uniuersæ terræ.

Quomodo numerus capillorum acutæ forcipi non repugnat: Ita & numerus aduersariorum Dei, facili succisione tolletur.

Quin & in capitalibus admissis ordo quidam est, quemadmodum apud homines quidam leuius dormiunt, sic ut facili sibilo excitetur: sunt qui altissimè, ut uix multa uellicatione expergiscantur: Ita apud Deum alij leuius mortui sunt, alij grauius, alij grauissimè. Nullum autem mortis genus tam deploratum & conclamatum, quod ille sua uoce non propellat, ad cuius uocem resurgunt etiam hi qui in monumentis sunt, neque quenquam tam profundus mortis sopor occupat, ut per eum non possit excitari.

Sicut captiuum, cùm & dorso uideris, & manibus & quandoque pedibus ferro depressum, propterea maximè miserum uocas: Sic & diuitem, cùm infinitis rebus circundatum uideris, non propterea locupletem, sed propter hæc ipsa quidem miserum esse puta: nam & præter hæc uincula custodem etiam habet infestissimum, pecuniarum amorem, qui prohibet hunc egredi carcerem, sed innumeras ei parat pedicas, & custodes, & fores, & obices: & in interiorem conijciens custodiam, etiã his uinculis gaudere persuadet, ita ut nec ullam inueniat spem ab ingruẽtibus ma

lis li-

A lis liberari. Et si cogitatione illius animam reuelaueris, non uinctam tantùm, uerùm & squalentem & sordidã, & pediculis plenã uidebis. Nam nihilo sunt illius meliores delitiarum uoluptates, quin & abominabiles magis & magis ipsum corpus lædunt & animam, & utriq; mille morborum inferunt flagella.

Quòd si aliquis dicit: Captiuum teneo aduersarium meum, cui semper insultem: uideat ne forte aduersus eum captiuus incipiat præualere. Nũquam securus cum thesauro latro tenetur inclusus, nec intra unam caueam habitans cum lupo tutus est agnus. Ipse se uoluit superari, qui hostem proprium in suas portas induxit, & intestinum gladium sibi ipse supposuit, qui locum habitationis suæ aduersarij ingressibus reserauit, & qui fretus est conuersari cum scandalo, sine causa dicit: Pacatus uolo esse cum diabolo, contra Apostolum dicentem: Nolite locum date diabolo. Omni ergo modo muniendus est locus, ubi fuerit thesaurus absconditus, ne per unam cauernam totum parietem latro suffodiat.

Caput omnium morborum superbia, quia caput omniũ peccatorũ superbia.

Quomodo si aliquis carbones apprehenderit, si citò eos proiecerit, nihil ei nocebunt: si uerò diutius tenere uoluerit, sine uulnere abire non poterit: Ita & qui ad concupiscendum, oculorum defixerit intuitum, & libidinis malum in corde suscipiens, morari in corde suo permiserit, excutere à se sine animæ plaga non poterit. Ideo iugiter clamemus cum propheta: Oculi mei semper ad dominum.

Diuinum carbonem sumimus, ut ignis in nobis desiderij assumens eo ex carbone ignitionem, comburat peccata nostra, & illuminet corda nostra, & participatione diuini ignis igniamur, & deificemur. Carbonem uidit Esaias: carbo autem simplex non est, sed unitus igni: Sic panis communionis, non panis simplex est, sed unitus diuinitati, & corpus unitum diuinitati.

B De carbonibus scintillæ dissiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aspides sibilant, & mulier fundit concupiscentiæ pestilentiam, quam Salomon sic comparat, dicens: De uestimento procedit tinea, & à muliere iniquitas uiri.

Si quis in carceris custodiam quempiam nummos decem debentem cõijciat, neq; ipsum solum, sed cum illo, & propter illũ simul uxorem, liberos, & famulos: ueniens uerò alius quispiam, qui non solùm soluat decem illos nũmos, sed & innumera auri talenta largiatur, uinctumq; in regalem aulam inducat, & in thronũ excelsissimi principatus constituat, atq; honoris supremi, alteriusq; cuiusuis splendoris participem efficiat, iam non poterit amplius fœnerator decem nũmorum debitum urgere: Ita & nobiscum factũ est. Multo siquidem plura quàm debeamus, Christus pro nobis soluit, tantoq; plura, quanto guttulam exiguam pelagus excellit immensum. Noli itaq; diffidere ô homo, cùm tantas bonorum diuitias uideas, neq; solicitus inquiras, quomodo scintillula illa mortis atq; peccati, tãto sit donorũ superinducto mari soluta & extincta.

Ingressi in carcerem, & uidentes alios pallidos, alios uerò uinctos & esurientes, alios uerò in tenebris conclusos, concutimur, horrescimus, & omnia ne illuc incidamus, facimus: quando adducti trahemur in gehennæ carceres, quales futuri erimus? Non enim uincula illa ex ferro, sed ex igne sunt nunquam extinguibili, neq; qui præsunt nobis, eiusdem dignitatis sunt, quos unquam demulcere poterimus, sed angeli, in quos neq; respicere licet, ualde iracundi, propterea quòd dominum tanta contumelia affecimus. Nõ est sicut hic, uidere ingredientes alios qui afferant uel pecuniam, uel cibos, uel sermones consolatione plenos, ut consolationem assequamur, sed omnia illic ueniam negant, etiamsi Noë, siue Iob, siue Daniel affuerit, & suos uiderit puniri, non audet patrocinari, &c. Vide 2. Cor. 6.

Quemadmodum qui tenentur in carcere, semper quidem deiecti mœrentesq; sunt, maximè tamen sub illum diem quo sunt educendi, & ad ipsas iudicis fores pertrahen-

C pertrahendi, & priusquàm periclitantur, ac iudicis uocem intus audiũt, exanimantur metu, nihiloq; melius afficiuntur quàm mortui: Sic & anima maximè quidem in ipso peccati tempore cruciatur & angitur, multo tamen magis quum hinc auulsa, abducenda est.

Quemadmodum asperior carduus pannum facit leniorem: Ita durior conuersatio conscientiam molliorem & tranquilliorem.

Quemadmodum carnales cibos diebus singulis ex necessitate requirimus: Ita & fidei pietatisq; doctrinam semper accipimus, eaq; iugiter enutrimur.

Quemadmodum qui carnalia complectunt, spiritualia ne audire quidē possunt: Ita spiritualia possidentes, frui nequeũt illis, nisi carnalibus prius abstineāt.

Considerate & uidete quomodo quid fiat in nobis carnaliter, quando sanum est caput, quomodo congaudent omnia membra, & placent sibi de singulis illis membra cætera. E contrario autem, quando patitur unum membrum, cōpatiuntur omnia mēbra. Ecce spinā calcat pes, quid tam lōgè ab oculis, q; pes? lōgè est à loco, proximus charitatis affectu. Modicũ pungit spina, perparuũ locum tenet in pede, uide quomodo illuc conuertũtur omnia mēbra. Primò ipsa spina dorsi incuruat se, & deponũt se omnia membra. Nũquid oculi cessant quærere? Nũquid aures cessant audire? fortè alij qui uident ubi sit, dicũt: Ecce ibi est, statim hoc audiũt aures, & sequuntur consiliũ, ibi & oculi quærunt, & manus operanē, &(ut dixi) totum corpus illuc incuruatur, & nihil uacat in homine ad subueniendum. Et solùm in pede factum est uulnus, & totũ quod est in homine, operatur. Sana sunt omnia membra, pes dolet, & omnia simul.

Sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit: Ita isti qui emendari despiciunt, & in suo morbo

D persistunt, si moribus deprauatis in societate sanctorum permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiunt.

Sicut caro, si sale non aspergatur, quamuis sit magna & præcipua, corrumpitur: Ita & anima, nisi tentationibus assiduis quodammodo saliatur, continuò resoluitur ac relaxatur.

Carnis incommoda sunt nobis communia cum humano genere: Sic cùm flatu sterili terra ieiuna est, neminem fames separat: sic cùm incursione hostili ciuitas aliqua possessa est, omnes simul captiuitas uastat. Et quando imbres nubila serena longa suspendunt, omnibus siccitas una est. Et cùm nauem scrupulosa saxa cōfringunt, nauigātibus sine exceptione cōmune periculũ est. Et oculorũ dolor, & impetus febriũ, & omniũ ualetudo membrorũ cum cæteris nobis cōmunis est.

Non nudam carnem adoramus, sed counitam diuinitati, ut in unam personā, & unam hypostasin Dei uerbi: timeo carbonem tangere propter ignem ligno cōiunctũ, adoro Christi simul utrũq;, propter carni coniunctā counitāq; diuinitatē.

Habes nunc carnem tuam, quam superes semper. Quid tibi uis alteram uelle conducere? Nemo super unam febrem cupit adhibere peiorem, ne incipiat hemitritæo insatiabili laborare, cui nullus ualeat medicus subuenire. Neq; aliquis super onus proprium, tollit alienum, ne oneribus duobus usq; ad inferos demergatur.

Quemadmodum in curanda carne necessarium est, ut uel tollatur quod alienum accessit, uel subministretur quod desideratur: Ita & in curanda anima amoliendum est quod alienum, & adhibendum quod secundum naturam illi conueniens est. Nam hominem Deus rectum fecit, & condidit nos ad opera bona, ut in illis ambulemus. Et quemadmodum in curandis corporibus incisiones, ustiones & acerba pharmaca, sanitatis gratia toleramus, ita & in animarũ cura, incisiones reprehensionum, & amara increpationum pharmaca, ut & illæ curentur, admittere debemus, id quod indisciplinatis opprobrat prophetis sermo, dicens: An resina non

A na non est in Galaad? Aut non est ibi medicus? Cur igitur non est restituta sanitas filiæ populi mei? In morbis autem diuturnis, ubi prolixis, dolorosis, simul ac uarijs remedijs toleranda est medela, indicium est quòd & animæ peccata per assiduā precem, multiq; tēporis pœnitentiā, & laboriosa cura emēdare nos oporteat.

Putridæ carnes ferro indigent & cauterio: nec est medicinæ culpa, sed uulneris, cùm clementi crudelitati non parcit medicus ut parcat, sæuit ut misereatur.

Quemadmodum in castris non omnes eundem seruant militiæ locum, sed uarijs distribuuntur ordinibus: Ita & in ecclesia, alius quidem magistri obtinet ordinem, alius autem discipuli, alius item rudis, tu uerò doctoris fungeris munere.

Quemadmodum eadem catena & custodem & militem copulat: Sic ista quæ tam dissimilia sunt, pariter incedunt: Spem metus sequitur.

Sicut catenas complicantes, si caput quidem retinentem habeant, facilè & diligenter totam expediunt nodorū seriem: si uerò faciens hoc auertit nemo, nec exordium aggredi possunt. Eodem certè modo diabolus quoq; peccatorum nostrorū catenas nectens, nisi à lingua nostra principium caperet, nec aggredi quidem posset: si uerò nos principium duntaxat fecerimus, uelut manu, lingua, iuramentum à nobis retinentibus, cum multa iam licentia malignam artem suam exercet, ex uno iuramento innumera componens, & texens periuria.

Sicut illi, qui (ut sæpe cernimus) catenati de his carceribus ad iudicium protrahuntur: Sic omnes quoq; animæ, cùm hìc fuerint uarijs peccatorum restibus circumactæ, ad terribile illud ducentur tribunal. Nullo enim præsens uita differre uidetur à carcere, sed sicut cùm triste illud introimus habitaculum, circundatos uidemus ac uinctos catenis: ita etiam nunc si extra omnia nos phantasmata collocantes, unusquisq; ingrediamur animam, uidebimus eam durioribus ferro uinculis

B colligatam, & maximè si in diuitum intremus animas, qui, quanto copiosius suis opibus ambiuntur, tanto onerosius uinciuntur. Sicut enim, cùm aliquem uideris uinctum, & ceruice, manibus pedibusq; ferratum, propterea illum maximè miseraris: Sic etiam cùm uideris diuitem cunctis rebus omnino circundatum, noli eū propter illa putare locupletem, propter quæ debes infelicem uocare. Propter illa siquidem uincula habet custodem carceris sæuiorem, amorem scilicet pecuniarū, qui semel à se uinctum nequaquam de hoc carcere exire permittit, sed mille illi imponit catenas, & ostia, & seras atq; custodias, & in interiorem illum conijciens carcerem, etiā delectari his uinculis facit, ut ab illis, quibus oneratur malis, nec spem quidem ullam liberationis inueniat. Quòd si intenta mentis acie animum eius inspexeris, non modò illum ligatum, uerumetiā squalentem atq; sordentem, ac uermibus plenum uidebis. Neq; enim meliores deliciarum iudicandæ sunt uoluptates, imò etiam horribiliores: simul quippe corpus animamq; corrūpunt, & utranque substantiam mille ægritudinum fontibus rigant.

Sicut cauterium corium corrumpit, & notam infligit: Ita & fallacia conscientiam, quæ dolo maleuolentiæ aliud facit, & aliud profitetur, denotat ad perditionem.

Sicut cedri per se altæ, addita montis sublimitate longè apparent altissimæ: Sic & in mundi rebus fluxis atq; fragilibus, qui erecti sunt, cedri ob fastum & arrogātiam ac mentis elationem uocari possunt.

Quemadmodum cera soluitur quidem ab igne, ipsa autem non item soluit ignem: Ita & corruptio ab incorruptione aboletur & euanescit, illa uerò hanc uincere nunquam potest.

Quemadmodum si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substātiæ remanet, nihil superfluit: Sic & hìc puta mysteria cōsumi corporis substātia. Propter quod & accedētes, ne putetis quòd accipiatis diuinum corpus ex homine, sed ex ipsius Seraphim forcipe ignem, quem scilicet Esaias uidit uos accipere. Reputate salu-

C tarem sanguinem, quasi è diuino & impolluto latere effluere, & ita approximantes labijs puris accipite.

Sicuti si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera post totum commisceat: necesse est si quis carnem & sanguinem domini recipit, cũ ipso ita coniungatur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur.

Neq; ceræ quicquam inscribi potest, nisi deletis notis quas in sese iam antea receperat: Neq; animæ diuina dogmata commendari, nisi eximantur primùm quæ ex consuetudine infixa sunt præiudicia. Ad hoc sanè maximè nobis adiumento est solitudo, consopiens in nobis animi affectiones, copiamq; faciens rationi illas ex anima prorsus excindendi. Quemadmodum enim bestiæ frigore pressæ facilè uincuntur: Ita & cõcupiscentia, ira, timor, mœstitia, pestifera animæ mala, si quiete & silentio quasi sopita fuerint, & non continua irritatione exasperata, superabiliora rationis potentia redduntur.

Qui duræ ceræ annituntur imprimere formam sigilli, si primo conamine frustrà tentarunt efformare illius effigiem, superaddunt secundum aut tertium conatum, & improbo tandem labore assequuntur quod expetunt, nisi usqueadeo dura sit, & primitiuæ formæ reluctans materia, ut omnino effigiationem non admittat: Sic etiam dominus facit: quod prima exhortatione Iudæorum mentibus non inhæserat, aut fuerat infixum, saltem secunda aut tertia affigeretur.

Quemadmodum qui in cera fingunt aut scribunt aliquid, eam prius digerunt atq; complanant, deinde formas quas cupiũt, imprimere student: Sic item cor nostrum, quod diuina sit suscepturum eloquia, planum, rectumq; ac liberum à prauis cupiditatibus reddere oportebit.

Accenditur cereus, non purum lumen est, sed lucerna, siquidem ignis ipse pro
D pria fomenta consumit, nec nisi ipsa consumptione fouetur. Porrò desinente materia, etiam ipse deficiet, & ubi uideris illam prorsus exustam, hunc quoq; nihilominus extinctum esse reperies. Sicut ergo flammæ illius nouissima fumus occupat & caligo: Sic lætitia lætæ rei in tristitiam commutatur.

Sicut cernendi uis est in oculo sano: Sic operatio spiritus in anima purgata.

Nam quemadmodum si quis certamen instituerit, & munera declarauerit, ad petentes maxima præmia dicat: Non est meum dare: non enim certandi munera sic mihi proposita sunt, ut uelim petentibus dare quibuscunq;, sed illis solùm qui certando superabũt: Sic saluator quoq;: Non est meum dare, inquit, supremũ honorem uobis petentibus, qui reseruatus est in præscientia patris illis, quos excessus certandi commendabit. Quare domini hæc responsio non potestatem negat, sed dispensationem ostendit. Quomodo enim ipse non potest dare quibus uelit, quum inueniatur omnibus discipulis id esse largitus: Matth. 19.

In olympicis certaminibus, athleta intra stadium certat: magister autem ludi foris confidens sermonibus affert auxilium, eatenusq; certantem duntaxat iuuat, quatenus acclamationibus sermonibusq; ualet: neq; eñ ulla ei lege permittitr propius assistere, & manibus illum adiuuare: at secus res habet in pietatis certaminibus. Idem enim est & athleta, & magister ludi: & idcirco non extra caueam sedet, sed ingressus ad certamina ipsa, firmat compugiles.

In olympicis certaminibus neutiquã quis tale quid inueniet, sed subsistit adornator & magister, fitq; spectator tantùm ut cæteri, neq; in ulla re potest adiuuare, sed expectat ut fiat uictoria. Dominus autem noster non sic, sed simul nobiscum certat, & manum porrigit, & simul adiuuat, & quasi undequaq; aduersarium nostrum nobis tradit, & omnia facit & causatur, ut in certamine duremus & uincamus, quò nobis immarcessibilem imponat coronam. Iam in medijs illis olympicis certaminibus corona post uictoriam nihil aliud est quàm folia lauri, quàm ap-

plausus

A plausus & clamor uulgaris, quæ tamen omnia uespera ingruente marcescunt & pereunt. At corona quę pro uirtute & eius sudoribus datur, nihil habet sensibile, neq; in hoc seculo nobiscum dissoluitur, sed perpetua est, immortalis, extendens se in omnia secula. Et labor quidem parui temporis, merces autem laborũ finem non habet, neq; cedit tempori, neq; marcescit.

Quemadmodum in certaminibus, qui aduersarium antequam brachia tollit, motam tantummodo dexteram uidens, fugiat, neq; plagam ullam expectet, mollis, deridiculus, imbellisq;, & laborum omnium impatiens habetur: Ita planè de his, qui paupertatem horrentes, ne expectationem quidem huius animo sustinere possunt, iudicamus.

Vt in certaminibus inspicere est, qui imbecillũ obtinent corpus, & inconsultis uiribus tamen in certamen ob spem uictoriæ descendunt, eos paulò pòst sub labore deficere: partes uerò uirtute præstare, fortiter sustinere certamen, ac pro asse quenda uictoria ad extremum usq; pugnare: Sic etiam certãtibus professionibus uitæ, alias quidem omnes reprobare ac pellere de stadio oportet.

Quemadmodum instituere certantes hominis est strenui, & sapientia & exercitatione probati: imponere autem uictori coronam, illius etiã esse potest, qui certamina ignorat, quis corona clariorem reddit uictorē: Itidē in baptismate usu uenit. Nullo enim pacto sine eo salutem quispiam assequi potest: nihil autem magnum, qui baptizat, operatur, confirmatam modò nactus sit uoluntatem.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quod fontes aquarum sunt ceruo uenenato serpentiũ pabulo æstuãti, hoc Deus est animæ in hoc terreno corporis domicilio curis, afflictionibus, ac tentationibus lassescenti.

B De ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cùm fretum ad insulam transeunt pascuarum gratia, sic se ordinant, ut onera capitum suorũ, quę gestant in cornibus, super inuicem portent, ita ut posterior super anteriorem, ceruice caput collocet. Et quia necesse est unum esse qui præcedēs cæteros, ante se nō habeat cui caput inclinet, uicibus id agere dicuntur, ut lassatus sui capitis onere, & ei succedat cui ferebat caput, cùm ipse præiret: ita inuicem onera sua portantes, fretum transeunt, donec ueniant ad terræ stabilitatem. Istam fortasse seruorũ naturam intenderat Salomon, cùm ait: Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarum colloquatur tecum. Nihil sic probat amicũ, quemadmodũ oneris amici portatio.

Quemadmodum chamæleontem facile ferunt uariari, omnesq; assumere colores præter candidum, ut interim fabulosum illum Proteum Aegyptium sophistã omittam: Ita & ille omnia præterquam mansuetus erat, & factus est Christianus, eratq; illi humanitas res admodũ inhumana, suadelaq; nil aliud quàm uiolentia, & pro immanitatis excusatione probitas, quò iure uideretur ad uiolentiam confugere, quum persuadendo nihil proficere posset.

In chordis crassa quidem & impurior ac incorrecta, inutilis ad omnes modos est: quæ autem undiq; depurata & tracta satis, bene sonora est. Cur defodis animam? Cur crassum parietem crassiorem facis? Cur magnum fumum & nebulã? quandoquidem uapores quasi nebula quædam undiq; euaporãt. Si nemo alius, certè athletę doceant te, quod gracilius corpus, idem & robustius. Igitur & anima frugalitati dedita, firmior est: comparatur enim aurigæ & equo. Et licet uidere, quemadmodum in hominibus uoluptuarijs & corpulentis, ita & equos obesiores & plus habētes carnis, minus agiles esse, & sæpe aurigæ rem turbare. Sane qui obsequentem & firmum equum habet, brabium occupare potest. Quãdo autem cogitur auriga trahere illum, & dum cadit, sexcenties pungere nec sic surgentem, etiamsi ualde ille peritus sit, uictoria priuabitur. Obsecro ne despiciamus animam

C nostram, quæ per corpus irritatur, sed & illã perspicaciorem efficiamus, alas enim leues reddamus & laxiora uincula, sermonibus illam pascamus, frugalitate ac parsimonia, ita ut sanum sit corpus & ualidum, gaudeatq; & non doleat.

Qui secantur à chirurgo, formidant ferrum, ne profundius quàm expedit infigatur. Quid igitur mirum, si homo tam imbecillis horret manum illam omnipotentem secantis Dei?

Christus flos campi, & non horti: campus enim sine omni humano floret adminiculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, nõ impinguatus fimo: Sic omnino uirginis aluus floruit, sic inuiolata, integra & casta Mariæ uiscera, tanquam pascua æterni nitoris floruerunt, cuius pulchritudo non uidit corruptionẽ, flos in perpetuum non marcescat.

Sicut Christus Deus & omnium dominus, in carne diuina nobis apparens, sanctos angelos cum hominibus concordes effecit, qui quasi bello quodam à nobis dissidebant: Ita & mansuetus homo fratres & cognatos, qui inter se discordes sunt, conciliat, & reuereri leges & præceptum Dei, abiectisq; inimicitijs in gratiã mutuum redire facit.

Christus alligaturam non refugit, cùm tamen uulnus non haberet: nos uerò qui uulnerati sumus, obligari pœnitentia erubescimus.

Quemadmodum & Christus ecclesiæ caput, eius curam gerit, eamq; seruat: Sic & maritus seruator sui est corporis, hoc est, uxoris. Quomodo igitur non debet subdi capiti corpus, quum curam eius gerat, illudq; seruet?

Christus se facilem ac popularem & expositum omnibus præbuit, ne publicanorum quidem ac peccatorum fugiens conuiuia, sed nusquam non agens Euangelij negocium: Ita conuenit episcopum, aut horum uicarios, omnibus sese accom-

D modare, sed hoc interim agentes, non ut ipsi ditiores euadant, uerùm ut suos reddant meliores. Asciuit te princeps in regiam, ut sis à confessionibus, aut à concionibus: ne id agas, ut episcopatum auferas, sed ut pauciora peccent inter aulicos.

Christus cum suis discipulis, ut ab amicis ultrò porrigẽtibus quædam accepit, ita nihil exegisse legitur, aut captasse, nec nisi pro uitæ usu præsenti: Ita qui præsunt gregi Christiano, gratis doceant: non deerunt qui ultrò suppeditent, si modò frugi sint, & ultra naturæ necessitatem nihil requirant.

Apostolos suos Christus diu rudes & incredulos, lenissimo pertulit animo, donec paulatim proficerent: Ita sacerdotes summa mansuetudine ferre debent populum infirmum, donec sensim ad meliora prouehatur.

Quemadmodum Christi mors odore suo plurimos pertraxit ad huius uitæ contemptum: Ita Christi uirginitas plurimos allexit ad amorem castitatis.

Vt hominũ cibus est, salus à Deo parta: Sic epulæ Satanæ, hominũ interitus.

Vt enim nescit, quæ sit uoluptas cibi & potus, qui nunquam nec famem, nec sitim pertulit: Ita ignorat quæ sit felicitas regni cœlestis, qui non antè expertus est, qui sint dolores inferni. Accenditur autem & inflammatur ignis inferni, agnitione peccati. Peccatum autem agnoscitur per legem. Quare, ut Christus iucunditatem Euangelij sui commendet, & felicitatem regni sui illustret, nõ uenit ut obscuret genuinum sensum legis, sed potius ut perspicuè eam interpretetur, & doceat non externam tantùm, sed totam & perfectam, adeoq; modis omnibus absolutissimam iustitiam in lege requiri.

Quemadmodum appetentia cibi corporis bonam ualetudinem declarat: Sic & sermones appetere spirituales, animæ sanitatem arguit.

Vetus & nouum testamentum quo in precio habendum, pulchra similitudine declaratur. Esto cibi aliquod genus salubrius, quod & uires indat uescentibus. Cibum itaq; sic comparatum, ut dulcoribus sit multis conditus, capiant non agrestes

A agrestes homines quidam & sordidi, in stabulis educati & inopes, & qui talibus uesci condimentis nihil consueuerint, sed opulenti & sobrij, uel soli uescantur, cũ alioquin non ut lautioribus uiris paratum hi cibũ desumpserint, sed perinde atq; agrestibus. Si igitur concedatur, ut ex cibi huiusmodi apparatu, qui lautiores habentur & ingenui, etsi pauci quidam, ut optime ualeant, & ex his ipsis cibatibus ut rusticiores permulti & imperiti rectius conualescant, si ad hos admittant̃, quos nam istorũ ad tam saluberrimas escas nõ admiserimus? Lautiores ne illos & splendidos qui pauci sint? an sordidos & rusticanos qui plurimi, cũ tantundem utrisq; si uno eodemq; cibo uescantur, sit salubritatis futurum? nimirum perspicuum est humanitatis & charitatis officium id suadere, ut communi commodo lõge magis uideatur conducere medicus, qui multorum sanitati prospexerit, quàm qui paucis medeatur. Id uerò exempli si cognitum fuerit, poterit profectò ad rationalis escæ & rationalium animantium qualitatem transferri.

Quid prodest cibum corporis sumere, & uix bene receptum stomacho, per uomitum reijcere? Verbum Dei cibus est animæ, quod si mentem subierit, & continua obliuione deleatur, aut non cõpleatur opere, non affert animæ salutem, quin immò grauiorem illi & duriorem parit damnationem, nempe scienti bene agere, & non facienti, peccatum est illi: multoq; melius erat ueritatem nõ agnoscere, quàm post ipsam agnitam retrò conuerti.

Quemadmodum qui cibũ accipiunt, quem continere non possunt, etiã quem antè comederunt propter illum euomunt: Ita in Christi morte usu uenit. Mors cũ corpus, quod corrumpere non poterat, accepisset, etiam illa eiecit quę comprehenderat. Siquidem cùm Christũ haberet, dolebat & affligebat̃, quousq; eũ euomuit.

Sicut qui preciosum gustauerit cibum, postmodum ei hæc esca communis ingrata uidetur: Sic & qui semel de dulcedine Christi bene gustauerit, terrenorum B bonorum de cætero non multum sentit saporem.

Quando de cibo isto non participat corpus, quando pori obscipiuntur, tũc moritur: quando obturantur fistulæ, tum frangitur: Ita & nos, quãdo obturamus aures, caro nostra destruitur: quando de cibo spirituali non participamus, quando malitiæ quædam loco corruptorum humorum nos inficiunt, omnia ista ægritudinem pariunt, ægritudinem quæ tabem ac corruptionem operatur, atq; ita igne illo deinceps opus erit dissecari.

Quemadmodum cibo uita hæc sustentatur, quem mox eadem illa subministrat: Sic etsi bonis actionibus adnitamur, spiritu potiemur, quo parto, & bonis operibus abundabimus: quibus contrà si caruerimus, idem à nobis spiritus auolabit, quo destitutos necesse erit circa res gerẽdas claudicare: siquidem spiritu hoc decedente, impurus succedet.

Quemadmodum cibo immodico obruti stomachum auferunt languidiorem, aut lumine solari supra facultatem semel onerati, amplius obscuriorem oculorum aciem experiuntur: Ita & illi de uiribus suis periclitantur, sed ut paulatim alio post aliud additamento facto, ac sicut Dauid inquit, gradibus, & à gloria in gloriã pro cessibus profectibusq;, trinitatis lux illustrioribus affulgeat.

Quemadmodum cibo admiscentur uenena: Sic etiam consuetis Imperatorũ honoribus pietatem commiscuit, in unumquenq; Romanorum leges, ac idolorum contraxit adorationem.

Sicut per ciborum abundantiam lasciuiens equus noster, aurigam quacunq; uult, pessimè præcipitem fert: Ita & per nimiam inediam propositum impedit uirtutis iter. Quemadmodum deniq; aurigæ non expedit equum ita affluenti sagina re præsepio, ut illius lasciuis motibus inordinatisq; lædatur, & quò ille uoluerit, circumferatur, dum feruidis eius ac nimijs uiribus nequit obsistere: Ita neq; uirtu

C tis uiam cum eo pergere instituenti; conuenit ex nimia necessarij uictus indigentia uires eius omnino deijcere, ne perpetuis infirmitatis incommodis pressô, alligatus inextricabiles ipsius causa labores subire cogatur: fit enim ferè ut dum prorsus lapsum erigere iam ad cursum nequit, nec dimittere illum naturali coniunctione permittitur, per inseparabile consortium semper ei condolere, ac circa eius curam laborare compellatur, & ex eo quòd ad capessenda spiritualia exercitia congruo careat robore, dum currere ac pugnare dissuescit, multum iam quæsitæ pridem petitiæ amittat. Quoniam igitur innatum nobis uehiculum, neq; nimis laxando frena, neq; rursus immodice illa retinendo, ad uirtutis cursum producere oportet, idcirco & corporum status & habitus, & ciborum qualitates solerter explorare conueniet, ut ualido quidem ac uegeto corpori, naturaliq; calore abundanti, frena immittamus &c. Vide Basilium lib. de Vera uirginitate.

Quomodo iuxta qualitatem ciborũ de stomacho ructus erũpit, & boni uel mali odoris flatus indicium est: Ita interioris hominis cogitationes uerba proferunt, & ex abundantia cordis os loquitur.

Neq; enim perinde ciborum qualitas transit in corporis habitum, ut lectio in animum ac mores legentis. Si in ieiunis, in frigidis, in fucatis, in spinosis ac rixosis scriptoribus assidui simus, tales euadamus oportet: sin in his qui uerè sapiũt Christum, qui ardent, qui uiuunt aguntq;, qui ueram pietatem & docent & præstant: hos saltem aliqua ex parte referemus.

Sic est in spiritualibus cibis, quomodo in corporalibus, ut in quibusdã sapor statim præsto sit, in aliquibus oportet laborare: quæ manifesta sunt, nostro non indigent ministerio: quæ uerò clausa sunt, diligentem uolunt habere consideratorem. Neq; mater tradit paruulo nucem integram, sed frangit eam, & nucleum porrigit: Sic & ego uobis quæ clausa sunt aperire debueram, sed quia minus possum, rogemus pariter mihi & uobis mater sapientia frangat istas nuces, istas inquam, quas protulit sacerdotalis uirga uirtutis, quam misit dominus ex Syon.

D

Dissimile. Turpe est, si ea quæ in cibis noxia sunt repellimus, in sermonibus uerò ac scriptis eorum quæ nostram nutriũt animam, nullam omnino rationem habere, sed more torrentis omne obuium secũ trahere. Quam habet rationem, quòd cùm gubernator haud temerè se uentis committat, sed nauim rectã moderetur ad portũ, & sagittarij ad metam ac scopum iaculẽtur, item fabri diligentia, siue architecti ex arte sua rem ad finem aliquem perducant: nos talibus artificibus sapientia inferiores sumus, ad planè consideranda, quæ ad nostri profectũ animi faciant? Erit itaq; operariorum consideratio finis operis, & humanæ uitæ consideratio finis non fuerit? Quem proculdubio finem respicere, & eius gratia cuncta facere ac dicere illũ, qui brutis æquiparari non cupit, oportet. Quo sanè neglecto nostra mens, uelud sine arte nauigium nullis insidentibus gubernaculis, temerè huc illuc exagitatur. Huius, inquam, finis tanta uis est, ut nemo ex arte laudem consequatur, nisi eam, in qua exercitatus fuerit, ad effectum perducat. Et in gymnicis certaminibus nemo sese ad palæstram aut pancration exercens, deinde cytharizare aut tibias inflare meditatur. Vide Basil. de leg. libris Gentil.

Quemadmodum circuncisio non utile membrum amputat corporis, sed superfluitatẽ inutilẽ: Sic per baptisma sanctũ à peccato circũcidimur. Manifestũ aũt quòd peccatum superfluitas concupiscentiæ est, & nõ necessaria concupiscentia.

Quòd cisterna uel lacus frigidam facit aquam suam: Sic in medio Hierusalem malitia quæ in ea est, omnem calorem perdidit uita, & quæ sequuntur.

Vt in cithara uarias quidem uoces habes, unam autem harmoniam, & unus musicus est, qui cytharam in manũ sumit: Sic hoc in loco, cythara quidem est charitas ipsa, uoces loquentes uerba, quæ ad charitatem concilian dam pertinent, o-

A mnes in unam suauem conspirant consonantiam. Musicus uerò est charitatis uis, illa dulcem melodiam affert. Vellem te ducere in ciuitatem talem, siquidem possibile, ubi anima una esset, & uideres quomodo quauis cithara & tibia consonantius ac suauius omnia sonent, nihilq; absurdi sit. Hæc melodia & Deũ & angelos lætificat. Hoc totum in cœlo spectaculum excitat, hoc & dæmonum furorem compescit, & affectionum demulcet impetus. Hæc melodia non solùm affectiones compescit, sed nec exurgere sinit, magnumq; silentium facit: quemadmodum etiã in spectaculo musicorum chorus, omnes enim tum cum silentio audiunt, & nemo interturbat: Ita & inter amicos, dum charitas citharam pulsat, omnes affectiones silent ac dormiscunt, quasi bestiæ blanditijs demulsæ ac mitigatæ. Igitur sicut in inimicitijs, contrà eueniunt omnia. Sed de illis nunc nihil loquamur, de amicitia dicamus solùm, &c. Vide Chrysost. Act. cap. 19. Homilia 40.

Cithara ex inferiore parte habet quo sonat, Psalterium ex superiore. Ex inferiore uita, id est, terrena, habemus prosperitatem & aduersitatem, unde Deũ laudemus ex utroq;. Cithariza quando malè ex inferiori uenit, tange chordas in corde tuo, & dic tãquam in cithara, in inferiori parte bene sonante: Dominus dedit, dominus abstulit, &c. Cùm attendis superiora dona Dei, quæ tibi contulit, conuerte ad Psalterium decem chordarum & præcepta Dei.

Citharam respice, ut musicũ melos sonis dulcibus reddat: tria pariter adesse uidenť, ars, manus, chorda, & tamen unus sonus auditur. Ars dictat, manus tãgit, chorda resonat, tria pariter operantur, sed sola chorda resonat. Nec ars, nec manus sonum reddunt, sed cum chorda pariter operantur. Sic nec pater, nec spiritus sanctus susceperunt carnem, & tamen cum filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit, carnem solus Christus accepit. Operatio in tribus constat: sed quo B modo pertinet ad solam chordam soni redditio: Sic pertinet ad solum Christum carnis humanæ susceptio.

Vt qui bellè fabricatam citharam, eiusq; concinnitatem compositionemq; miratur, aut concentum audit, nihil aliud quàm ipsius citharæ uel artificem, uel moderatorem citharœdum animo concipit, eoq; tota cogitatione conuertitur, etiamsi oculis fortassis eum non cernat: Ita & nobis seipsum prodit aliud, quòd & facit omnia, & facta mouet atq; conseruat, cùm interim quid illud tandem sit, mentis nostræ angustijs nequeat comprehendi.

Sicut in citharis & huiusmodi organis musicis, non quidem omnia quæ tanguntur canorum aliquid resonant, sed tantùm chordæ, cætera tamen in toto citharæ corpore ideo fabricata sunt, ut esset ubi uincirentur, unde & quò tenderentur illæ, quas ad cantilenæ suauitatẽ modulaturus & percussurus est artifex: Ita in his propheticis narrationibus, quæ de rebus gestis hominum, prophetico spiritu deliguntur, aut aliquid iam sonant significatione futurorũ, aut si nihil tale significant, ad hoc interponuntur, ut sit unde illa significantia, tanquã sonantia, connectanť.

Si citharœdus, uel saltator, uel mimus aliquis ad scenam aduocaret ciuitatem, omnes frequentes concurrerent, & admoniti gratias haberent, in quo spectaculo diei dimidium consumunt, nulli alij negocio uacantes: Deo autem nos per prophetas & apostolos alloquente, oscitamus, desidemus, hallucinamur, & plurimũ fastidimus, quare in forum egredimur: in hyeme uerò cum pluuia & lutum impediat, domi sedemus, aut in theatris sine tecto, quò à pluuia defendamur. Maxima pars imbre, uento, frigore, luto, uiæ longitudine contempta, insani perstiterunt, nulla causa eos domi cõtinet, nulla quin ad spectacula frequẽtes cõfluant, prohibet: huc sub tectũ sine frigoris & pluuiæ iniuria, ad animæ suæ salutem nemo ea alacritate cõcurrit. Sunt ne hęc tolerãda? Ideo in illis apprimè edocti, in necessarijs quàm puerulis imperitiores sumus. Quòd si quis te aut aurigã, aut saltatorem uocaret,

C caret, contumeliam id duceres, eamq; pro uiribus propulsares. Ire autem ad coru
spectacula non recusas, cuius artis nomen fugis, eam ferè omnem prosequeris:
cuius autem & nomen & res, hoc esse & uocari Christianus profiteris, quidnam
sit, non intelligis.

Sicut citharœdus neq; neruum intendit, ut non abrumpat: neq; remittit ultra
modum, ne harmoniæ concentum lædat: Sic & Deus agit, neq; in remissione con
tinua, nec in longa tribulatione nostram constituit animam, secundum suam pru
dentiam utrunq; faciens: non finit enim nos continua potiri remissione, ne segnio
res fiamus: non autem rursum finit in contin[...] esse tribulatione, ne concidamus,
né ue desperemus.

Inhonoratio ciui est de patria sua exulare, & infamia decurioni eradi de albo
curiæ, & cuiuscunq; alterius conditionis homini relinqui quidem in uita, sed cũ
ignominia, siue in operibus publicis, siue in insula aliqua solitudinis uiuere. Quã
to maior esse debet confusio ob peccata, &c.

Quemadmodum illi seruauerunt bonorum ciuium officium, qui reddi sibi
penates noluerunt clade communi, quia satius erat duos iniquo malo affici, quo
mnes publico: Ita nõ seruat hominis grati affectũ, qui bene de se merentẽ difficul
tatibus uult opprimi, quas ipse submoueat, qui, etiãsi bene cogitat, male precatur.

Quemadmodum in ciuilibus conuiuijs, qui inuitati sunt, alij primi, alij postre
mi ad conuiuium accedunt, & paterfamiliâs proponere solet ijs qui aduenerunt,
aut aleam, aut aliud genns ludi, ut interea temporis, dum uel postremi adueniunt,
uel cibus commodè præparatur & infertur, tempus fallant, ac etiam corpus exer
ceant, quò fiant cibi appetentiores. Quòd si quis conuiuarum ludo à patrefami
liâs proposito ita fixus inhæreat, ut aut præ eo conuiuiũ contemnat, aut malit tam
D hospitem quàm conuiuas maledictis proscindere, ac aduersus ipsos bellum susci
pere, quàm ludum derelinquere, & simul cum ipsis uoluptate conuiuij frui, nę is
terq; quaterq; insanus iudicaretur. Neq; id iniuria, quippe quòd paterfamiliâs
non hoc præcipuè consilio uocauit conuiuas, ut ludãt alea, sed maximè omnium,
ut opiparis ferculis suis pascantur: Sic dominus Deus noster, cœlestis paterfami
liâs, uocauit populum suum ad cõuiuium lautissimum regni cœlorum. Et ad hoc
conuiuium accedere solemus, cùm baptizamur in Christũ, & credimus in ipsum.
Sed quia post baptismum non statim abripimur morte in cœlum, ut cõtinua frua
mur uoluptate æterni conuiuij, proponit Deus unicuiq; suum genus uitæ, ac suã
uocationem tanquam ludum, in quo interea temporis sese exerceat, dum illato ci
bo, ad tabulam accedendum est, hoc est, in aliud seculũ migrandum. Deus enim
proponit nobis uaria genera uitæ, non quòd in his sit perpetuò durandum, sed
ut sint exercitia, quibus subinde conuiuij in regno cœlorum appetentiores redda
mur. Quid ergo hac insania furiosius dici potest, quàm si quis alicui uitę generi ita
sese immergat, ut malit in huius sordibus uolutari, quàm lautitias regni cœlestis
percipere, ac iucundius sibi ducat, propter suum uitæ genus & Deum & homines
contemnere, quàm conuiuio regni cœlorum frui?

Si qua ciuitas contra insidiantes inimicos magno ualletur aggere, fortibus cin
gatur muris, insomni muniatur custodia, unum uerò foramen tantummodo im
munitum per negligentiam relinquatur, inde proculdubio hostis ingreditur, qui
undiq; inclusus uidebatur. Vnde dictum est: Omni custodia serua cor tuum. Iob
iustitia indutus est sicut uestimento. Vestimento utiq; quo nõ uestimur, omni ex
parte circundamur: ita qui se undiq; bono opere defodit.

Quemadmodum ciuitas, quæ muris cincta non est, facilè uenit in potestatem
hostium, propterea quòd prorsus absit id quo fuerat hostium incursus arcendus:
Sic & animam non munitam precibus, diabolus facilè in suam redigit ditionem,

nec

A nec multo negocio omni genere scelerum implet.

Quemadmodum ciuitatis est abundantia uenalium rerũ in foro copia, itemq; regionem abundare dicimus, quę multis referta fructibus existit: Sic & animæ dicitur abundantia, quæ bonis est actionibus referta, quæ primùm quidem cum labore colitur, postea uerò cœlestium imbrium frequenti irrigatione saginata, fructum tricesimum, sexagesimũ, centesimũ reddere, ac benedictionẽ assequi ualet.

Quemadmodum in ciuitate dum obsidetur, multa fit turbatio ac tumultus, hostibus oppugnationẽ aggredientib. Ita in anima fit, uino & uoluptate ingrediẽte.

Quemadmodum clepsydra non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit: Sic ultima hora qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat.

Sicut cæcus non potest aspicere in splendorem luminis: Sic non potest intelligere homo malignus mysteria pietatis.

Quemadmodum cælator oculos diu intentos ac fatigatos remittit atq; reuocat, &(ut dici solet)pascit: Sic nos animũ aliquando debemus relaxare, & aliquibus oblectamentis reficere, sed ipsa oblectamenta opera sint, ex his quoq;, si obseruaueris, sumes quod possit fieri salutare.

Quemadmodũ si quis adductus sit in cœlum arcũ tendere, uelut sagittis suis illud perrupturus, aut oceanum exhaurire, tanquam suis illum manibus uacuaturus: hunc profectò ex facetioribus risu, ex grauioribus lachrymis, ijsq; permultis nullus non prosequeretur: Sic quoties nobis gentiles contradixerint, bene habebit res, si illos & rideamus & deploremus: res enim multo magis arduas, multo magis imperuias aggrediuntur, quàm qui uel cœlum uulnerare, uel abyssum uacuare se posse sperat. Neq; enim unquam donec lux existet, tenebræ erunt lux, neq; B rerum nostrarum ueritas refelletur.

Sicut cœlum & terra, sol & luna, & cætera omnia formata sunt, & irrationabilia animalia, & post hæc omnia homo, horum principatum suscepturus: Ita & in hac hominis formatione prius corpus producitur, & postea anima, quæ dignior. Et sicut animalia ministerio hominis utilia futura, ante hominem formantur, ut paratum haberet ministrum is, ad cuius usum creabantur: Ita etiam corpus ante animam formatur, ut cùm secundum ineffabilem conditoris sapientiam anima produceretur, posset suas potentias operari per corporis motionem.

Sicut cœli luminaria ac sydera in firmamento cœli à Deo collocata, cunctis indesinenter quæ sub cœlo sunt, fulgent, atq; omnibus quæ super terram sunt, per tempora ac tempora, per generationes & generationes, mirabiliter relucent, alia quidem per noctem, ut luna & stellæ: alia nihilominus per diem, ut solis speciosissimi radij: Sic & sanctorum uirtutis insignia, atq; beatissimi eorum agones, omnibus in perpetuo singulariter fulgent, omnibus in æternum bonorum formam tribuunt, omnibus sub cœlo pietatis exemplum ostendunt.

Si cœli pulchritudo à cordato spectatore uisa, illum in conditoris glorificationem producit: Quãto magis rationale hoc animal, cùm suam formationem & gloriam à Deo sibi datam, eminentiamq; & magnitudinem donorum, & ineffabilia beneficia considerat, autorem horum continuis laudibus prædicare, & pro suis uiribus glorificare Deum poterit?

Cœli quod quotidie cernis, naturam reddere nequis, & inuisibilis Dei substantiam scire indubiè profiteris? Quis tam rudis & insensatus sit, quin his qui hęc garrulant, non postremũ insaniæ irroget? Quas ob res uos fratres charissimi omnes & hortor & rogo, curare tentetis pro uiribus eorum opinionem, perinde ac insaniam & delirium furentium, cũ modestia tamen & cum clementia. Nam hæc eorum opinio orta est ex stoliditate & inflatione mentis uehementissima, uulnera

C autem inflata & tumescentia tactum omnem recusant asperiorem, ne attrectatio-
nem quidem manus patiuntur. Proinde medici spongia quadam præmolli & hu
mefacta, ulcera leuiter leniterq; attrectare consueuerunt. Quod cùm ijs quoq; ul-
cus in animo sit inflatum ac tumescens, officij est his, quas diximus, rationibus, uel
fut humore quodam clemente ac mirifico, spongia mollissima abluēdum curare,
atq; flatum eorum compescere, ac tumorem omnem diffundere conari: & quam-
uis nos afficiant contumelia, quamuis inspuant, calcitrent, quodcunq; faciant,
noli relinquere curam, noli deserere hominem. Multa enim huiusmodi patiatur
necesse est, qui furiosum hominem curat. Non propterea desistendum est frater
charissime, quinimo ea propter maiorem in modum miserandum, illachryman-
dumq;, quòd tali genere morbi laborant & pereunt. Hæc tamen ad eos dicta in-
telligi uolo, qui animo sint firmiore, qui nullum ex societate colloquijsq; eorum
possint capere detrimentum. Nam qui infirmior est, fugere debet congressum
& uocem, deuitet is conuentum eiusmodi hominum, ne ratio amicitiæ pariat er-
rorem impietatis. Sic enim & Paulus facit, ipse quidem cum ægris conuersatur, &
dicit: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, his qui sine lege erant, tanquam sine le
ge essem. Sed suos discipulos atq; infirmiores auocat, commonefaciens ad hunc
modum, dicens: Corrūpunt bonos mores colloquia praua. Quod propheta etiā
præcipit, cùm dicit: Exite ex medio eorū, & separamini, dicit dominus. Medicus
enim cùm ad ægrotum accedat, prodest sæpenumero & illi & sibi. Sed si quis pa-
rum sanus ualidusq; accesserit, & se & ægrotantem mutua contagione reddet in-
firmiorem, & qui prodesse illi haudquaquam potuisset, sibijpsi magnam hausit la
bem. Omnino quemadmodum qui oculos inspiciunt lippientium, malo afficiun
tur eodem: Ita his accidit, qui consortium blasphemorum & fœdorum illorum ho
D minum adeunt, eò quòd animo sint infirmiori: plurimùm quippe contrahunt si-
bi impietatis, & stolidorum numerum augent. Igitur qui ita se habent, ut non of-
fendantur, uitent & fugiant illorum colloquia, & optent duntaxat, ut clementissi
mus Deus, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis ueni-
re, liberet eos ab errore & diaboli laqueo, & ad lucem scientiæ restituat.

Quemadmodum serenitas cœli non recipit maiorem adhuc claritatem in syn
cerissimum nitorem repurgata: Sic hominis corpus animumq; curantis, & bonū
suum ex utroq; nectentis, perfectus est status, & summum uoti sui inuenit, si nec
æstus animo est, nec dolor corpori.

Sicut in cœlo celatur Deus, sic in scripturis absconditur. Et sicut hoc cœlū cor-
porale omnes quidem homines uident, non autem aspiciunt Deū inhabitantem
in eo: Sic & scripturas diuinas omnes quidem homines legūt, non tamen omnes
intelligunt Deum ueritatis positum in scripturis, nisi qui fuerit sic baptizatus, ut
accipiat spiritum sanctum.

Quemadmodum si quempiam è summo cœlo descendentem repentè conspi
caremur, qui arcana illa certè nobis dicturum polliceretur, omnes certatim curre-
remus: Itidē & nos in præsentia faciamus: è cœlo enim uenit Ioānes nos allocutū.

Quemadmodū igitur, quamuis in cœlis & coram facie patris, & cum ipso pa-
tre semper fuerit, futurusq; sit, tamen pro nobis modò cœlum ingreditur, & appa
ret patri, ut homo uidelicet: Sic etiam nunc pro nobis exaltatur & glorificatur, &
nomen accipit quod est super omne nomen, ut quemadmodum in ipso cœlum
ingredimur, & patri coràm apparemus: sic in eo quoq; gratificati & exaltati, dij
per gratiam efficiamur.

Vt cœlestia humanas manus effugiunt, & ab his qui templa diruunt, aut si-
mulachra conflant, nihil diuinitati nocetur: Ita quicquid fit in sapiente proteruè,
petulanter, superbè, frustrà tentatur.

Quemad-

A Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circunstãtibus diuiduntur: Sic peracta uita aliquid porrigitur his qui totius uitæ ministri fuissent.

Quemadmodum cœnum, si contrectetur grauius olet: Ita & anima cùm perturbata est, & multis intrinsecus fluctibus agitata.

Quemadmodum is, qui se ab alienis cladibus minimè auertit, ne in suis quidē aliquid unquam patiatur aduersi: Ita & qui alienæ tristitiæ consors fieri renuit, in suis casibus acrius afficietur: ac sicut in corpore, putrescente pede, manus ni patiatur, expurgetq; uulnus, & imponat medicamentum, ac diluat saniem, hoc ipsum in suis patietur malis, & quæ ministrare alteri nouit cùm esset morbo libera, morbo ipsa quoq; erit obnoxia: quippe serpēs in de malum ad ipsam quoq; perueniet, iamq; non de officio ac ministerio, sed de cura & euasione periculi erit illi ratio: Ita sanè & hic, qui condolere alijs negligit, ipse dolebit.

Quemadmodum si aliquis claudere uoluerit currentis aquæ meatū, si una ex parte clausa fuerit aquæ uiolentia, aliunde sibi semitam rumpit: Sic & Pharisęorū malignitas ex una parte confusa, alium sibi aditum adinuenit.

Velut qui clauis confixa habentes corporis membra, immobilia retinent: Sic diuino timore animam confixam habentes, omnem peccati materiam & occasionem facilè uitabunt.

Sicut qui clauos corpori infixos habet, doloribus pressus nō facilè quicq; agere potest: Sic Dei timore cōfectus, nō oculo uti præter decorē, nō manus ad nefarias mouere actiones, nō denicq; paruū aliquid aut magnū contra officiū agere poterit, quasi mœstitia quadā minarū ac suppliciorū expectatione uinctus atq; oppressus.

Quemadmodum rerum humanarum cogitatio non cogit animum res diuinas contemnere: Sic neq; nuda cogitatio rerum diuinarum eundem adigit, ut res B humanas prorsus respuat.

Ne quæso permittamus in nobis cogitationes prauas, ne tanquam minima neglgamus, quia qui minima spernit, paulatim defluit. Non spernamus morsum serpētis, ne uenenū eius aspergatur in corda nostra: quia quamuis uenenum uita sit serpentis, tamen mors est hominis. Abscindamus uirgulta spinarum de agro cordis nostri, ne defigant in nobis altas radices. Cor nostrum ager est domini Iesu Christi, excolamus eum cœlestibus disciplinis, & non sinamus in agro tanti imperatoris seminari zizania, sed cūctis floribus uirtutū decoremus, quia his delectaē.

Sicut cognitio uenenatorum poculorum consummatur ad disciplinam medicinæ: Sic diuinum mandatum ad uitam æternam. Sicut autem ei qui malè utitur noxijs potionibus, cognitio earum in malum uertitur & periculum, & quo magis uenena cognouerit, hoc se intelligit amplius periclitari: Sic forma mandati his qui legem interpretanē, uel demōstrata atq; interdicta peccata uitare nō possunt, mortis autor est. Sic ergo bonum antidotum etiamsi imprudenti aut intemperanti nō bonum: Sic mandatum, etiamsi intemperanti non bonum est. Ergo bonum mandatum, quod alicui mors est.

Si quis commonitus & correptus pro delicto semel & iterum ac tertio, nihil emendationis ostenderit, utamur medici disciplina. Si oleo perunximus, si emplastris mitigauimus, si malagmate molliuimus, nec tamen cedit medicamētis tumoris duritia, solum superest remedium desecandi.

Sicut peritus colonus ex agro non unam spinam euellit, sed omnes radicitus extirpat: Ita concionator hæreses omneis eliminat ab ecclesia.

Sicut columba quædam nitens, & aurea uenustate decorata, mites & affabiles oculos habens, per cuncta peruolat: Sic & misericordia nitet magno decore festiua, nihil est illis oculis melius.

Sicut columbæ iuxta fluenta residere solent, ut uolatum auium in aqua ui-

C deant, supra quam se proijcientes, ungues rapaciũ sic effugiant: Sic sancti uiri in scriptura sancta fraudes dæmonum prospiciunt, & ex descriptione quam uident, quasi ex umbra hostem cognoscunt, dumq; se consilijs scripturæ ex toto addicũt, ut uidelicet nihil agant, nisi quod ex responso scripturarũ audiunt, quasi in aquã se proijcientes, hosti illudunt. Quæ scripturæ fluenta plenissimè dicuntur, quia de quibuscunq; scrupulis in scripturis consilium quæritur, sine minoratione de omnibus ad plenum inuenitur.

Sicut columna nubis figura nostræ crucis, Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Aegyptijs pateretur: Ita crux ante oculos uisa, omnem statim abigit malam uoluptatem. Hæc enim salus animæ, fœdarumq; concupiscentiarum salubre antidotum. Etenim infirmitates corporis medicorum artes sanãt, animam autem ægrotam curant statim eloquia Christi.

Quemadmodum columna in templo, si steterit recta, accepto pondere amplius confirmatur: si autem modicè obliqua fuerit, suscepto pondere, non solùm non confirmatur, sed amplius uadit ad latus: Sic & cor hominis si rectum fuerit, uidens opera alicuius uiri iusti, aut audiens, per doctrinam sapientię eius amplius confirmatur: si autem fuerit peruersum cor, uidens opera alicuius uiri iusti, aut audiens, non solùm non confirmatur, sed magis ad inuidiã excitatur, & magis peruertitur.

Concham te exhibebis, non canalem. Hic penè simul recipit & refundit. Illa uerò donec impleatur, expectat: & sic quod superabundat, sine suo damno communicat, sciens maledictum, qui partem suam facit deteriorem. Stultus profert totum spiritum suum: sapiens reseruat in posterum. Canales multos habemus, conchas perpaucas. Tantæ charitatis sunt, per quos nobis fluenta cœlestia emanant, ut antè effundere quàm infundi uelint: loqui, quàm audire paratiores, & prompti do-

D cere quod non didicerint, & alijs præesse gestientes, qui seipsos regere nesciunt. Si non habeo nisi parũ per olei quo ungar, putas tibi debeo dare & remanere inanis? Seruo illud mihi, & omnino nisi ad prophetæ iussionem non profero.

Sicut ea quæ cõculcamus, nullius momenti pendimus: Sic & qui peccãt, Christum nullius momenti existimant, & sic peccant.

Pacifica res est concupiscentiæ fructus, sed super iram dolosam cogitant, sicut in hamo esca, dulcis in aspectu, letalis in gustu est. Dilatauerũt in me os suũ, quotidie seculi amatores crimina inaudita cõmittunt, et nullus penitus à nullo arguitur.

Impossibile enim est quenq; nullo modo concupiscere, aut tandem sine gustu uoluptatis esse. Sed quod inutile est uoluptatis, id est inutilis concupiscentia & uoluptas, hoc est peccatum, id ipsum quod circuncidit sanctum baptisma, præbens nobis signum honorabile, crucem in fronte, à gentilibus discriminans nos (nam omnes gentes baptisma persecutæ sunt & signo crucis insignitæ) sed unaquaque gente fidelem ab infideli distinguit.

Vt summa confusio est, alienis ornamentis se extollere: Ita insanire est manifestum quenquã, qui gratias, quæ à Deo solo profectę sunt, uirtuti suæ attribuit.

Quomodo in coniugio sæpe uiri semen in causa est, ne liberi procreentur, & nonnunquam sterilis uxor semina non tenet, & frequenter neuter ad generandũ aptus est, & econtrario uterq; fœcundus: Ita & in his qui uerbum Dei seminant, quadrifariàm hæc diuisio custoditur, ut impleat quidem suum doctor officium, sed sit sterilis auditor: uel auditor bonę indolis sit, sed per imperitiam doctoris uerbi semen intereat: aut certè tam uecors sit qui docet, q; ille est qui præcipit: raroq; cõtingit ut & magister, & discipulus sibi cõsentiant, scilicet ut tantũ iste doceat, quantũ ille potest haurire: uel tantũ suscipere doctus, quantũ doctor ingerere.

Vt enim qui rapit alienam coniugem, non solùm peccat rapiendo, sed etiam retinendo, & iudicãdus est raptor, nõ tantũ in rapiendo, sed etiã in retinendo: Ita qui

A qui aufert aliena bona illegitimè, non tantũ fur est auferendo, sed etiã retinendo.

Sicut conseruus bonus, cùm à domino custodiendum conseruum susceperit, satisfacit quidem dominicæ iussioni, sed tamen pœna conserui nimio dolore conteritur, & seruitutis necessitate constrictus, animi non respuit charitatem: Sic & Cherubin meruerunt quidem custodire paradisum, sed dolebant honorem custodiæ. Et ut hoc facilè possis aduertere, ex hominum affectione condisce, quos conseruorum calamitates inspicimus cõdolere. Et si seruant homines charitatem, multo magis illæ potestates nostris supplicijs cõmouentur. Nam & iusti dolebãt peccatorũ supplicijs, & licet meritò pœna inferebaẽ, tamẽ dolores incitabat tristitia.

Pestifera cõtagione inquinati, non cessant ore impio & sacrilego animo euangeliorum synceritatem corrumpere, & rectam Apostolorum regulam deprauare: diuinos prophetas non intelligunt, callidi & astuti artificio quodam utuntur. Inclusam perniciosam corruptelam exquisitorum uerborum uelamine contegũt. Non prius uenenatum uirus infundunt, quàm simplices & innocentes sub prætextu nominis Christiani, raptos atq; irretitos inuoluant, ne soli pereant, sed participes horrendi criminis sui reos faciant.

Quemadmodum in contagijs pestilentiarum, etiam ij qui summa cura seruãt uictus rationem, tamen ijsdem morbis quibus ægroti laborant, dum ob consuetudinem eorum qui corrupti sunt, opplentur & ipsi: Itidem nũc omnes similes inter nos facti sumus, à contentione quæ nostros animos occupauit, ad malorum æmulationem redacti. Hinc implacabiles & amari sedent erratorum examinatores: iniqui uerò & maleuoli rectè factorum iudices, ac tantum, ut uidetur, malum nobis incidit, ut etiam brutis facti simus brutiores. Siquidem inter illa quæ sunt eiusdem generis, in eodem armẽto pascunt: at nobis atrocissimum bellum est ad-

B uersus domesticos. Itaq; propter omnes causas silendum erat, sed in diuersam partem retraxit charitas, non quęrens quod ipsius est, ac uincere cupiens omnem temporum ac rerum difficultatem.

In alijs itaq; contractibus, ubi supremum periculum est, rei pecuniariæ iactura, quanto studio uitant captionem? & in hoc contractu multo omnium difficillimo, unde pendet totius uitæ felicitas, magna etiam ex parte salus animi, nulla adhibetur cautio, sed plerių sese dant præcipites, uelut in foueam, unde nullus datur exitus. Hinc nimirum illæ, quæ passim audiuntur, infeliciter iunctorum querimoniæ: uerùm his, si usquam aliâs, adhibendum erat illud: σπεῦδε βραδέως: & τὸ πόδ᾽ ἐς βάσιν. Videmus enim illos, qui scalis paulatim descendunt in puteum, quamuis profundum, citra læsionem id facere, quum ij qui in puteum incidunt minus altum, grauiter offendantur, sæpe rupto membro, nonnunquam & fracta ceruice. Rupto aut luxato membro succurrit chirurgus, matrimonij pedicis infeliciter illigato nullus inuenitur medicus. Et arbitror corporis mortẽ leuius esse malum infelici coniugio. Viui enim suos patiuntur manes, & ad æternos præludũt eiulatus. Empturus equum circumspectas nunquid appareat uitij, & stipularis redhibitionem, si quid habeat uitij latentis. Percõtaris qui sit eius loci mos, aut ius in hoc negocio: nec satis fidens oculis tuis, adhibes aliũ te peritiorem: & inter pueros ac teneras uirgines tribus uerbis in complexu dictis coit matrimonium. Mercaturus domũ aut fundum, exploras ac percõtaris omnia, num ius habeat tradendi qui uendit, num quam res habeat seruitutem, num grauata sit censu: confitentur tabulæ, adhibentur testes & stipulatio: & unde in matrimonio contrahendo tanta temeritas, tantaq; discordia? Quotusquisq; est, non dico iuuenum aut uirginum, sed senũ etiam, qui norit, uerba futuri temporis uerti in præsens tempus, si successerit cõgressus? Quotusquisq; nouit pro digamo haberi, qui puellã, quã pro uirgine duxit, pòst comperit fuisse uitiatã? Quotusquisq; est qui sciat cognationẽ

C suam quaqua uersum usq; ad quartum gradum supputare? Imò quotusquisq; est, qui norit omnes cognatos & cognatas suas? De cognatione spirituali multo pauciores cogitant, quemadmodum & affinitatis iura plerisq; sunt ignota. Atqui haec erant discenda, priusquam ineas matrimonium.

Non immeritò itaq; horum contumelias sapiens ut iocos accipit, & aliquando illos tanquam pueros, malo poenaq; admonet & afficit, non quia accepit iniuriã, sed quia fecerunt, ut desinant facere: Sic enim & pecora uerbere domantur, nec irascimur illis cũ sessorẽ recusauerint, sed cõpescimus, ut dolor cõtumaciã uincat.

Frequenter fit, ut quum eadem conuitia audimus ab amicis iocantibus facetijs' ue ludentibus, aut à pueris paruulis, non solùm nullam sentiamus molestiam, neq; incrudescamus, sed rideamus etiam atq; exhilaremur, eò quòd illa non audimus animo affectu corrupto, neq; mente ira praeoccupata: Itidem in inimicis, si extinxeris iram, si odium eieceris, nihil eorum quae dicuntur, te poterit offendere.

Excitato cõuiuarum appetitu, etiamsi paupercula mensa sit, & inops quidem qui conuiuio excipit, magna tamen cum uoluptate sumuntur apposita. At si fastidiosus epulantium fuerit stomachus, etiamsi sumptuosum fuerit epulum, & uaria & copiosa edulia, nullũ inde commodũ, cùm nemo sit qui uti appositis queat. Hic autem qui gratia Dei alacres & famelici ad spiritualem mensam acceditis, & ipsi magno desiderio dicimus, scientes quòd sobrijs auribus apponimus diuinas hasce narrationes. Quoniam & agricola, qui pinguem & crassum agrum inuenit, nihil sui officij intermittit, sulcos secat, aratrum ducit, sentes excindit, largiter seminat, spe pascitur, & quotidie agri fertilitatem considerans, sementis germen, segetem & messem expectat: Similiter & nobis, cùm uidemus alacritatem uestram quotidie increscere, desiderium uigere, studium incrementa sumere, egregia ex

D uobis spes est: unde & maiori studio ac promptitudine, quãtum uires nostrae suppetunt, in aedificationem uestrae charitatis, in gloriam Dei, in gloriationem ecclesiae Dei aliquid afferre anhelamus.

In conuiuio corporali ex eodem obsonio multa eduliorum genera potest aliquis conficere. Quin & artifices uidemus ex eadem auri massa, & armillas, & inaures, aliasq; multas res aureas fingere: quanquam enim eiusdem generis est materia, ars tamen est uaria, nec coarctatur similitudine materiae subiectae, quòd ipsa sit copiosa, uarijq; artificij: Multo uerò magis spiritus gratia. Nã quòd gratię mensa sit uaria, multiformis & opifera, audi Paulum dicentem 1. Cor. 12. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alij uerò sermo cognitionis, alij rursus fides, alij uerò dona sanationum, subuentiones, gubernationes, genera linguarũ. Haec autem operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsum cuiq; ut uult. Multa, inquit, flumina, sed unus est fons. Varia sunt edulia, sed unus est conuiuator. Ergo quum tam magna, tamq; multiplex sit spiritus gratia, ne defatigemur.

Quomodo conuiuiorum luxuria, quomodo uestium, aegrae ciuitatis indicia sunt: Sic orationis licẽtia (si modo frequẽs est) ostẽdit animos quoq;, à quibus uerba exeunt, procidisse.

Quid autem magis inhumanum? In rebus enim politicis conuiuiorum usus est, ut libero & iucundo conuictu amicitia & familiaritas uel condiatur uel confirmetur. Vnde & conuiuia sua habent libertatis priuilegia, quòd quae ibi paulò liberius effutiuntur, uino inscribi soleant. Est & ueterum mos non ignotus, quo amicis in conuiuium exceptis, ostensis foribus dictum est: Hâc non egreditur sermo: & illud uulgò iactatum, Odi memorem compotorem. Pharisaei autem omnis humanitatis obliti, solennem conuiuij usum ita inuertunt, ut abutantur eo potius ad excitandã inimicitiam, & prodendũ amicum, quàm ad cõfirmandam amicitiã & cõseruandũ amicũ: sed tãtę humanitatis & crudelitatis autor est impia hypocrisis.

A Sicut in conuiuijs, qui acceperit arrhabonem, fidem habet, & securus est de toto reliquo: Ita & tu cùm acceperis arrhabonem spiritus, dona inquam, nō iam dubitare debes de cæteris bonis tibi repositis.

Si cor tuum impœnitens superbumq; ac futurum seculum non credens, nullumq; iudicij timorem conspexerit, tunc in te Deus iudicium dirigit, perinde atq; medicus concinnè & leniter prius purgatorijs & periplasmatis mollibus tumores ac tubera exiccare contendit: ubi autem plagam duriorem ac resistentem uiderit, reiecta misericordia & cura molliore, tabidum ac noxium ferro abscindit.

Quemadmodum corallium artificio quodā productas in longum lineas nōnunquam habet, circuncisosq; angulos & expolitos, coloremq; à candido etsi diuersum, lōgè tamen delectabiliorem, uiridis etiam iniectus color præter omnem uiriditatem iuuat: item & flos quidam coniunctum habet cum innata fragrantia & sanguinis colorem: alius autem qui glaucus fuerit, glaucitate ipsa mare uincit, alius etiam erit purpureo colore splēdidior, & istiusmodi plerosq; alios uidemus: insuper & solis colores uarios esse inuenire quis facilè poterit: Sic & his similes diuiri sancti possunt, quorum nonnulli propria quadā exercitatione & industria sibijpsis, plerisq; uerò ecclesiæ profuere.

Vt coriario non licet quicquam facere eorum quæ non sunt suæ artis: Hanc ad rationem Christianus sanctus factus, non debet loqui quæ minimè deceant aut conueniat ad sanctificationem: quæ enim non commodant, nihil ad nos.

Qui coronas certando expectat, nihil sentit molestiarum præsentiū: Ita & qui post acceptam uoluptatem suppliciū expectat, purā lætitiā decerpere nequit, metu omnia perturbāte. Imò si quis diligēter inquisierit, multū certè doloris & anxietatis, etiā ante suppliciū, quod malefactis imminet, in ipso malitiæ ausu reperiet.

B Quemadmodum in coronis nō sat est flores esse puros, nisi pura sit & manus eas contexens: Sic & in sacris hymnis oportet nō uerba tantùm esse pia, uerumetiam animum hymnos concinentem.

Sicut qui corporaliter saltat, nunc aëre suspenditur, nunc ad altiora iactatur, nunc alternis saltibus loca diuersa collustrat: Ita & qui spiritualiter saltat interueniente fide, modò in aëris sublimitatem erigitur, modò ad syderū altiora tollitur, modò diuersis cogitationum saltibus paradisum cœlumq; collustrat. Et sicut qui corporaliter saltat, uolubilitate membrorum se exercens gyrum sibi saltationis acquirit: Ita & qui spiritualiter saltat fidei alacritate semper mouens, gyrum sibi totius orbis assumit.

Hoc in corporalibus affectionibus contingere solet, si quādo morbi simul infestant corpus nostrum, unius incrementum tegit aliud, & totos nos ille grauior dolor sibi uindicat, ita ut minorem dolorem non sentiamus: Eodem modo iustus quoq; ille Abraham uidens urgere dolorem mortis (ob uxoris formositatem) omnia acerba toleranda censebat.

Quemadmodum in corporalibus rebus, nec agricolatio per se sufficit ad conuehendos fructus, nisi cœlum quod terræ circumfunditur, opituletur, imò potius nisi opituletur is qui cœlum gubernat, faciens illud qualecunq; uult, neq; cœlum uel potius ille penes quem est rerum prouidentia, fecerit ut exoriantur è terra ea quæ solent è terra exoriri sine agricultura: semel enim hoc fecit, in hoc quod dixit: Producat terra herbam graminis, seminans semen iuxta genus ac similitudinem: Sic neq; uirtutum operationes absq; fide illorum qui sanantur, perfectum opus præstant ad sanitatē conferendā, neq; fides, qualiscunq; fuerit, absq; diuina uirtute. *Liberum arbitrium.*

Si de rebus ad hanc uitam corporalem pertinentibus statuere uolenti, non permitterēt leges ciuiles ordinare, quoties testari uolens non admodum constat animo, præsertim cùm de suis ipsius facultatibus præscripturus sit: quomodo qui de

regno

C regno cœlorum docetur, deque bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenum omnia percipere, frequenter & à morbo factus attonitus? Quando uerò futurum est, ut illa uerba dicas Christo, consepultus cum illo, quum iam sis mox abiturus? Nam factis & uerbis oportet declarare beneuolentiã. Tu uerò perinde facis ac si quis tũ postulet ascribi militiæ, cũ iam bellũ est soluendũ: aut si athleta tum uestes exuat, cũ iam surgere cœperint spectatores è theatro discessuri. Siquidem in hoc arma sumis, non ut protinus aufugias, sed ut acceptis illis, ex aduersario tropheũ referas.

Sicut in his fieri solet, qui corporali morbo laborant, quamuis sexcenties medicus remedia afferat, & ualetudinarius medicinæ curã respuat & sæpe succenseat, si medicus imponat pharmacum, & impatiens doloris illud reijciat, nulla inde utilitate suscepta: nemo prudens medicum arguerit qui suum egit officium: Eodem modo & hic medicamentum ex spirituali doctrina confectum imponimus. Vestrum autẽ posthac fuerit ferre dolores, & curam cum utilitate admittere, ut à morbo liberati ad ueram regrediamini sanitatem.

Sicut hi, qui in corporali certamine pugnant, ante coronã & brabium, in meditatione & palæstra ipsa magnam accipiunt mercedem, eò quòd corpora sua firmiora & ualidiora exercitando faciunt, & infirmitatem omnem effugiunt: Ita & nos uirtutis certamen certantes, priusquam aperiatur cœlum, priusquam filius Dei adsit, priusquam retributiones nobis dentur, magnã mercedem accipimus, eò quòd anima sapientiæ fit amantior.

Sicut corporalis iste cibus impinguat corpus: Ita & ieiunium animam habitiorem efficit & ualentiorem.

Quemadmodum corporalis cibi appetitus, indicium est bonæ ualetudinis: Ita desideriũ spiritualis doctrinę, manifestissimũ argumentũ est animæ bene habẽtis.

D Sicut corporalis cibus cùm uentrem inuenerit aduersis humoribus occupatũ, & amplius lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium: Ita & iste spiritualis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sua natura, sed accipientis uitio.

Quemadmodum corpus quod laboribus fatigatum & exhaustum, non diligi uult, neque uentri indulgere, sed requiescere & silẽter iacere: Ita & anima plurimis onerata in quiete ac silẽtio esse festinat: quę in refocillatione est ac delicijs, respuit, turbata est, superba est. Illa quę nihil habet fluxum & effusum, tota cõstringitur, & aliena est ab omni superbia: & hæc quidem uirilior est, hæc autem puerilior: & hæc quidem grauior, illa aũt leuior. Et sicut si quid lapsum fuerit in multas aquas, quod leuius est turbatur: Ita & anima, ubi multis gaudijs impleta fuerit, & maxima quis peccata uiderit à nimijs gaudijs prouenisse. Et si uolueritis, domos duas depingemus: Vnam habentium nuptias, alteram in luctu agentiũ. Ingrediamur consideratione utranque, uideamus utra melior, inuenietur enim lugentis domus plena philosophiæ, domus autem nuptiarum referta fœditate. Vide enim turpia illic uerba, risum incompositum, sessiones magis incõpositas, uestem & gressum plenum turpitudine, & gestus stultitiam & insipientiam præ se ferentes, omnia illic risum & ridicula, non ipsas nuptias dico, absit, sed ea quæ in nuptijs fiunt. Insanit tunc natura, præsentes pro hominibus bruta fiunt, & alij quidem ut equi hinniunt, alij uerò ut asini calcitrant, magna diffusio, magna dissolutio, nihil maturũ, nihil generosum. Magna ibi diaboli pompa, cymbala, tibiæ, & cantica plena scortationum & adulteriorum. At non ita agitur ubi luctus, sed ubi omnia bene composita: magnum enim silentium, magna quies, magna submissio, nihil sine moderatione, nihil incompositum: si quis etiam aliquid locutus fuerit, omnia quæ loquetur, philosophiam sapient. Et hoc profectò mirum, quòd per illud tempus nõ uiri soli, sed etiam mulieres ac domestici philosophantur. Talis est enim natura luctus: &

A ctus: & uidentur quidem consolari lugentem, plurima autem philosophiæ decreta narrant. Preces statim, quæ hactenus intermissæ, audiuntur, & ad consolandū afflictos sufficiunt. Et enumerabimus innumera id genus dicta deplorantium. Quid est enim homo? naturæ nostræ inquisitio? Quid igitur est homo? uitę, & nostræ prauitatis accusatio, cōmemoratio eorum quæ in futuro iudicio. Vnusquisq; domū redit, à nuptijs quidem tristitia affectus, eò quòd ipse minus feliciter agat: à luctu autem seipsum consolans, concupiscentiarum igne restincto, quòd talia passus non sit. Sed quid? Vis carcerem & theatrum conferamus? Ille quidem afflictionis, hoc autem uoluptatis est locus. Agè igitur, uideamus ea quę ex utrisq; contingunt. Illic philosophia multa est: ubi enim mœstitia, & philosophia. Qui antea opibus inhiabat, qui ualde inflabatur, & uix permittebat uulgatem hominem sibi loqui, is tūc humilis fit, quasi igne quodam in animam eius illapso, & duritiem molliente metu ac tristitia, tunc mœstus fit, tunc secularem mutationē sentit, tunc fortis fit ad omnia. At in theatro omnia contraria, risus, turpitudo, pompa diabolica, effusio, insumptio temporis, & expensio dierum inutilis, concupiscentiæ absurdæ præparatio, adulterij meditatio, scortationis gymnasium, intemperantiæ schola, adhortatio turpitudinis, occasio risus, turpitudinis exempla: sed nō sic agitur in carcere, ubi humilitas animi, exhortatio & extimulatio ad philosophiā, contemptus rerum seculariū, omnia conculcata & despecta. Et quasi pædagogus puero metus assistit, ad omnia quæ oportet, illum componens. Sed si uis, iterum aliter inquiremus illa loca: Vellem te occurrere uiro à theatro uenienti, & alteri è carcere egredienti, & uideres illius animam fastidientem, turbatā, fereq; constrictā: huius autem solutam, promptam, & ferè alatam. Nam ille à theatro recedit, oculis mulierum quæ illic adstrictus, quouis ferro grauiora ferens uincula, nempe loca

B quæ illic, uerba, habitus. Qui aūt à carcere, ab omnibus liberatus, non iam putabit se aliquid graue pati, sua cum alienis cōparans: quòd non est ligatus, gratiā nunc habet, contemnit humanas res, multos diuites uidens in calamitatibus, multa & magna potentes & ligatos illic, etiamsi iniustè quid patiatur, etiam sic fortis est. Quin & illius loci multa exempla in cogitationem ducent futuri iudicij, & horrebit loca ea ibi iam uidens: sicut enim ibi, qui in carcere cōclusus, mitis erga omnes est, ita & illi ante iudicium, ante futurum diem, erga mulierem, erga pueros, erga domesticos erunt æquiores: sed à theatro non sic redit: iniucundius enim uir aspiciet mulierem, & importunus ministris erit, exacerbabit erga pueros. Magna mala theatra efficiunt ciuitatibus, magna, & neq; hoc scimus quòd magna, &c.

Sicut corpus ieiunio emaceratum nōnulla indiget refocillatione, ut uigescenti alacritate, ad ferēdos ieiunij labores redeat: Ita & anima uestra recreatione indiget & quiete. Neq; eñ semper intendere, neq; semper remittere oportet, sed nūc hoc, nūc illud faciendum, ad regendum animæ statū, & domandam carnis petulantiā. Nam sicut semper intentum esse laboribus dolorem affert, & succumbere facit: Ita subinde remittere, ad ignauiam inducit.

Nam ut saluti propius est corpus exhaustum quidem illud & inane, uerū noxijs humoribus liberum: Ita mens capacior est diuini muneris, nōdum grauibus culpis inquinata, tametsi uera uirtute adhuc uacat.

Sicut corpus humanum Deus multis & uarijs sensibus ad usum uitæ necessarijs instruxit: Sic & animo uarios attribuit affectus, quibus uitæ ratio constaret, ut libidinem producēdæ gratia sobolis dedit, sic iram cohibendorū causa delictorū.

Quot enim hominibus suffecisset corpus ad esum, ut hoc totius mundi fieret alimentum? sed hac de causa meminit ascensus in cœlum filij hominis, ut corporalem cogitationem ab eis auelleret, & posthac discerent carnem de qua fuerat locutus, cibum è supernis cœlestem & spiritualem alimoniam ab ipso dari. Quæ enim

C dixi uobis, inquit, spiritus sunt ac uita. Quod idem ualet, ac si diceret: Quod quidē ostenditur oculis ac datur, pro mundo dabitur alimonia, ut spiritualiter hæc in unoquoque distribuatur, fiatque omnibus cōseruatoriū ad resurrectionē æternæ uitæ.

Quemadmodum autem miserum est unum corpus in multa membra dissecari: Ita miserum est animam sic in uarias curas distrahi, ut non unus animus sibi cōstans, sed plures animi uideri possint.

Quemadmodum totum corpus animo deseruit, & cùm hoc tanto maius, tantoque speciosius sit, ille in occulto maneat tenuis, & in qua sede latitet incertus, tamen manus, pedes, oculi, negocium illi gerunt, illum hæc cutis munit, illius iussu iacemus, aut inquieti discurrimus, cùm ille imperauit, siue auarus dominus est, mare lucri causa scrutamur, siue ambitiosus, iandudum dextram flammis obiecimus, aut uoluntariè subsiluimus: Sic hæc immensa multitudo unius animæ circundata, illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura uiribus suis, nisi consilio sustineretur.

Quemadmodum corpus habet mundum res ipsas: Sic etiam animus habet mundum ipsas cogitationes.

Nam ut corpus uestis quædam est animi: Ita cultus tegumentum est corporis. Et quemadmodum corpus ipso gestu, uultu, fronte & oculis mentis imaginem quandam præ se fert: Ita cultus pudici castique corporis uestigia quædam ostendit.

Quemadmodum corpus propter res peccat, habetque ad disciplinam uirtutes corporales, quarum adminiculo resipiscit: Non secus quoque animus per cogitationes affectus in corde generantes, pari ratione ad disciplinam uirtutes habet animales, ut purè & sine affectibus res continens ad meliorem mentem redeat.

Sicut corpus scortatur cum corpore mulieris: Sic etiam animus scortatur cum

D cogitatione mulieris per proprij corporis imaginationem.

Sicut corpus indiget sensibili cibo: Ita & anima quotidiana spiritualium ciborum refocillatione, ut roborata aduersus carnis insultus, & continuum bellum quo urgemur, resistere possit. Et periculū est, ne in seruitutem redigatur anima, si uel parum desides esse uoluerimus.

Sicut corpus nunquam à semetipso diffidet, neque anima aduersus seipsam: Ita uirum & mulierem non conuenit diffidere.

Dissimile. Si quispiam corpus tuum malè adfectum curasset, statim illum etiamsi inimicus fuisset, inter præcipuos deinceps connumerares amicos: Et quomodo eū, qui Christi corpus, ecclesiam uidelicet, exornat, eū amicus sit, pro inimico habes?

Quemadmodum corpus Christi in terra sepultum fructum attulit, orbis salutem: Ita & nostrum in baptismate sepultum, fructum attulit, iustitiam, sanctificationem, adoptionem, & alia innumera bona, feret autem & postremò resurrectionis donum.

Quemadmodum corpus resolutum manu adiutrice opus habet: Ita & anima morti obnoxia.

Quemadmodum corpus commensurata complexione amissa, intemperatumque factum, quibusuis passionibus est obnoxium: Ita & animus posteaquam mentis præstantiam humilitatemque perdiderit, habitum quendam nactus diuersum, infirmus, timidus, temerarius ac stultus redditur, seque ipsum deinceps ignorat, quomodo quæ suprà sunt cognoscet? Quemadmodum enim qui phrenesi laborat, cùm seipsum non agnoscat, neque quæ ante pedes sunt, nouit: & oculus cùm ipse cæcus est, omnia reliqua membra in tenebris sunt: Ita & cum arrogantia se habet. Vnde & insanis, ijsque qui natura stulti sunt, miseriores sunt arrogantes. Aequè siquidem risum mouent, atque æqua cum illis molestia laborant: sed licet exorbitent non aliter quàm illi, eorum tamen nemo miseretur, quemadmodum illorum.

Quemad-

A Quemadmodum corpus iam aduentante morte, innumeris malis afficitur, & domus prope casum in rimas fatiscit: Ita orbis terrarum ad finem properans, tantis undiq; malis conteritur.

Sicut corpus nostrum unum ex multis membris aptum est, & ab una anima continetur: Ita & uniuersum mundum uelut animal quoddam immane opinandum puto, quod quasi ab una anima uirtute Dei ac ratione teneatur.

Vt corpus ægrotum nunc calidioribus fouetur, nunc frigidioribus temperatur, remediorumq; mutatio, si iuxta præceptum fiat medici, salutaris est, si contra mandatum usurpetur, languoris augmentum est: Ita medico nostro quicquid penditur Christo, remedium est, quicquid usurpatur, incommodum.

Vt corpus hoc quotidiano cibo indiget: Ita & anima, & longè etiam magis, quem nisi impenderis, & imbecillior fit & turpior.

Sicut corpus nostrum in aliquo terræ loco consistit: Eodem modo & anima secundum statum suum in aliquo nuncupatiuo terræ loco est.

Vt corpus si salubribus cibis non fruatur, insalubribusq; nutriatur, lõgo tempore subsistere & durare non potest: Ita & anima, quæ eiusmodi doctrinis fuerit imbuta, nihil unquam altum, nihil magnum cogitare poterit, sed eiusmodi necesse est languidam & mollem, uitijsq; uelut peste quadam iugiter infectam, ita demum in æternos ignes atq; in immortales cruciatus proijci.

Corpus quod ociosum quidem & immobile, morbis magis obnoxium & fœdum: quod autem mouetur & laborat, & ærumnis exercetur, formosius est ac sanius. Hoc etiam in anima reperire licet. Et ferrum quidem si iaceat, corrumpitur: si exerceatur autem, splendet. Et similiter anima quæ mouetur. Motio autem animæ, curę ipsæ: & artes pereunt, si non moueatur anima. Mouetur autem, quando B non omnia promptè adsunt, mouetur à contrarijs. Si non essent contraria, nihil esset quod moueret, utpote si omnia essent bene facta, non inueniret ars ut moueat: Ita etiam si omnia essent iuxta mentem nostram, non inueniret mens ut moueatur. Si ubiq; portaretur, fœda esset. Non uides quòd etiam præcipimus, ne semper pueri portent cibos, ne sic in consuetudinẽ ueniant, & ne infirmi fiant? Et propterea infirmiores fiunt, qui cum parentibus enutriuntur, parsimonia intempestiua & immodica illorum ualetudinem lędente. Bona res est congrua tristitia, bona res egestas, bona res & cura: fortes enim nos faciunt bona & cõtraria. Vnumquodq; illorum si modo caruerit, perdit. Et hoc quidem laxat, hoc autem disrumpit. Non uides etiam Christum discipulos suos sic instituere? Si illi autem his egebant, multo magis nos: si autem egemus, non indignemur, sed etiam gaudeamus in tribulationibus. Sunt enim nostris uulneribus congrua pharmaca, & alia quidem amara, alia uerò blanda. Vtrumq; autem illorum si solum fuerit, inutile. Gratiam igitur habeamus Deo pro his omnibus: non enim simpliciter hæc permittit fieri, sed pro utilitate nostrarum animarum.

Si corpus rectè beatum dicimus, quod potest absq; offensa ferre frigus & calores, & famem & inopiam, & uiæ difficultates, ærumnasq; alias: Quanto magis beatam uocare oportet animam, quæ uiriliter ac fortiter omnes omnium molestiarum ferre incursus, & per omnia seruare cor suum nulli seruituti obnoxiũ potest? planè is regum est rex, & magis quàm rex. Regem enim satellites, milites, amici & inimici, nunc insidiando, nunc apertè uim faciendo offendere possunt: huic autem cui animus qualem nunc dixi, neq; rex neq; stipator, neq; familiaris, neq; amicus, neq; inimicus, neq; diabolus ipse aliqua ex parte potuit nocere. Aut quo pacto, cùm is omni studio in hoc incumbat, ne inter mala computet, quæ uulgò mala haberi solent?

Sicut quod corpus attinet, qui illius cognitione prediti sunt, signa quędam ha

A bent & indicia passionum occultarum, & patientes quoq; sensum subterfugientium: Ita & in anima, etiamsi propriam affectionem, qui delinquit, nō sentiat: domino tamen credere debet. qui & de ipso & alijs asseueranter dicit: Malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala.

Vt corpus torpor, & ocium, & immobilitas lædit: Sic & animam bonorum feriæ, & à uirtute ocium, supinam magis & luxam efficit.

Quemadmodū rectè agitur corpus, si oculus sit purus: & peruerse, si sit impurus: Ita cum ecclesiæ præfecto, utrolibet modo disposito, omnino simul uel periclitetur, uel seruetur ecclesia.

Sicut corpus, nisi respiret, uiuere nequit: Ita nec anima, nisi conditorem cognoscat, subsistere poterit, cùm ignoratio Dei mors animæ sit: citra baptismū lux animæ non aderit. Sicut oculus lumine cassus, nec quæ sua sunt, uidet: Ita nec anima sine hac luce, quæ Dei sunt. Tempus itaq; aliud alij opportunum negocio, ad baptismi uerò salutem quodlibet tempus accommodum est, siue dies sit, siue nox, siue hora, seu quodcunq; temporis momentum etiam minutissimum.

Sicut corpus neruorū debita habitudine carens, multas gignit ægritudines, & uitam facit non diuturnam: Ita ecclesia non circundata forti & uehementer urgēte catena, plurima parturit bella, iram Dei auget, & multarū tentationū est occasio.

Sicut corpus usq; quo febribus detinetur, & subsequentibus inuicem ægritudinibus, etiamsi sit ualidū, tamen affligit: cùm aūt liberatū fuerit ab obsessione illa morborum, recreat propriam uirtutem: Sic etiam animus in iuuentute febribus laborat, & amor gloriæ & deliciarum, & uenerearum rerum, & aliarum multarum imaginationum illum potissimùm occupat: cū autem senectus aduenerit, omnes has passiones effugat, alias per satietatem, alias per philosophiam. Vigorem enim
D corporis relaxans senectus, nec si uelit, animam illis uti permittit, sed sicut hostes uarios recludens, ueluti in loco à turbis libero collocat, & multam ei operatur tranquillitatem, & timorem ducit ampliorem.

Sicut corpus anima recedente, prius quidem frigescit, deinde putrescit & soluitur: Sic & templum uestrum, Dei spiritu recedente ab eo, prius quidem seditionibus & indisciplinationibus replebitur tyrannicis, quasi Deo iam illud non gubernante, deinde ueniet ad ruinam. Sicut enim ante mortem hominis insanabilis præcedit infirmitas: Sic & ante ruinam aut hominis, aut loci alicuius, aut ciuitatis, inemendabilia præcedunt peccata. Sicut enim pulli frequenter à matre uocatī, cùm non obaudierint, neq; secuti fuerint matrem, matre longius abeunte, aut uenit accipiter, & diripit eos, aut longius euagant̄ ut pereant: Sic & domino frequenter Iudæos uocante, quoniam non obaudierunt, neq; secuti sunt eum, recedente illo ab eis, ad gentes uenit quasi accipiter rex Romanus, & partem quidem eorum comedit fames & gladius, alij aūt per singulas prouincias dispersi sunt, ut perirēt.

Quemadmodum corpus hoc nostrum æquo temperamento amisso, & malæ complexionis effectu, facilè omnibus morbis corripitur: Ita & animus cùm insolescere cœperit, & cōtrahi humilitate desierit, habitudine alia quadam excepta, debilitatem, formidinem, audaciam simul & dementiam incurrit, nec sui demum compos efficit̄, aut gnarus: qui uerò seipsum ignorat, quo pacto quę supra ipsum fuerint, intelliget? is sanè haud aliter se habebit, quàm solet aliquis phrenesi interceptus, qui sui ipsius nullam habeat notionem, neq; ea quæ sub pedibus adiaceāt, dignoscat. Item & oculus cùm caligare cœperit, & reliqua membra obtenebrat, quod certè desperanti solet accidere. Idcirco & qui eiusmodi desperatione ducuntur, & furentibus sunt infeliciores habēdi, & qui natura desipiūt miseriores: nam risum æquè atq; hi cæteris mouent & minus placent, & modo simili efferuntur, cùm haud parem sibi cum stolidis ueniam pariant, & omnibus sunt inuisi. Ita fit,

A ut cùm eodem penè morbo agitentur utriq;, commiſeratione tamen nõ æquè priuentur: ſiquidem nõ ſolùm ex dictis, uerũ ex geſtu & corporis motu ridiculi ſunt.

Quemadmodum corpus noſtrum, non ſi ſemel nutriatur, habet totius uitæ ſubſtantiam, ſed quotidiano indiget cibo: Ita & in religione atq; pietate, diebus ſingulis operum egemus auxilio.

Sicut hoc corpus quotidie corporalis indiget nutrimenti, ne multam cadens in imbecillitatem, inefficax iaceat: Itidẽ & anima ſpiritualis indiget pabuli, & optimæ conuerſationis, ut in aliqua bonorum conſuetudine poſita, maligni demum inſidijs conſtituatur inexpugnabilis.

Sicut corpus tritũ laboribus, & ęrumnis confectũ, amori nõ uult uacare, non indulgere uentri, ſed requieſcere & quietè iacere: Sic & anima plurimis obſita malis, ad requiem & quietum ſtatum feſtinat. Quæ uerò in remiſſione ſtupuit, & tumultuata eſt & elata: hæc autem nihil habens quod hiet, quod diffluat: & hęc quidem uirilior, illa uerò puerilior: hæc quidem grauior, illa leuior. Sicut in aqua mul ta leue quidpiam ſuperueniens concutitur: Sic in multam lapſa lætitiam anima. Et ex multa uoluptate maxima nobis oriri peccata quiſpiam uiderit.

Sicut corpus noſtrum non ſemel cibatum totius uitæ ſubſtantiam habet, ſed quotidiano habet opus nutrimento: Ita profectò & in pietate per ſingulos dies ex operibus indigemus adiumenti. Multa nanq; nobis opus eſt miſericordia: propter peccata nanq; noſtra clemens Deus illa facit omnia, nihil eorum quidem indigens, ſed omnia propter nos faciens.

Sicut corpus quod aëris puritate perfruitur, ſanum fit: Sic profectò etiam anima fit ſapientior, tali meditatione innutrita. Nõnne uides etiam corporis oculos, cùm in fumo fortè remorantur, lachrymas ſemper effundere? ſi uerò potiantur aëB re purgato & florẽtibus pratis, & hortis uirẽtibus, & fontibus inter amœna fluentibus, & saniores eſſe, multoq; maiore aciei fulgore rutilare? Talis profectò eſt & mentis oculus. Si in pratis ſpiritualibus paſcatur eloquij, erit totus ſine dubio purus ac lucidus, & acutius cuncta perluſtrans: ſi uerò in fumũ ſecularium negociorũ fuerit ingreſſus, ad innumera prorſus mala lachrymabit, ac flebit, & in hoc quidẽ ſeculo, ſed multo amarius in futuro: fumo eñ ſunt humana negocia cõparanda.

Sicut autem cuius pulchrum corpus, & deformis eſt animus, magis dolendus eſt, q̃ ſi deforme haberet & corpus: Ita qui eloquẽter ea quæ falſa ſunt, dicũt, magis miſerandi ſunt, q̃ ſi talia deformiter dicerẽt. Quid eſt ergo nõ ſolũ eloquẽter, uerũ etiã ſapienter dicere, niſi uerba in ſummiſſo genere ſufficientia, in tẽperato ſplendentia, in grandi uehemẽtia, ueris tamen rebus, quas audire oporteat, adhibere?

Tenet corpus Chriſti, id eſt, eccleſia, in torculari, id eſt, in preſſuris. Sed in torculari fructuoſa preſſura. Vua in uite preſſuram non ſentit, integra uidetur, ſed nihil inde manat, mittitur in torculari, calcatur, premitur, iniuria uidetur fieri uuæ, ſed iſta iniuria ſterilis non eſt, imò ſi nulla iniuria accederet, ſterilis remaneret.

Quemadmodum corpus quod natura ſua nõ admittit uulnus, tunc uirtutem ſuam oſtendit, cùm accepto in ſe telo læditur: Sic ueri hominis libertas tunc apparet, cùm ſub domini imperio ſeruus eſſe non patitur.

Quemadmodum corpus in prodiui retineri debet, in ardua impelli: Ita quędã uirtutes in prodiui ſunt, quæ diuum ſubeunt.

Sicut corpus carnis nihil eſt aliud quàm caro: Sic donum ſpiritus ſancti nihil eſt quàm ſpiritus ſanctus.

Quemadmodum autem ſi euolarent, unum eſſent, id eſt, corpus in naturam animæ tranſiſſet, & grauitas illa terrenæ materię in profectum & ſubſtantiam animæ aboleretur, fieretq; corpus potius ſpirituale: Ita peccatorum precio uenditis, in naturam corporum animæ ſubtilitas graueſcit, & terrenã contrahit ex uitiorũ

C sorde materiam, fitque unum ex illis quod trudatur in terram.

Quemadmodum corpus hoc nostrum, si nō adsit anima, profectò mortuum est ac foetidum: Sic anima, nisi seipsam incitet ad orandum, mortua est ac misera, & grauiter olens. Quin insuper quòd oporteat quauis morte tristius existimare, si quis deprecatione priuetur.

Quemadmodum corpus neruis cohæret, currit, uiuit, stat, & compactum est, adeò ut si neruos incideris, uniuersam corporis harmoniā dissolueris: Itidem animæ per sanctas preces sibi constant & cōpinguntur, ac pietatis cursum facilè peragunt. Quòd si teipsum destitueris precatione, perinde feceris ac si piscem ex aquis extraxeris. Vt enim pisci uita est aqua: Ita tibi deprecatio: per hanc datur uelut ex aquis subuolare, cœlumque transcendere, ac proximum fieri.

Sicut ægritudo corporis exile & exiguum facit corpus hominis, sanitas uerò lætum reddit & ualidum: Ita intellige, quia & animam ægritudo quidem peccati humilem facit & paruam: sanitas uerò interioris hominis, & uirtutis opera magnam faciunt eam & eminentem. Et quantum in uirtutibus crescit, tanto prolixiorem reddit magnitudinem sui.

Sicut corporis nostri compago parua quædam & exigua ab initio natiuitatis, confestim tamen urget, & tendit ad finem quendam proceritatis suæ per ætatis augmenta: & iterum, Sicut anima nostra secundum hoc quòd in corpore hoc degit, festinat primò loquelam recipere balbutientem, secundò deinde clariorem, tum demū ad disputationē perfectā atque integrā peruenire: Hoc modo etiā omnis uita nostra imbuitur quidem nunc, uelut balbuties inter homines in terris: consummatur uerò, & ad summum peruenit in cœlestibus apud Deum.

Sicut corporis aduersus animam uires ad uirtutis acquisitionem impedimento sunt: Ita econtrà infirmitas, cùm nequeat corporale instrumentū promptis ani-
D mæ desiderijs obsequi, uirtutis intercipit cursum. Neque enim plus carnis sarcina pennas animæ ad infima deijcit, quàm imbecillitas corporis, dum iugi ad id curandum occupatione distenta non permittitur ad cœlestia, ut cupit, euolare, nec solū ob eam molestiam uirtutum acquisitione priuatur, sed & partes iam, dum per impedimenta infirmi corporis pugnare, seque ad sacra certamina exercere desuescit, sensim, dum nescit, amittit. Sicut enim uenter pinguis, non quia ita naturaliter affectus est, sed in quem pinguedo per gulæ intemperantiam affatim fluxit, perturbans & impinguans animum, non gignit sensum tenuem: Ita & qui per imbecillitatem nimium fuerit exilis & gracilis, in emortuo corpore tenuem quoque iam genitum prorsus extinguit.

Si qui corporis incommodo laborare filium uiderit, nunquam dicturus est, quid illi integra & diligentiori sanitate opus est, uerùm cuncta molietur & geret, quibus tam insignem ille, tamque excellentem habitum acquirat, ut iam ad eum ultra morbus ille redire non possit: Animæ uerò morbo cùm illi grauissimè laborēt, nihil eis aiunt curatione opus esse, &c.

Nemo prorsus sine tristitia inueniri potest. Si uerò tantum non habent tristitiæ, quantam nos occasionem, ita quisque putat: propriū enim eum plus quàm alienum afficit. Sicut enim in corporis dolentis partibus se proximos doloribus superare putant: & oculum habens uitiatum, nullam ægritudinem aliam, talem esse censet, qualem suam: rursum qui stomacho laborat, hoc omnium esse difficillimum asserit: & quo quisque tenet, hoc omniū molestissimū esse dicit: Idē & in tristitia, qua quis detinetur, hanc asserit esse difficillimam: cùm propria enim hoc experientia iudicat. Sicut qui filios non habet, nihil ita graue putat, sicut filijs carere: qui multos habet cum paupertate, nihil tam accusat, quàm filiorum multitudinem. Vnum habens, nihil peius quàm unū habere putat. Hinc enim, inquit, & segnis efficitur,

A efficitur, & in tristitia patrem semper constituit, cùm sit illi semper desiderabilis, & nullam correctionem admittat. Qui pulchram habet uxorem, nihil se peius habere dicit, quàm quòd pulchram habet: suspicionis enim plena res est & insidiarum. Qui deformem, nihil esse peius asserit, quàm deformē habere coniugem, res enim fastidio plena. Priuatus nihil hujusmodi uita dicit inutilius esse, nihil abiectius. Miles nihil esse militia laboriosius, nihil periculosius asserit: satius enim pane solo cum aqua uesci, quàm tot ferre molestias. In magistratu positus, nihil magis laboriosum, quàm alienas curare necessitates, affirmat. Subditus nihil ait seruilius, quàm alienæ potestati subiacere. Vxori iunctus, uxore nihil & solicitudine peius asseuerat. Vxore carens, nihil illiberalius, quàm uxorem non habere testatur, & domo carere & quiete. Mercator agricolam ex securitate beatum uocat: agricola mercatorem ex diuitijs. Et morosum omnino genus humanum, fortem suam accusans, & animū gerens grauatum. Cùm omnes condemnat homines, tunc ait, nihil homo: omnem dicens naturam, laboriosum animal & ærumnosum. Quot senectam admirantur? quot beatam uocant iuuentam? Sic & in ætatibus multum tristitiæ, cùm nos propter ætatem uidemus accusari, dicimus: Quare non fuimus senes? cùm uerò uertex albescit, rursum dicimus, Vbi iuuēta? Et omnino multas tristitiæ causas habemus. Vna tantum est ab hac inęqualitate libera uia, quę secundum uirtutem est: quin uerò & hæc tristitiam habet, sed tristitiam non inutilem, sed lucrum habentem & utilitatem. Vel enim aliquis peccauit, & per tristitiam compunctus abluit peccata, uel cum fratre lapso doluit, & hic quoq; non exiguam habet mercedem: in calamitatibus enim cum proximo dolere, multam nobis apud Deum fiduciam præbet. Audi quanta de Iob diuina philosophatur scriptura, audi quid dicat & Paulus: Flete cum flentibus, humilibus consentientes: mœrentium enim so-
B cietas grauem tristitiæ uehementiam auferre cōsueuit. Sicut enim in onere, si quis ponderis partem susceperit, soli ferenti sarcinam leuauit: Sic & in omnibus alijs. Nunc autem ex necessarijs aliquo nobis defuncto multi assidentes, consolantes multi, & asinum quando lapsum suscitamus: amicorum autem nostrorū animas cadentes, magis quàm asinum despicimus & negligimus. Et si turpiter in cauponam eum uiderimus intrantem, non inhibemus: siue ebrium, non arcemus: siue quicquid aliud gerentem absurdi, sed omnia cooperamur.

Si habuerimus aliquā corporis passionem, omnia facimus, cuncta mercamur, ut in reliquū ægritudine liberemur: Anima uerò nostra tam malè se habente, dissimulamus, semper differimus. Propterea ne corporis quidem languoribus liberamur, quoniam quæ maximè necessaria sunt, superflua esse ducimus: quæ uerò penè dissimulanda, hæc omnino necessaria iudicamus, & fontem ipsum incuratum relinquentes, malorum riuulos purgare conamur. Quòd autem earum quæ sunt in corpore passionum, maligna sæpe anima causa, & triginta annorum paralyticus, & ille qui per tectum legitur fuisse depositus, & ante omnes Cain ipse monstrauit, multisq; alijs exemplis idipsum poterit comprobari. Exiccemus igitur fontem malorum, & cuncta continuo languorum fluenta siccabunt: non modò enim paralysi dissolui, peccare, uerumetiam languor est, & longè illo languore deterior, ac tanto utiq; quanto est corpore anima præstantior.

Quid est officium corporis, nisi organum cordis? Et quamlibet peritus sit artifex cantandi, explere artem non ualet, nisi ad hanc sibi ministeria exteriora cōcordent, quia canticum quod docta manus imperat, quassata organa propriè non resultant, nec artem flatus exprimit, si scissa rimis fistula stridet. Quanto igitur grauius expositionis meæ qualitas premitur, in qua dicendi gratiam sic fractura organi dissipat, ut hanc peritiæ ars nulla componat?

Sicut corporis huius uitam ex motu suo dinoscimus: Ita & fidei uitam ex operibus

C ribus bonis. Itaq; uita quidem corporis est anima, per quam mouetur & sentit: uita uerò fidei, charitas est, quæ per illam operatur.

Nollemus quidem tanquam à proprijs corporis iunctura præcidi, sed quando tabescentis uulneris putredo pestifera plus habet in abscisione solaminis, quàm in remissione medicaminis, inuenta est causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat uirus, ut compendioso dolore natum decedat uulnus.

Sicut corporis medicamenta, quæ hominibus ab hominibus adhibentur, non nisi eis prosunt, quibus Deus operatur salutem, qui & sine illis mederi potest, cum sine ipso illa non possint, & tamen adhibentur: & si hoc officiose fiat, inter opera misericordiæ uel beneficentiæ deputatur: Ita & adiumenta doctrinæ tunc prosunt animæ, adhibita per hominem, cùm Deus operatur ut prosint, qui potuit Euangelium dare homini, etiam non ab hominibus neq; per hominem.

Sicut corpus hoc quotidie opus habet corporali alimento, ut ne in magnam ægritudinem incidens, nihil facere possit: Ita & anima opus habet spirituali cibo, & optima dieta, ut in consuetudinem aliquam bonorum & uirtutem perueniens, inuicta sit, & resistere possit maligni hostis insidijs.

Si qua corporis pars habet uomicam, submittis te homini medico, nudas illi quamlibet pudenda: ubi mens est tot uulneribus saucia, graue est tantisper submitti medico animæ? Quemadmodum enim qui ministrat pauperi, non sic cogitat: Quàm humilis est cui nunc inseruio, sed ita potius secum cogitat: Quàm sublimis est ille, cui hoc præsto officium: Ita qui adit sacerdotem, non circumspiciat illius conditionem iuxta mundum, sed cogitet quantus sit ille cuius uicē gerit, quàm taq; sit illi tradita potestas, nimirum regia Cæsareaq; longè sublimior. Si mendicus quispiam te posset leuare febri, nónne quantumuis splendidus, lubens illi supplex esses, ut te sanitati restitueret? Si captus esses à piratis, quis est tam humili sorte, cui non libenter accideres ad genua, si scias illi in manu esse, te tuis restituere? Si Cæsar abs te capitaliter offensus, cuipiam è coquis suis delegasset hoc negocium, ut te uel puniret, uel in principis gratiam reponeret, nónne coquo lubens ad genua procideres, genam coniungeres, & quicquid solent abiectissimè supplices, faceres, non perinde reputans qualis esset ille, sed quantum posset, & in illo humilis Cæsaris maiestatem adorares? Lubens ac gaudens submitteres te uindictæ prætoris, quæ tibi uertat conditionem, & ex seruo hominis faciat libertum hominis: hic refugis manum sacerdotis, qui te ex seruo diaboli faciat filium Dei? Vt perderes animam tuam, non piguit te Satanę conculcandum præbere: ut salutem recipias, fastidis te committere sacerdoti?

D

Sicut sæpe uidimus putrefactas & emortuas corporis carnes à connexione uiuentium membrorum ferro secante separari: Tale ergo aliquid est quod agit ueritatis agnitio: necesse est enim ut salutis causa filius, uerbi gratia qui sermonem recepit ueritatis, à parentibus separetur incredulis.

Quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus: Sic & in minori temporis modo potest esse uita perfecta.

Nihil à Deo uacat, nihil indiget. Vbiq; est, modo animæ incorporalis, quæ in membris omnibus diffusa, à singulis quibusq; partibus non abest, etiamsi priuata quædam ei regia in toto corpore sedes est, tamen in medullis, digitis, artubus infunditur. Iam si corruptis aliquibus corporis membris, recisione erit necesse, cùm usum suum eadem membra uitijs emortua non habebunt, id quod putre caducumq; carnis est, sine detrimento animæ reciditur. Ipsa enim corporis nostri anima sanis & integris admixta membris est, & cum eadem fuerint putrida & recidenda, non sequitur. Quinetiam adhuc cùm diuinarum atq; inuisibilium rerum intellectus, ex contemplatione corporalium rerum naturisq; sectamur, solere uidemus

A demus in quadam cœli parte, prout ei cursus est, demorantem, & certè ubiq; protenditur, ubiq; adest, & quantus per omnia est, ita ubicunq; est, tantus infunditur: sed in clausas domorum fenestras incidet, lumē quidem illius prĝsto est, sed ipsa sibi lucem eius quæ obserata sunt, denegabunt.

Sicut faciem corporis tui quotidie abluis, ne qua fortè macula faciei inhærens fœda appareat: Sic & animæ curā habe, quotidie lachrymis eam abluens calidis. Hac enim aqua maculæ deponuntur, fitq; facies admodum luculenta.

Vt corporis ministerium, & totius corporis est & singulorum membrorum, & cùm unius tantùm membri etiam propriam operationem amittit: Itidem in pecunijs usu uenit. Et ut manifestius quod dico ostendam, cibus corporis membris communiter distributus, si in unum membrum uenerit, ab illo quoq; alienus fit, cùm digeri nequeat, neq; præbeat nutrimentum. Si autem cum alijs communicauerit, & illius & omnium proprius erit: Sic & in pecunijs. Si tu solus his frueris, etiam tu eas amittes: non enim earum fructum accipies: si cum alijs poslederis, tūc longè magis tuæ erunt, tunc accipies utilitatem. Nonne uides, quod manus ministrat, os mandit, uenter accipit? Nunquid uenter dicit: Postquam ego accepi, omnia mihi seruare debeo? noli igit̃ & tu hoc de pecunijs dicere. Accipientis nanq; est ut in alios conferat. Quemadmodum igitur uentris uitio fit, ut cibi in eo desideant, neq; digerantur in membra, siquidem toto corpore corrumpuntur: Sic suo ipsorum uitio diuites quæ habent, sibi seruant, quod & se & alios perdit. Oculus item totam lucem accipit, non tamen ob hoc in suum duntaxat usum, sed totum illuminat corpus: neq; enim natura suam lucem in se retinet, quatenus oculus est. Nares præterea odoris sensu mouentur, sed non solæ detinent, uerùm ad cerebrū mittunt, & stomachum in odoris partem admittunt, & totum ex se hominem recreant. Soli pedes ambulant, non tamen seipsos tantùm mouent, sed & uniuer-

B sum corpus: Sic & tu quæcunq; habes, noli in tuum usum recondere, quoniam totum corrumpis, & te primum. Neq; solùm in membris uidere hoc licet, sed in artibus. Etenim si faber nulli tradere uellet artis suæ opera, & seipsum & reliquas artes euerteret. Itidem coriarius, agricola, pistor, & singuli qui necessarias artes exercent, si noluerint cum alijs artis suæ utilitatem communicare, non alios tantùm, sed & seipsos cum alijs unà perdunt.

Quemadmodum sæpenumero fit, ut multi naturali ac consueto corporis alimento relicto, terra paruisq; lapillis uescantur: & alij uehementi siti correpti, sæpe putridi cœni desiderio miris modis afficiantur: Sic habent & illi, qui ad illegitimum illum, qui contra naturam est amorem, furibundi anhelant.

Sicut sentimus soluta corporis membra, atq; à suis inuicem auulsa compagibus, immensi doloris generare cruciatum: Ita anima cùm extra ordinem atq; compagem, uel eam harmoniam ad quam ad bene agendum & utiliter sentiendum à Deo creata est, fuerit inuenta, nec sibimetipsi rationabilium motuum compagine consonare, pœnam cruciatumq; putanda sit suimetipsius ferre dissidij, & inconstantiæ suæ atq; inordinationis sentire supplicium. Quæ animæ dissolutio atq; diuulsio, cùm adhibiti ignis ratione fuerit explorata, sine dubio ad firmiorem sui cōpagem in restaurationemq; solidatur.

Si ad corporis sanitatem pro his uitijs quæ per escam potumq; collegimus, necessariam habemus interdum austerioris ac moderatioris medicamenti curā: nonnunq; uerò si id uitij qualitas depoposcerit, rigore ferri, & sectionis asperitate indigemus: quòd si etiam hoc supergressus fuerit morbi modus, ad ultimum conceptum uitium etiam ignis exurit: Quanto magis intelligendum est & hunc medicum nostrum Deum uolentem soluere uitia animarum nostrarum, quæ ex peccatorum & scelerum diuersitate collegerant, uti huiuscemodi pœnalibus curis?

C Insuper etiam ignis inferre supplicium his qui sanitatem animæ perdiderunt.

Claudimus enim per corporis uitia animæ nostræ aditum, qui si cœperit, emendatis omnibus, patêre, ilico introibit: Modo solis, qui clausis fenestræ ualuis introire prohibetur, patentibus uerò totus immittitur.

Omnis enim iustitia eius similis est humano corpori caput nõ habenti, in quo tametsi membra omnia & locis suis constent & figura, & habitudine, inde quoniã deest id quod est omnium principale, & uita & omni sensu caret. Itaq; membra illa formam tantummodo membrorum habent, usum non habent: tam scilicet, quàm caput sine corpore, cui similis est: qui cùm Deum non ignoret, uiuit iniustè: id enim solum habet quod est summum, sed frustrà: quoniam uirtutibus tanquam membris caret. Itaq; ut sit uiuum ac sensibile corpus, & agnitio Dei necessaria est, quasi caput, & omnes uirtutes quasi corpus: Ita fiet homo perfectus ac uiuus, sed tamẽ summa omnis in capite est, quod quamuis constare non possit sine omnibus, sine quibusdam tamen potest. Et erit quoddam uitiosum ac debile, sed tamen uiuet: sicut & is qui Deum nouit, & in aliqua re peccat. Dat enim ueniam peccatis Deus. Itaq; sine membris aliquibus uiui potest, sine capite nullo modo.

Sicut enim corpori exitiale est corporalem cibum non posse percipere: Ita animæ perniciosum est spirituales delicias fastidire.

Quod ad augendas uires corpori sensibilis ille cibus facit, id animæ lectio præstat: spirituale enim alimentum est, & fortem reddit animam & constantem, & magis philosophicam, non permittens ut à cogitationibus absurdis capiatur, sed leuem & alatam faciens, in cœlum ipsum, ut dicitur, transfert.

Sicut corpori medicamenta præparauit ex herbis arte disciplinaq; compositis: Ita etiã animæ medicamenta præparauit in his sermonibus, quos per diuinas scri-
D pturas seminauit atq; dispersit, ut hi qui aliqua ægritudine fuerint oppressi, statim ut uim morbi senserint, atq; alicuius uulneris stimulum doloremq; perspexerint, id est, cùm uiderint animam aliquid præter naturam gerentem, requirant aptam & conuenientem sibi rationabilem disciplinam, quæ eis ex præceptis Dei possit mederi.

Corpore sic utitur anima, sicut faber malleo, uel incude, in qua format omniũ turpitudinum idola, & fabricantur quælibet quaruncunq; uoluptatum simulachra. Non est caro dictatrix peccati, nec inuentrix malitiæ, nec cogitatus format, nec disponit agenda, sed officina est spiritus, qui in ea & per eam quæcunq; affectauerit, peragit & consummat.

In corpore naturali membra grandescere possunt, numero nihil potest accedere: In corpore mystico secus est, quod hoc magis fit unum, quo pluribus membris fit numerosius. Significant hoc ipsa sacramenta, quibus fœderamur. Granum à grano separare potes, uerùm ubi ex multis granis commolitis ac maceratis coijt panis, non potes aliud ab alio discernere. Sic uuam ab uua licet separare: ubi ex multis uuis confluxit uinum, non est quod separes. Hoc & de oleo dici potest, quod ex multis baccis in idem cõfluit. Omnes eodem oleo sumus uncti, siue reges, siue plebeij, siue serui, siue liberi, siue docti, siue indocti, siue Græci, siue barbari, siue uiri, siue fœminæ, omnes ex eodem pane uescimur, de eodem poculo bibimus.

Quemadmodum in corpore tristis & mœstus & cogitabundus, licet pulcher sit quis, multum tamen pulchritudini detrahit. Hilaris autem & subridens aspectu, formositatem auget: Ita profectò etiam anima. Subdolus licet innumera habeat bona opera, disperdit ea: contrà agit mente liber ac simplex. Et amicũ talem quis cum simplicitate fecerit, & inimicum factum conciliarit.

Quemadmodum in corpore spiritus est qui omnia continet & unit, etiamsi diuersa fuerint membra: Hunc ad modum in fidelibus spiritus sanctus est, qui unit & con-

A & cõiungit omnes, etiamsi diuersa habuerimus & genus & mores & studia, atq; per hunc spiritum sanctum unum corpus efficimur.

Sicut in corpore alio quidem membro corrupto, non magnum est damnum, oculis uerò læsis, uel capite contrito, totum corpus inutile redditur: Sic & in sanctis, & magna emeritis dicendum est. Quando illi extincti fuerint, cùm maculam quampiam admiserint, totum & reliquum corpus intolerabile detrimentũ capit.

Atq; ut in corpore dicebamus aliud esse morbos & uulnera curare, quod pauci homines bene facere possunt: aliud autem famẽ sitimq; sopire, & cætera, in quibus subuenire hominem homini uulgò passimq; conceditur: Sic in animo sunt quædam, in quibus excellentia illa & rara magisteria non admodum desiderantur, ut cùm hortamur aut monemus, ut hæc ipsa indigentibus exhibeantur, quæ corpori exhibenda esse diximus. Cũ enim hęc facimus, ope subuenimus corpori. Sunt uerò alia quibus multimodi uarijq; morbi animarum magna quadã & ineffabili ratione sanãtur. Quæ medicina nisi diuinitus populis mitteretur, nulla spes salutis esset, tam immoderata transgressione peccantibus.

Ego arbitror, quòd sicut in corpore escę abundantia, & qualitas uel quantitas cibi contraria febres generat, & febres diuersi uel modi, uel temporis, secundum eam mensuram qua intemperies collecta materiam suggerit ac fomitem febriũ, quæ materiæ qualitas ex diuersa intemperie congregata, causa uel acerbioris morbi uel prolixioris existit: Ita anima cùm multitudinem malorum operum & abundantiam in se congregauerit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorũ congregatio cõcitatur ad supplicium, atq; inflammatur ad pœnas, cùm mens ipsa uel conscientia per diuinam uirtutem omnia in memoriam recipiens, quorum in se signa quędam ac formas, cùm peccaret, expresserat, & singulorum gestorum

B suorum, quæ uel fœdè ac turpiter gesserat, uel etiam impiè commiserat, historiam quandam scelerum suorum ante oculos suos uidebit expositam. Tunc & ipsa cõscientia proprijs stimulis agitatur atq; compungitur, & sui ipsa efficitur accusatrix & testis. Quod ita sensisse etiam Apostolum Paulum puto, cùm dicit: Inter se inuicem cogitationibus accusantib. aut etiã defendentibus, in die cũ iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum per Iesum Christum.

Quemadmodum in corpore recens mortuo est uidere oculos, manus, pedes, ceruicem, & caput, sed nullum membrum facit quod debet: Ita in ecclesia Corinthiorum, omnes fideles præsentes, sed non est efficax fides. Feruorem enim extinximus, & corpus Christi mortuum fecimus. Si autem horribile quod dictum est, multo horribilius, quãdo ipsa opera uidentur. Nomina enim fratrum habemus, opera autem hostium, & membra omnes dicimur, & sicut bestiæ dissidemus.

Vt in corpore, si quis ab omnibus mẽbris eũdem postulet usum, nunq̃ cõstiterit corpus: Sic & inter fratres graue bellum erit, si ab omnibus omnia requirimus.

Si in corpore tuo macula aliqua uel uulnus oriatur, aut ex collisione aliqua intumescat, solicitus es, & perquiris quid curæ debeat adhiberi, quomodo corpori sanitas antiqua reddatur. Si circa oculos se aliquis acerbus humor infuderit, solicitus es, & perquiris quomodo succurras, & præuenias cæcitatem. Cum autem anima tua ægrotet, & peccatorum languoribus urgeatur, securus es, cõtemnis gehennam, atq; ignis æterni supplicia despicis & irrides? Iudicium Dei paruipendis, & commonentem te ecclesiam despicis? *Dissimile.*

Dic oro, si aliquid quod in nobis relicta mẽsura sua aliã cupiat, & uellet splen relicto suo loco, alienũ cum suo arripere, nõne morbus esset? Si humidum quod in nobis, impleret omnia, nõne fieret corpus fluxum? Et iterum si cholera cum illo latitudinem quærat, & ubiq; diffundatur sanguis? Quid autẽ in anima ira, concupiscentia, & alia omnia? si transgrediantur mensuram, nónne se simul disper-

C dunt? Ita & cibus, si plus quàm concoqui potest, sumatur, morbis corpus infestat. Vnde enim podagræ? unde pendula rigidaq; corpora? nónne ab immodicis cibis? Iterum in corpore, si plus uellet accipere oculus, uel plus uidere quàm ei præfinitum, uel maius lumen accipiat: hoc quod super mensuram est, nocebit magis quam proderit. Cogita autem, quoniam si quum bonum quoddam lux sit, & perit oculus: si plus uiderit quando fulgidiora aspicit, quàm mensura sua postulat, quid faceret lux si mala esset? Et auris, si maiorem sonum accipiat, mẽtem facit attonitam. Mens quando cogitat quæ supra se sunt, obstupescit. Etiam quod plus est quàm opus nobis, perdit: hoc est enim auaritia, quã πλεονεξίαν uocant, plus habere quã constitutum est. Sic certè & in pecunijs, quando uoluerimus plura onera imponere, licet non sentiamus, molestam in nobis educamus bestiam, multa habentes, multis egentes, innumeris curis nos immittimus, multas diabolo præbentes occasiones. Propterea diabolus apud diuites non habet opus ullo labore: parati enim sunt ob diuitiarum sarcinam, procliues ut illi seruiant. At non ita habent pauperes, sed planè diuerso modo.

Quemadmodum si mille corpora eadem uegetet anima, non mille futuri sunt homines, sed unus homo, quoniam eodem spiritu animantur omnia domicilia: Ita quicunq; eodem Christi spiritu uiuunt aguntúrq;, unam quodammodo personam constituunt. Sicuti fuere philosophi non ignobiles, qui dicerent, mundum hunc uniuersum tam uarijs atq; etiam pugnantibus rerum generibus conflatum, cum omnibus quæ complectitur, non esse nisi unicum animal, non ob aliam causam, nisi quòd existimarent unica anima animari, licet ea, quemadmodum & nostra, in corporis membris pro uarietate materiæ diuersis modis operetur, uelut in stomacho non intelligit, in manu non uidet, in lingua non olfacit, in unguibus &
D capillis non sentit, & in alijs atq; alijs partibus sensum habet acriorem ac obtusiorem. Hoc exemplum adduxi, non approbans sententiam, sed similitudinem demõstrans, quo pacto possimus uniuersam ecclesiã, uelut unũ hominẽ, cõtemplari.

Qui enim corpora amant, quoniam fluxa sunt, instar uernis diffluũt floribus, quin nec flamma permanet, quum materia est cõsumpta, sed cum illa accendente euanescit: Ita nec desiderium subsistit, quum marcet feruor. Modesti uerò, & qui secundum Deum uiuunt, postquam rei sunt firmioris, ideo etiam stabiliores existunt, ac quantum pulchritudo plus ab eis imaginatione deprehenditur, tanto illos magis sibijpsi, & amatores eorum inuicem colligat.

Sicut ægrotant corpora ante mortem eorum, qui uim non extrinsecus patiuntur: & quemadmodum in omnibus per infirmitatem fit uia ad separandam animam à corpore suo: Sic talis & tanta creatura mundi cùm corrumpi cœperit, quasi initium habens & finem, quoniam quæ uidentur temporalia sunt, & quia cœlum & terra transibunt, necesse est ante corruptionem ut langueat, ut terra quidẽ frequentibus terræmotibus conquassetur, aër autem uim quandam morbiferam concipiens, pestilens fiat, &c.

Quemadmodum autem piorum corpora templum sunt Dei, quæ prophanare uetat Paulus: Ita pectus auari templum est Mammonæ, corpus libidinosi templum est Veneris, pectus ambitiosi templum est Iouis, pectus Genethliaci templum Apollinis, pectus luxui uacantis templũ est Comi, aut si mauis, Sileni. Quoties eiusmodi cupiditatibus, contemptis Dei præceptis obtemperas, toties uictimam offers non Deo, sed dæmonibus.

Quemadmodum eos qui corpora amant, alia splendidior facies uisa à priore separat: Sic & eos qui gloriam hanc uanam depereunt, splendida illa cœlestis gloria conspecta si fuerit, ab ista abducere poterit.

Quemadmodum sana corpora si nudo pane uictitent, pinguia, uegeta sunt tamen,

A men, morbida uerò etiam sumptuosa uariaq; mensa imbecilliora redduntur: Sic euenire in animis hominũ solet: pusillanimes, ne si diademate quidem & immensis honoribus potiantur, redire ad se possunt, philosophi etiam in uinculis, in catena, uoluptate mera fruuntur.

Quemadmodum præclara corpora etiam in aduersa ualetudine, multa nobis formæ uestigia ostendunt: Sic & sanctorum animæ in ipsis etiam erratis suæ uirtutis signa præ se ferunt.

Vt exulcerata & ægra corpora, quæ ad tactus leuissimos gemunt: Ita ira muliebre maximè & puerile uitium est.

Sicut corpora communione coniugij, uoluptate, affectibus, corruptione concubitus per aspirationem ad actum, unum fiunt: Ita & rationalis anima maritali consortio ad Deum uirtute & incorruptione & uera tranquillitate perfruetur: ut his freta muneribus, per ueracem consensum, quo ad sanctificationem ex eo uerbo sibi prouenientem nititur, purissima fiat.

Quemadmodum obstinata duraq; corpora nõ cedunt medicorum manibus: Hunc ad modum induratæ animæ non cedunt uerbo Dei.

Quemadmodum splendida corpora in uicino loco splendoris sui quasi uigorem emittunt: Ita & amici gratiam suam ijs locis quæ accesserint, induunt.

Quemadmodum in corpora mollia cedentiaq; non possis egregiam plagam impingere, eò quòd obsistere contraq; niti non queat: Ita eos qui palàm insaniũt, non possis forti iuuensliq; redargutione percellere.

Quemadmodum corpora debiliora prouidentissimi medici quibusdam antè remedijs communire solent: Sic & ille communis animarum nostrarum ac uerus curator, quod in nobis magis ad peccatum lubricum esse uidit, illud & fortioribus

B custodibus præoccupauit. Nam actiones quæ corporeæ fiunt, tempus quidem simulq; opportunitatem, & labores & laborum socios, & adiumenta reliqua exposcunt: Mentis uerò cogitationumq; motus, citra tempus ullum fiũt, citra laborem absoluuntur, citra negocium aliquod consistunt, omne tempus opportunum habent. Nam aliquis quidem inuenietur grauitate seuerus ac superciliosus, qui exter nè modestiam apud omnium oculos profiteatur, & in medio illorum sæpe consistat, qui eum beatum ob uirtutem ferunt ac prædicant. In recessu autem cordis in uaria peccatorum genera subitò ac inuisibili mentis impetu transcurrat: qui quod quærit, imaginatione uideat, quendam sibi congressum indecentem deliniet, & in occulta cordis officina euidentem in seipso uoluptatem depingens, peccatum externis testibus carens, ac omnibus quidem ignotũ admittat, donec ille ueniat, qui reuelabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

Non ita filij mei, dicit alicubi sacerdos Heli, filios suos in Deum peccantes admonens, sed scitote facilius esse prosperitatem abeuntem reuocare, quàm conseruare, cùm ex Dei gratia contingit: nam quum discessit, modestia illam reducit: cũ uerò præsens est, socordia eam dissoluit. Siquidem & corpora ægrotantia medela restituuntur & abstinentia: ob prauam autem negligentiam & repletionem, iterũ prior morbus affluere consueuit.

Iuxta naturam corporum nihil est compactius, & (ut ita loquar) unitius corde animantis, quod uelut ex filis in se replicatis conglomeratum est. Nec ullũ est animal, quod non habeat unicum cor: uerùm iuxta sensum tropologicũ, quàm multi sunt homines, qui habent diuersa corda: q; multi qui habent diuulsa & distracta corda. illi quos scriptura narrat locutos in corde & corde, nõ habebant unicũ cor. Qui dicebant: Ego sum Apollo, ego Cephæ, ego Pauli, ego Christi, non habebant unicum cor. Inter hæreticos nec cum ecclesia consentientes, & inter ipsos dogmatibus dissentientes, non est unicum cor. Qui dictis ac rebus externis pieta-

C tem simulant, quum intus sint longè alij, non habent unicum cor: denique qui distrahuntur curis huius mundi, soliciti de diuitijs, de uoluptatibus, de dignitate, non habent cor unicū, sed quod de coniugata dicit Paulus, diuisi sunt ac diffluxo corde. Sed quomodo cogitur in unum tale cor? Coagulo timoris domini; per hoc peccator redit ad cor, colligit sese in unum. Natura metu contrahitur animal. Expelluntur gaudia carnis, ut succedat gaudium spiritus. Huius gaudij non est capax cor nostrum, nisi fiat unicum à multitudine deorum, à uarietate cupiditatum, à diuersis Philosophorū opinionibus, à multitudine dogmatum hæreticorum, à contentionibus ac dissidijs, à uacillatione fidei, à distractione curarum mundanarum in unum redactum, & in simplicitatem spiritus conglutinatum. Et hoc Dei munus est. Ille cōtrahit cor nostrum timore sui, ille dilatat cor nostrum amore sui. Si confiteris peccata tua, & gratiam non expectas nisi à solo Deo, cor habes unicum & simplex. Tale cor orabat Dauid, prius corde diffluens, dum fictis uerbis agit cum Vria, dum dolo procurat illum occidendum, dum ad alienam uxorem cor applicat. Cor, inquit, mundum crea in me Deus. In immundo corde, quod potest esse gaudium? Nec est mundum cor nisi Deus creauerit, creat autem per spiritum suum.

Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur, & spectat in cœlis: Ita animus, cui in quantum uult, licet porrigi, in hoc à natura rerum formatus est, ut paria dijs uelit, & sic utatur suis uiribus, ac se in spatium suum extendat.

Vt in corporum cura, alia de tuenda ualetudine, alia de restituenda præcepta sunt: Ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere, ut uincamus.

Dißimile. Exercitationē corporū, & eius totā fortitudinem cōparat Ezechiel ijs qui exercentur, & per partes unumquodque membrum sensusque membrorum uegetiores

D facit ad sufferendum quid aut sentiendum, utputa oculorum acies si exercetur in usu, acutior fit ad uidendum: aures si frequentius audiant, melius possunt uocum capere dissonantias. Hoc autem & in cæteris membris licet deprehendere, quod in paucis ostendimus: uerùm quid mihi prodest ad beatitudinem & ad uitam sempiternam, si corpus exercitationibus roboretur? Quod mihi est emolumentum, etiamsi fortissimo corpore fiam, etiamsi omnibus membris uegetus incedā? E contrario autem, si sensus animæ habuero exercitatos ad sentiendum quid, ad dicendum dies noctesque contriuero, non solùm in hac uita mihi conducit, sed etiam recedentem de corpore prosequetur.

Quoties diutina quæpiam ac dura inflatio corporibus inhæsit, tum & longo tempore, multoque labore, & multa sapientia in admouendis remedijs est opus, ut collectus tumor, absque uitæ periculo dissoluatur: Idem uidere est in anima. Quoties enim aliquis morbum, qui iam radices egit in anima, multoque tempore concretus sit, radicitus euellere uoluerit, non satis est ad correptionem unius duorum ue dierum admonitió: uerùm oportet frequenter ac diebus compluribus in hac cura uersari; si modò non ad ambitionem ac uoluptatem, sed ad fructum & utilitatem munus hoc publicum gesturi sumus.

Sicut non est possibile superfluitates corporibus innatas sine magno dolore & cruciatibus amputare ab eis qui patiuntur: Sic nec commissa carnalia ab eis qui animas suas carnes fecerunt.

Solent amara etiam ipsis prodesse corporibus. Sicut enim cū in intimis puerorū uisceribus uermes ex cibi indigestione nascuntur, extingui non queunt, nisi cùm amarior potus infunditur, aut medicamentorum uis inolescit asperior, quorū odore moriantur: Ita profundū animæ uirtus ingressa ieiunij, culpā latentē interficit.

Sicut in corporibus differentia est, ut quidam eorum sint pusilli, alij autem magni, alij uerò mediocres: Sic in animabus sunt quædam pusillæ, aliæ autem magnæ

secundum

A secundum spiritualem mensuram, secundum quam uidet solus Deus & iudicat. Sed in corporibus non culpa hominis, sed propter rationes aliquas seminis, est alius breuis, alius magnus, alius uerò mediocris. In animabus autem ex nobis est, esse aliquem uel paruum uel magnum, aut secundum opera, aut secūdum fidem, aut secūdum aliquos motus: & arbitrij nostri est, si proficere uolumus in statu animæ, aut fieri magni, aut non proficere, & paruuli remanere.

Quemadmodum sunt in corporibus hominum febres quædam fallentes, sed hoc ipso periculosiores: Ita sunt frequenter & in animis hominum occulta uitia, uel non animaduersa, uel pietatis imagine fallentia. Succurrit hîc sacerdos, uelut peritus medicus, ac morborum ignoratum ex indicijs colligens, reuocat ab errore. Rursus frustrà trepidantem, ubi nihil erat periculi, confirmat. Deinde qui perplexis malis irretiti sunt, doctis fidisq́ consilijs expedit, uiam ostendens, qua possit malum excuti, siue tenacius ob naturæ procliuitatem, siue subinde recurrens ob diutinam consuetudinem & familiaritatem. In nullis enim malis magis sudat ars medicorum, quàm in his, quæ longo temporis progressu sibi collegerunt familiaritatem, adeò ut in totum de quibusdam desperent, magisq́ polliceantur mitigationem morbi, quàm sanitatem: uelut in morbo comitiali iam inueterato, in podagra, aut calculo senili. Cæterùm in animi morbis non oportet usquam de salute diffidere, posteaquam Christus & leprosos, & mulierem tot annos profluuio sanguinis obnoxiam mundauit, ac paralyticum tot annos decumbentem ad piscinā erexit. Postremo Lazarum quatriduò iam mortuum reuocauit ad uitam. Quin & illud præstat doctus ac fidus medicus, ut ex indicijs corporis morbum imminentem præsagiat, ac non magno negocio excludat aduentantem, quum semel uictorem summo labore uix possit propellere: Idem facit prudens ac fidus animæ medicus, ubi sentit euidens imminentis mali periculum, admonet indicatq́ quibus rationibus uitari possit. Id nusquam fit tempestiuius, q̄ in cōfessione sacramentali.

B

Vt in præceps datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec resistere morari ue deiecta potuerunt, sed consilium omne & pœnitendam irreuocabilis præcipitatio abscidit, & non licet eodem peruenire, quò nō ire licuisset: Ita animus si in iram, amorem, aliosq́ se proiecit affectus, non permittitur reprimere impetū, rapiat illum oportet, & ad imum agat suū pondus, etiam uitiorū natura procliuus.

Sicut in corporibus & in fistulis, nisi prius quis humorem influentem sistat, & uulnus tergat, quotquot imposuerit medicamenta, mali fonte non obstructo, incassum omnia facit: Itidem & nos, nisi manum auaritiæ cohibeamus, & hanc improbam distillationem corripiamus, licet demus eleemosynam, nequicquam omnia facimus: curatum enim per se auaritia percurrens dissoluit & exanimat, & peius quàm prius afficit.

Quemadmodum in ipsis corporibus quæ inferiora sunt, sicut terra & aqua & ipse aër, meliora fiunt participatione melioris, id est, cum luce illuminantur, & feruore uegetantur: Sic incorporeæ naturæ rationalis ipsius creatoris fiunt participatione meliores, quum ei cohærent purissima & sanctissima charitate.

Quemadmodum enim in corporibus, quum unum aut duo membra malè sunt affecta, haud difficulter reliquis succurritur, sanitatisq́ bonū maioribus subuenit partibus, quò celeriter & illa conualescant: quum uerò plura diffident & malè habent, nullo remedio subueniri potest, quin omnia ægrotent, periculumq́ illud iam manifestè se ostendit: Ita morbi etiam, qui singulis accidunt subditis, à cōmuni populo, qui melius habet, sunt abscondendi: quum uerò maior pars corrupta est, tum uniuerso imminet periculum: nec mihi secus hoc tempore, ijs qui nos tam capitali prosecuti sunt odio, necnon tantæ Christianorum retributioni euenisse uidetur.

C Quemadmodum in corporibus, qui uulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones, ac mortem deniq; Itidem & in animis, qui pusilla dissimulant, maiora inuitant.

Quemadmodum in corporibus naturalis quidam attractus quibusdam ad quædam inest, ueluti magneti lapidi ad ferrum, & bitumini quod dicitur naphtha, ad ignem: Sic huiusmodi fidei ad diuinam uirtutem, iuxta id: Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis monti huic, &c.

Quemadmodum ignescunt à corporibus splendidis corpora, lucem suam in uicina transfundentia, atq; de propria luce communicant: Sic accidit & in fidelibus, hancq; ob causam subducuntur à terris, quibus hoc contigit, nec quicquam nisi cœlestia cogitant.

Quemadmodum in corporibus aliud est uiuidum & uigens, aliud tumidum, utrumq; tamen carnis habet plenitudinem, sed alterum corruptæ, alterum uerò sanæ: Ita aliud est stultum esse, quod est tumidum: aliud altum & sublime, quod uiuidum. Est item alius statura corporis altiore, alius breui, qui acceptis soleis illo maior apparet. Vtrum magnum dicemus? Nunquid dubiū est, qui suapilus magnitudine excedit, eum maiorem appellandum? ille enim non suapte natura magnus est. Et soleis breui statura homines utuntur, qui his acceptis maiores uident. Quod multis usu uenit, cùm in pecunijs & gloria intumescunt. Verùm in his nihil altum, nihil egregium inuenitur: is nanq; excelsi animi non est, qui nulla eiusmodi re indiget, sed qui ea omnia contemnit & in seipso suam seruat magnitudinem. Efficiamur igitur humiles, ut hanc animi præstantiam assequamur. Quippe qui se humiliat, exaltabitur.

Quemadmodum in corpore organa sunt necessariorum capacia: Ita sunt & in D spiritu omnia, radice in supernis existente, utpote organum spiritus cor, & sanguinis iecur, splen fellis, & alia aliorum. Omnia uerò ista à cerebro causam habent: Ita & Deus hominem honore admodum afficiens, nec uolens illum à se alienum relinquere, causam ipsam quidem per seipsum administrans, cooperatoresq; sibi constituens, hunc quidem ad hoc, alium uerò ad aliud locauit, utpote Apostolus membrum & uasculum est corporis reliquis præcipuum magis, ab ipso cuncta recipiēs, qui quasi per uenas & arterias, sermonis uidelicet, æternā uitam in omnes percurrere facit. Prophetes futura prædicit, atq; eadem agit & ipse. Qui membra componit, idem & ipse uitam illis administrat.

In corripiendo filio, quamlibet asperè, nunquā profectò paternus amor amittitur: fit tamen quod nolit, & doleat, qui etiam inuitus uidetur dolore sanandus, cuius utilitati consulendum magis quàm uoluntati.

Emittitur de arca coruus, & nōn redijt, & postea pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nūciat: Ita & in baptismate ecclesiæ, teterrimo alite expulso, id est, diabolo, pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nunciat.

Vsurpaui mihi cotis officium, quæ ferrum reddit acutum, quum sit inutilis ad secandum. Pulchrum depinxi hominem, pictor fœdus: aliosq; ad perfectionis littus dirigo, qui adhuc in delictorum fluctibus uersor.

Sicut crapula humano generi innumerorum malorum causa est & adductrix: Ita etiam ieiunium uentrisq; neglectus omniū nobis bonorū semper causa fuit.

Sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus & iustus, patiens atq; mitis, mundus & misericors, & cætera uirtutum sanctarum insignia, quæ de eo leguntur: Ita homo creatus est, ut charitatem haberet, ut bonus esset & iustus, ut patiens atq; mitis, mūdus & misericors foret. Quas uirtutes quanto plus quisq; in seipso habet, tanto propior est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si uerò, quod absit, aliquis per deuia uitiorum, &

A diuortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat, tunc fiet de eo quod Psal. 48. scriptum est: Et homo cùm in honore esset, nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui maior honor potuit homini esse, quàm ut ad similitudinem sui factoris conderet, & eiusdem uirtutum uestimentis ornaretur, quibus & conditor?

Vt creatorem non in cœlo tantùm miramur, & terra, sole, oceano, elephantis, camelis, equis, bubus, pardis, ursis, leonibus: sed & in minutis quoq; animalibus, formica, culice, muscis, uermiculis, & istiusmodi genere, quorum magis scimus corpora quàm nomina, eandemq; in cunctis ueneramur solertiam: Ita mens Christo dedita, æquè & in maioribus & in minoribus intenta est, sciens etiam pro ocio so uerbo reddendam esse rationem.

Sicut igitur nos, quamuis naturaliter creaturæ sumus, tamen qui filium Dei susceperimus, filij Dei per illum appellamur: Sic etiã ipse assumpta natura nostra, quamuis naturaliter filius sit, creatura tamen appellatur. Et sicut Deus, quamuis creator noster sit, pater tamen etiam per gratiam fit: Sic & uerbum Dei, quamuis Deus naturaliter sit, creatura tamen etiam propter nos factus est. Si ergo nõ secundum naturam, sed adoptione ac gratia nos filij sumus: erit etiam ipse necessariò nõ secundum naturam suam creatura, sed dispensatione ac misericordia propter nos, naturali dignitate nullo modo imminuta.

Sicut ex cunctarum creaturarum substantia omnis res uetustate deperit, solum uinum proficit uetustate: Ita ex omni genere hominum cunctis antiquitate pereuntibus, solus Christianus proficit uetustate. Et sicut uinum in dies singulos asperitatem suam decoquens, saporis dulcedinem, suauitatem odoris acquirit: Ita & Christianus successu temporis delictorum suorum asperitatem decoquens, B sapientiam sibi diuinitatis, beneuolentia trinitatis assumit.

Quemadmodum à magnitudine pulchritudineq; creaturarum creator Deus agnoscitur: Sic à signis Deitatis potestas percipitur, & sequentium fides laudatur.

Vt in creaturis primaria dona non aliquorum nostri sunt, sed omniũ, & unius creaturæ communis est gratia: Ita & in fide: quæ saluant, non eorum tantùm sunt qui magis possunt, sed & eorum qui uolunt.

Quemadmodum credere mentis est sublimis & magnificæ: Ita & incredulum esse animi stolidissimi, leuis, & ad brutorum amentiam usq; deiecti signum est.

Iam huius uitij quidam senum cum philosophis disputãs, qui eum pro simplicitate Christiana uelut rusticum crederent fatigandum: sub hoc problematis figurans colore eleganter expressit. Multis, inquit, creditoribus pater meus me dereliquit obnoxium, cæteris ad integrum solutis ab omni conuentionis eorum molestia liberatus sum: uni satisfacere quotidie, soluendo esse non possum. Cumq; illi ignorantes uim propositæ quæstionis absolutionem eius precario postularent, Multis, ait, uitijs fui naturali conditione constrictus, sed inspirante domino desiderium libertatis, cunctis illis tanquam molestissimis creditoribus, renũcians huic mundo, & omnem substantiam, quæ mihi successione patris obuenerat, à me pariter abijciens, satisfeci: atq; ab eis sum omnimodè absolutus. Gastrimargiæ uerò stimulis nullo modo carere præualui: nec enim quamuis eam in paruum modum uilissimamq; redigerem quantitatem, uim quotidianæ compulsionis euado, sed necesse est me perpetuis eius conuentionibus perurgeri, & interminabilem quandam solutionem iugi functione dependere, atque inexplebile indictionibus eius inferre uectigal.

Quemadmodum enim sunt qui ad tempus credũt, & in tempore tentationis recedunt: Ita sunt qui rebus ex animi sententia succedentibus gratias agunt domino, rursus in tempestate queruntur de domino: quidam etiã (horresco proloqui)

C maledictis impetunt tremendam illius maiestatem.

Quemadmodum crudeles ac inhumani non eos dũtaxat habent aduersarios, quos afflixerunt, sed etiam eos qui nihil passi illis condolent, nam & isti accusant & uituperant: Sic qui multa bona fecerunt, non solùm eos quibus benefecerunt, sed etiam eos quibus nullum beneficium impenderunt, inueniunt laudatores.

Quemadmodum acerbissima crudelitas est quæ trahit pœnam, & misericordiæ genus est citò occidere, quia tormentum ultimum finem sui secũ affert, quod antecedit tempus, maxima uenturi supplicij pars est: Ita maior est muneris gratia, quo minus diu pependit: est enim bonarum etiam rerum solicita expectatio.

Sicut ex multa cruditate & febres nascunt̃ & uermes: Ita si quis non decoquat peccata sua, uelut quadam interposita sobrietate abstinentiæ, sed miscendo peccata peccatis, tanquam cruditatem quandam contrahat ueterum & recentium delictorum, igne adauretur proprio, & suis uermibus consumetur.

Quemadmodum his qui crudo & indigesto sunt stomacho, amarum prodest absynthium: Sic malè moratis mala tolerare utile est.

Quemadmodum crux, etsi opprobrio esse uisa sit, innumerorum tamen bonorum causam præbuit, & inenarrabilis gloriæ materiam & principium: Sic quæ uidebantur stultitia esse, sapiẽtię nobis causa sunt. Siquidem ut ille qui malè aliquid docetur, nisi totum abijciat, & præparet animum, & purum reddat, ut in posterũ inscribi possit, nihil profectò sanctũ didicerit: Sic in exteriori sapientia, nisi omnia abijcias, nisi mentem tuam purges, & æquo iure cũ idiota teipsum fidei præbeas, nihil sanè generosum intelliges. Etenim strabones nisi cõniuentibus oculis alijs se credant, sed uitio oculorum suorum aspectu se cõmiserint, longè magis quàm qui nihil penitus uident, aberrant.

D Sicut quatuor extrema crucis per medium centrum continentur & constringuntur: Sic per Dei uirtutem altitudo, profunditas, longitudo, latitudo, id est, omnis inuisibilis & uisibilis creatura continetur.

Vt quis intemperantissimo captus adulterinæ cupiditatis æstu, & uictus libidine, uel indulgens flagitijs, qui repugnare nolit appetentiæ suæ carnis, conuersus huc atq; illuc, si neminem fortè uideat flagitij sui testem, in facinus ruit: idem tamen quamuis inueniat paratam occasionem potiendi, explorat diligenter omnia, in diuersum oculos suos incuriosus iustitiæ, solicitus famæ, detorquet frequenter, erubescens testimonium erroris, qui non erubescit errorem: Ac si quem fortè spectatorem cognouerit facinoris sui, uerecundia sequestrat intemperãtiam, & quãuis cum ancilla uel meretrice uulgari, ubi nullum sit deprehendendi periculũ, tentamenta moliatur libidinis, pudore tamen incœptũ deserit: Quanto magis si quis alleuet mentis oculos, & consideret plena esse angelorũ omnia, aërem, terras, mare, ecclesias, quibus angeli præsunt (mittit enim dominus angelos suos ad defensionem eorum, qui hæredes futuri sunt promissionum cœlestium) concepto potest renunciare peccato?

Nullam enim nostri, sed rerum nostrarum curam habemus, uxoris obliuiscimur, & quæ uxoris sunt recordamur. De liberis non prouidemus, & quæ liberorum sunt, amplificare atq; augere studemus. Itaq; his similes sumus, qui cùm malè maceriatam ac ruinosam uideant domum, ipsam quidem restituere negligunt, amplos autem ei hortos in circuitu præparant: aut illis, qui quamuis morbo conficiantur, cura tamen ualetudinis neglecta, aureas sibi uestes contexunt: ac mulieri, quæ cũ aduersa ualetudine nimiũ laboret, nullũ ægrotationis remediũ, sed ancillas & ornamenta, cæteraq; huiusmodi sibi studeat cõparare. Nõ aliter sanè nos, cũ anima nostra, modò iræ furore, modò cupiditatis ardore, nunc maledicendi studio, nunc inanis gloriæ iactatione mirabiliter uexetur, ac humi iacens, & secũ ipsa

A dissidens ab innumeris laceretur feris, non ut ipsam curemus, sed ut magnificas aedes construamus, & gregem seruorum, caeteraq; huiusmodi acquiramus, omni studio atq; cura uigilamus. Et si ursa fugam è cauea ceperit, domos praecludimus, uicos obsidemus, ut intercepta nemini noceat: nunc uerò cùm non una bestia, sed multae atq; obscoenae cogitationes omni bestia ferociores animam nostram lacerent, nec sentire quidem uidemur, & urbium sanè habitationi adeò prouidemus, ut uel in desertis locis, uel in uallatis atq; munitis atrocem ferã coërceamus: In anima uerò nostra ubi locus consilij est, ubi regia sedes, ubi iudicium, eò immanes bestiae ad mentem ipsam, ad regale solium omnia perturbantes, magna licentia conscendunt, propterea ad inferiora depelluntur, quae superius stare debebant, omniaq; simul turba conquassant, urbana suburbanaq;, quae intus, quę foris sunt. Ciuitatiq; similes sumus, quae barbarorum incursu conturbatur: aut auiculis quae dracone ad nidum serpente trepidè ac conturbatè circumuolant.

Nam istae concitationes animorum iuncto curruí similes sunt, in quo rectè moderando summum rectoris officium est ut uiam nouerit, quam si tenebit, licet quã concitatè ierit, non offendet. Si autem errauerit, licet placidè ac leniter eat, aut per confragosa uexabitur, aut per praecipitia labetur, aut certè quò non opus est deferetur: Sic cursus ille uitae, qui affectibus uelut equis pernicibus ducitur, si rectam uiam teneat, fungetur officio.

Quemadmodum per procliue currentium, non ubi uisum est gradus sistitur, sed incitato corporis pondere se rapit, ac longius q̃ uoluit, effert: Sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est, nec satis decora philosophiae, quae ponere debet uerba, non proijcere, & pedetentim procedere.

Quemadmodum nisi cursoris pedes ligaueris, cursum illius non impedieris:

B Ita Euangelistę cursum, nisi linguam alligaueris, nõ prohibueris. Sed quomodo si cursuri lumbos uincieris, magis currit, & in cursu solidatur: Ita & iste magis pręedicat, idq; cum maiori fiducia.

Sicut qui sensibilem cursum magna contentione peragit, nullum occurrentẽ uidet, etiamsi saepius in illũ incidat, sed animo suo ad cursum intento facilè omnia transit, festinans ad destinatum scopum: Eodem modo qui cursum uirtutis ut currat, festinat, & à terra in coelum redire cõcupiscit: omnia enim quae uidentur deorsum relinquit, & totũ se cursui dedit, neq; prius subsistit, donec in uerticem ascendere poterit. Ei qui sic affectus est, etiam quae uidentur esse terribilia in praesenti uita, contemptibilia fiunt: quin & talis neq; gladium timet, neq; praecipitium, neque ferarum dentes, neq; tormenta, neq; lictorum manus, neq; aliquid quod triste in hac uita, sed etsi carbones uideat substratos, quasi prata & paradisos uidens transilit. Et si aliam quandam tormentorum speciem intentari spectat, non deficit ad aspectum, neq; auersatur: desiderium enim futurorum mentem ipsius transtulit, & quasi frustrà corpore amictus, ita affectiones suas magistratur, & superna gratia munitus, corporis dolores ne sensit quidem.

Sicut in custodias coniectorum quidam, plus temporis in pędore & uinculis retenti, nonnulli suae miseriae celeriorem inueniunt liberationem: Sic & animae quaedam in hac uita diutius retinentur, aliae minus, secundum cuiusq; dignitatis proportionem: sapiẽter quidem & profundè, ut mens humana ea, quę conditor noster de unoquoq; praeuidit, nunquam assequi ualeat.

D.


ICUT Daemones, nisi eos quos fallendo deceperint, possidere non possunt: Sic & homines Principes non sanè iusti, sed daemonum similes, ea quae uana esse nouerant, religionis nomine populis tanquã uera suadebant, hoc modo eos ciuili societati uelut arctius alligantes,

C quò similiter subditos possiderent. Quis autem infirmus & indoctus euaderet simul fallaces & Principes ciuitatis & dæmones?

Sicut cũ à Dauide prostratus est Goliath, in fugam simul uersus est omnis Allophylorum exercitus, & mors quidem unius corporis, & percussio unius capitis erat, fuga autem communis, & timor totius exercitus: Ita etsi nos unam hæresim deiecerimus, communis erit omnium profligatio.

Sicut Dauid, licet rex & unctus, patienter expectauit, & mansuetè cum Saul egit, donec Deus regẽ Saul de medio tolleret, postea uerò regalia omnia exercuit: Sic & ecclesia principio quidem gladij materialis potestate non est usa in suos subditos, sed cum omni mansuetudine expectauit, donec Deus iugo suo suaui colla regum terræ subderet.

Quemadmodum iure damnatos posteaquam funem acceperint, educunt funem ore gestantes: Sic & Ozias abducebatur, pro fune lepram gestans, eò quòd sacerdotium affecisset contumeliá.

Nec simplex & unius speciei bonum accepimus, ut ad futura bona dubiosi simus animo, sed exuberantia gratiæ, nostra bona sunt: Quemadmodum si quis, quia multa debeat, in carcerem cum uxore & liberis conijciatur, deinde non solũ liberetur ab carcere, adeoq; debito, cæterùm innumera simul talenta recipiat, ac in regiam aulam introductus, præclaro principatu donetur, dignusq; eo iudicetur, regisq; filius constituatur.

Non est absolutus debitor qui multa, sed qui omnia reddidit, nec ad brauium uictoriæ peruenit, qui in magna parte spectaculi uelociter currit, si iuxta metas ueniens, in hoc quod est reliquum, deficit. Nec ad quælibet destinata loca pergentibus inchoando prodest longum iter carpere, si non etiam totum ualeant consummare. Qui ergo æternam uitam quærimus, quid aliud quàm quædam itinera agimus, per quæ ad patriam festinamus? Sed quid prodest quòd carpimus multa, si ea quę ad perueniendum restãt, negligimus? Reliqua itaq; more uiatorũ nequaq; debemus aspicere, quæ bona necdũ fecimus, sed ea quæ nos iã fecisse gaudemus.

D

Si quispiam habens duos debitores, & alteri uellet dimittere debitum, alterum exigere, cui uult donat, sed neminem fraudat, nec acceptio personarum est, quando iniquitas nulla est: alioquin eis qui parum intelligunt, potest acceptio personarum uideri, ubi uineę dominus operarijs, qui una hora illic opus fecerunt, tantũ dedit, quantum illis qui pertulerunt pondus diei & æstus, æquales faciens in mercede, quorum tanta distantia fuerat in labore. An non licet ei quod uult facere? Sicut ergo hîc nulla est acceptio personarum, ubi quia sic alius honoratur gratis, ut alius debito non fraudetur: Sic etiam, cùm secundum propositum Dei uocatur alius, alius non uocatur, uocato datur gratuitum bonum, cuius boni est uocatio ipsa principium: non uocato redditur malum, quia omnes rei sunt ex eo quòd per unum hominem peccatum intrauit in mundum. Cui uult miseretur, quem uult indurat: qui facit aliud uas in honorem, aliud in contumeliam.

Quemadmodũ delicatas res desiderare luxuriæ est: Ita usitatas & non magno parabiles fugere, dementiæ est.

Quomodo dentium officium est mandere, & in aluũ ea quæ sunt mansa trãsmittere, & non habet crimen qui coniugi meæ panem dederit: Ita si genitaliũ hoc est officium, ut semper fruantur natura sua, meam lassitudinem alterius uires superent, & uxoris (ut ita dixerim) ardentissimam gulam fortuitò libido restinguat.

Siue enim ex nihilo Deus molitus est cuncta, poterit & carnem in nihilũ productam exprimere de nihilo: Siue de materia moderatus ad alia, poterit & carnem quocunq; dehaustam euocare de alio. Et utiq; idoneus est reficere qui fecit, quanto plus est fecisse, quàm refecisse: initium dedisse, quàm reddidisse: Ita restitutionem

carnis

A carnis faciliorem credas institutione. Aspice nunc ad ipsa quoque exempla diuinæ potestatis. Dies moritur in noctem, & tenebris usquequaque sepelitur. Funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur, sordent, silent, stupent cuncta, ubique iustitium est, quies rerum: ita lux amissa lugetur. Et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem & integra & tota uniuerso orbi reuiuiscit, interficiens mortem suam noctem, rescindens sepulturam suam tenebras, hæres sibimet existens, donec & nox reuiuiscat cum suo & illa suggestu. Reaccenduntur enim & stellarũ radij, quos matutina suggestio extinxerat. Reducũtur & syderum absentiæ, quas temporalis distinctio exemerat. Redornantur & specula lunæ, quę menstruus numerus attriuerat. Reuoluuntur hyemes & æstates, & uerna & autumna, cum suis uiribus, moribus, fructibus. Quippe etiam terræ de cœlo disciplina est, arbores uestire post spolia, flores denuò colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quæ absumpta sunt semina, nec prius exhibere quàm absumpta. Mira ratio: de fraudatrice seruatrix: ut reddat, intercipit: ut custodiat, perdit: ut integret, uitiat: ut etiam amplíet, prius decoquit. Siquidem uberiora & cultiora restituit, quàm exterminauit. Reuera fœnore interitu, & iniuria usura, & lucro damno, semel dixerim uniuersa, conditio recidua est. Quodcunque conueneris, fuit: quodcunque amiseris, nihil non iterum est: omnia in statum redeunt, cùm abscesserint: ideo finiuntur, ut fiant: nihil deperit nisi in salutem. Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum. Operibus eam præscripsit Deus antè, quàm literis: uiribus prædicauit antè, quàm uocibus. Præmisit tibi naturam magistram, submissurus & prophetiã, quò facilius credas prophetiæ, discipulus naturæ: quò statim admittas cùm audieris, quod ubique iam uideris: nec dubites Deum carnis etiam resuscitatorem, qui omnium noris restitutorem. Et utique si omnia homini re-

B surgunt, cui procurata sunt, porrò non homini, nisi & carni, quale est, ut ipsa depereat in totum, propter quam & cui nihil deperit? Si parum uniuersitas resurrectionem figurat, si nihil tale conditio signat, quia singula eius non tam mori quàm desinere dicantur, nec redanimari, sed reformari existimentur, accipe plenissimũ atque firmissimum huius spei specimen. Siquidem animalis est res & uitæ obnoxia & morti, illum dico alitem orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qui semetipsum libenter funerans reuocat, natali fine decedens atque succendens iterum Phœnix. Vbi iam nemo, iterum ipse: qui non iam, alius idem, & cætera.

Deus enim qui homines generat & inspirat, omnes æquos, id est, pares esse uoluit. Eandem conditionem uiuendi omnibus posuit, omnes ad sapientiam genuit, omnibus immortalitatem spopondit. Nemo beneficijs eius cœlestibus segregatur: nam sicut omnibus unicum suũ lumen æqualiter diuidit, emittit omnibus fontes, uictum subministrat, quietem somni dulcissimã tribuit: Sic omnibus ęquitatem uirtutemque largitur.

Sicut Deus hominem ad uitam non nisi per uirtutem ac laborem uocat: Ita ille ad mortem per delicias ac uoluptates. Et sicut ad uerum bonum per fallacia mala: Sic ad uerum malum per bona fallacia peruenitur.

Deus enim uerus est ex Deo uero, lumen ex lumine, primogenitus uerò propter nos: ut sicut per ipsum facta sunt omnia, sic etiã in ipso reformata saluentur. Quare sicut initium uiarũ creatus est, quia per ipsum omnes possunt in salutem recurrere: Sic primogenitus uocatur in multis fratribus, quia uocauit nos omnes in adoptionem Dei per gratiam.

Quare sicut non ut Deus, sed ut homo propter nos, & pro nobis cœlos ingreditur, ut nos per seipsum introducat, & hanc uiã nobis aperiat: Sic quamuis semper altissimus ut Deus sit, tamen ut homo propter nos exaltatur, ut in ipso nos

C quoq; exaltemur, & ita reformaret nos in seipsum, totamq; naturam nostram ad
creatoris imaginem reformaret.

Promissorum suorum nobis chirographum fecit, nō debendo, sed promitten
do, debitorem se fecit Deus, id est, non mutuo accipiendo. Non possumus ergo ei
dicere: Redde quod accepisti: quoniam quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Nō
possumus dicere: Redde quod accepisti, sed, Redde quod promisisti. Inde est
quod audemus dicere: Adueniat regnum tuū. Promisit patribus, sed cautionem
fecit, quam legeremus & nos.

Varijs modis Deus corripit nos ut corrigat. Tandem ubi pertinacia nostra ui-
cit omnia remedia, destituit nos ut deploratos, proprioq; relinquit arbitrio: Quē-
admodum medicus nihil non expertus quicquid ars potest ad depellendum mor-
bum, ubi uidet ægrotum omnia pharmaca respuere, tandem illum suo morbo re-
linquit, tanquam qui nolit uiuere.

Deus enim ut natura sua est inuisibilis, nec potest uideri in hoc seculo, nisi per
manifesta sua opera: Ita & uoluntas Dei natura sua est imperscrutabilis, nec po-
test cognosci, nisi aut per reuelationem uerbi sui, aut per exempla creationis suæ,
siue illa naturali ordine fiant, siue miraculis edantur.

Deus Pharaoni uarias pœnas intulit, non ut illum meliorem efficeret (nouit
eius durissimam mentem non posse conuerti) sed ut ea quæ olim de ipso prędican
da erant, perutilia cunctis exempla fierent. Sicut enim ciuitates iustitiæ ministros
& carnifices alunt, per quos & parricidas & latrones pœna afficiunt, non laudan-
tęs quidem quæ sibi carnifices peragenda omnia desumpserunt, sed ad necessa-
rios tamen usus eorum ministeria tolerantes: Ita & mundi huius præsul ac Deus
patitur tyrānos esse, ceu quosdā carnifices, ut per eos ab impijs hominibus pœnas
D exigat, mox eos tyrānos supplicio traditurus. Ita puniuit filios Israël per Assyrios.

Vnigenitus Deus hominem uerum secundum similitudinem nostri hominis
non deficiens, à se Deo sumpsit: in quo quamuis aut ictus incideret, aut uulnus de
scenderet, aut modi concurrerent, aut suspensio eleuaret, afferrent quidē hęc impe
tum passionis, non tamen passionis dolorem inferrent, ut telum aliquod aquā per
forans, uel ignem compungens, uel ærea uulnerans.

Deus utitur cacadæmone in nostris tentationibus, sicut medicus in theriacis,
serpentibus & uiperis, id enim agit ut prosit infirmo.

Quemadmodum Deus, qui per se seruare potuit in diluuio uniuersali Noē cū
suis, ne submergerentur, sed tamen uoluit ut ipse fabricaretur arcam, & ingredere
tur eam, ut esset suæ saluationis cooperator: Ita uult ut omnes, qui spiritualiter sal-
uantur, suæ saluti cooperentur per liberi arbitrij motum, credentis in eum qui iu
stificat impium.

Sicut Deus eis, qui admonitionibus suis promptè parent, ob bonitatem sibi
peculiarē sententias suas reuocat, & cōuersis appropiat, ab imminentibus pœnis
eós liberans: Ita quoq; cùm promittit uel bona aliqua præbiturum, uel pœniten-
tiæ tempus, uidet autē fieri indignos, etiā tunc quoq; suas promissiones rescindit.

Vniuersorum Deus nostri curam agens, non semper in aduersis nos manere
relinquit, ut nō opprobretur nobis nostra infirmitas, sed celeriter & ipse opitulat̄,
firmās nostrā alacritatē, & mentem excitans. Neq; semper in prosperitate nos esse
relinquit, ut ne fiamus negligētiores, alioquin ad malū procliues. Humana enī na
tura quādo multū prospere ei succedit, suę obliuiscit̄ nobilitatis, neq; intra suos li-
mites subsistit. Idcirco quasi demētissimus pater aliquādo nobis indulget, aliquā-
do castigat, ut uarijs uijs nostræ animæ salutem curet. Quoniā & medicus, quan
do infirmum curat, neq; semper fame detinet, neq; semper larga mensa frui sinit,
ut non uoracitas febrem pariens augeat morbum, fames uerò infirmiorem eum
efficiat,

A efficiat, sed coniectans apud se quantæ sint ægrotantis uires, & diligenter utens arte, omnia sua in medium affert: Similiter & misericors Deus, sciens quid cuiuis expediat, aliquando concedit nobis prosperitate frui, aliquando autem exercitationis gratia tentationibus nos circundat. Nam si uirtute prædití sunt qui tentationes experiuntur, clariores euadunt, abundantiorem sibi supernam gratiam conciliantes. Si autem, ut nos, peccatores fuerint, & magna gratitudine tentationes ferunt, grauem deponunt peccatorum sarcinam, multaque uenia & ipsi potiuntur.

Quamuis bonus Deus sit, cuius etiam amara plus prosunt: non enim inferuntur ut noceant, sed ut corrigant: rogatur tamen ut in bonitate sua doceat nos iustitias suas. Considera medicum utilia apponentem medicamenta uulneribus, ea tamen quæ mordeant ulceris uirus, aut certè ferro putrefacta resecantem: cùm in eo ipso bonus sit medicus, quia utilitatem operatur ægroti, & faciat quod prodesse nouerit, tamen quia æger dolorem aut non uult, aut non potest sustinere propter infirmitatem affectus sui, rogat ut medicus eum quadam bonitate & suauitate sua curet, & non asperitatem adhibeat medicamentorum, non ferro incidat uulnerum fibras, aut si aliter non potest, ut cum moderatione faciat, & quadam subtilitate mitiget uim doloris. Et ideo in Euangelij bonitate melius docentur iustificationes Dei, quàm in legis seueritate.

Quemadmodum Deus, quando nos ipsos ulciscimur, nos ipse non tutatur, cũ uerò uindictam illi permittimus, plura quàm expectamus, nostri gratia facit: Ita & cum pecunijs facit. Quòd si nos illas nostra cura dispensamus, nulla aliarũ ipse prouidentia curaque tenebitur. Quando uerò in illum magis omnia proijcimus, tum & ipsas & pueros nostros in summam omnino securitatem constituet.

Non aliter Deus facit, quàm si quis puerum orphanum à barbaris captũ, inque

B terram ipsorum abductum, non solùm captiuitate eximeret, sed & patrem illi seipsum constitueret in omnibus fidelem, atque in maximam simul dignitatem collocaret: Ita sanè & nobiscum factum est. Non enim ueterum nos malorum tantummodo liberos reddidit, sed & in angelicam uitam induxit, bonæque conuersationis uiam simul excidit, & iustitiæ nos securitate donãs, & uetera occidens, ueteremque hominem mortificans, atque ita in immortalem illam uitam manu ducens.

Cùm conderet Deus mundum, innumeras creauit ciborum differentias, pro diuersitatibus scilicet uel humani desiderij, uel naturæ animalium. Vnde non solùm homo cùm uiderit animalium cibum, scit eum non pro se, sed pro animalibus creatum, sed & ipsa animalia agnoscũt proprios cibos, & alijs quidem (uerbi causa) utitur leo, alijs ceruus, alijs bos, alijs uerò aues. Sed & inter homines sunt quædam differentiæ in appetendis cibis: & alius quidem qui bene sanus est, & habitudine corporis ualens, fortem cibum requirit, & credit confiditque se edere omnia ue lut robustissimi quique athletarum. Si quis uerò inferiorem se sentit & inualidum, delectatur oleribus, & fortem cibum pro sui infirmitate non recipit. Si uerò sit aliquis paruulus, etiamsi uoce indicare non possit, re tamen ipsa nullam aliam quàm lactis requirit alimoniam. Et ita unusquisque uel pro ætate, uel pro uiribus, uel pro corporis ualetudine, aptum sibi & competentem uiribus suis expetit cibũ. Si sufficienter rerum corporalium considerastis exemplum, nunc ab ijs ad intelligentiam spiritualium ueniamus. Omnis natura rationabilis proprijs & sibi cõpetentibus nutriri indiget cibis. Cibus autem uerus naturæ rationabilis, sermo Dei est.

Quemadmodum Deus communem dat omnibus lucis participationem: Ita & imitatores Dei communem & parem omnibus dilectionis suæ radium inferãt: ubi nanque dilectio deficit, ibi planè succedit odium.

Neque uult Deus sua dona differre, sed tardius dando quod petimus, instantiã nobis orationis indicit. Propterea & aliquandiu annuere precantibus differt,

C & tribulationes irruere permittit, ut ad ipſum & frequentius confugiamus, & expreſſius, nec ab eo diſcedamus aliquando. Tale aliquid faciunt amantiores filiorũ parentes, cùm paruulos ſuos uiderint à ſe quidem ſæpe diſcedere, æquęuorum autem ſuorum luſibus detineri: præcipiunt famulis terribilia multa ſimulare, ut exagitati etiam metu paruuli, ad maternum ſinum confugere ſuſtineãt. Ita etiã Deus non modò ab alijs nos ſæpe tribulari ſinit, ſed nonnunquam etiam ipſe plagã minatur, non ut eam in nos inducat, ſed ut nos ad ſe potius adducat. Siquidem cùm ad ipſum fuerimus reuerſi, continuò diſſoluit timorem.

Sicut autem nec ab illo abeſt, in quo non habitat, & totus adeſt, quamuis eum ille non habeat: Ita & illi in quo habitat, totus eſt præſens, quamuis eum non ex toto capiat. Neq; enim ad habitandum diuidit ſe per hominum corda ſeu corpora, aliam ſui partem huic tribuens, illi aliam, ſicut lux iſta per aditus & feneſtras domorum: ſed potius ſi quemlibet ſonum, quum corporea res ſit ac tranſitoria, ſurdus non capit, ſurdaſter non tantum capit, atq; in ijs qui audiunt, quum pariter ei appropinquent, tanto magis alius alio capit, quanto eſt acutioris, tanto autẽ minus, quanto eſt obtuſioris auditus, quum ille non uarié magis minúſue inſonet, ſed in eo loco in quo ſunt, omnibus æqualiter præſto ſit: Quanto excellentius Deus natura incorporea, & immutabiliter uiua, qui non ſicut ſonus, per moras temporum tendi & diuidi poteſt, nec ſpatio aêrio tanquam loco ſuo indiget, ubi præſentibus præſto ſit: ſed æterna ſtabilitate in ſeipſo manens, totus adeſſe rebus omnibus poteſt, & ſingulis totus, quamuis in quibus habitat, habeant eum pro ſua capacitatis diuerſitate, alij amplius, alij minus, quos ipſe ſibi dilectiſſimum templum ædificauit.

Reſuſcitatus corpore, uiuit abſente reſuſcitatore, non autem ſic reſuſcitatus in
D anima. Cùm enim Deus ſit uita animæ, anima uerò uita corporis: ſicut corpus uiuere non poteſt abſente anima: Ita non niſi Deo præſente anima uiuere ualet. Habet itaq; anima ſibi Deum præſentem per gratiam, quæ uiuens peccatum ſuũ confitetur, eamq; uitam quæ Deus eſt, inhabitat, quam inhabitando uincere facit. Si autem illam inhabitet, ergo templum ſpiritus ſancti facta eſt, ergo illuminata eſt, ergo à tenebris peccatorum expiata eſt, ergo templum diaboli eſſe deſinit, quæ ad lucem uenit, cuius aſpectus tenebras fugat. Nulla enim (ut ait Apoſtolus) conuentio Chriſti ad Belial: nulla participatio lucis ad tenebras: nulla communicatio iuſtitiæ & iniquitatis: nullus conſenſus templo Dei cum idolis. Item, ut Chriſtus ait, Omnis qui odit malum, in luce agit: qui autem in luce agit, in Chriſto operatur, eius filius probatur: cuius enim opera quiſq; facit, eius filius eſſe perhibetur. Vnde quibuſdam dominus ait: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: item, *Vos* ex patre diabolo eſtis, quia opera patris ueſtri facere uultis: nemo autem filius Dei & diaboli ſimul eſſe poteſt. Nemo enim, ut ipſe ait, duobus dominis ſimul ſeruire poteſt: item, ut Ioan. ait in epiſtola ſua, Qui natus eſt ex Deo, non peccat, ergo nõ eſt filius diaboli. Solo enim peccato diaboli filij ſumus: ergo de eius regno tranſlati ſumus in regnum claritatis filij Dei, & ſumus erepti de poteſtate tenebrarum, & facti ſumus filij lucis.

Dei quidem eſt dare incrementum, ſed ſicut qui plantat & rigat, non niſi colonus fidelis & diligens quæritur: Sic etiam in ſacramento baptiſmatis, non niſi fidelis & iuſtiſſimus operarius adhibetur. Quaſi uerò quòd infidelis colonus plantauerit, propter eius infidelitatem non germinet uis ſeminis, & fœcunditas terræ cœliq; temperies hanc efficaciam diuinitus non acceperint, uel ad propagandos fructus plantatorem uel rigatorem operarium tantummodo expectent, qua mente operetur, qua laboret intentione, non curent utrum agri dominum fideliter diligat, an ſua, non illius lucra conquirat.

Dei

A Dei uasa fontem sapientiæ intus habent, meæ siccitatis guttas paruulas suscipere nō debent. Perfecta sapientia nouit, quia in paradiso non fuit, sed fons ascendebat de medio paradisi, qui irrigat faciem terræ: illæ ergo animæ, quæ fontem in semetipsis habent, de aliena lingua pluuiam necessariam non habent. Verbo Dei quasi quodam candido linteo, laboris terreni sudorem detergo.

Nesciunt enim quomodo substantia Dei administrans uniuersam creaturam inquinari omnino non possit. Et tamen prædicant istum uisibilem solem, radios suos & per omnes feces, & sordes corporum spargere, & eos mundos & synceros ubiq; seruare. Si ergo uisibilia munda uisibilibus mundis contingi possunt, & nō inquinari: Quanto magis inuisibilis & incontaminabilis ueritas per spiritum animam, per animam corpus suscipiens, toto homine assumpto, ab omnibus eum infirmitatibus nulla sui contaminatione liberauit?

Decebat Deum hominem liberare, propter quem lunam, solem, stellas & terram creauit: potuit loqui de cœlo ut omnes audirent, sed maluit flere in præsepio, non angelum misit. Atqui medicos illos maximè laudare soletis, non quidem qui nos ministris suis curandos ęgros committunt, sed qui pallium deponunt, linteoq; succincti, suis ipsi manibus ferrum accipiunt, ulcusq;, si sit opus, incidunt, neq; fœtorem ulceris auersantur, imò autem profluentem saniem excipiunt, atq; unguenta compingunt. Neq; uerò illos etiam reges admirari, & laudibus ornare soliti estis, qui regalibus in thalamis enutriti molliter, omni deliciarum genere perfrui solent, sed quibus graue non est pro subditis hominibus caput periculis obiectare, quiq; armis obtecti, in prima acie cum hoste fortiter pugnant.

Fingamus Deum quasi hominem sedentem in excelso montis uertice, & exinde prospicientem uniuersum mare, nauesq; transeuntes, aliam quidem uelificantem, & tempestatem uiolentam patientem uentorum, sed gubernatore peritissimo regente undarum moles huc illucq; diuidentem, illæsam in portum deducere B nauem: alijs autem prospero cursu rectam uiam pergentibus, alijs uerò naufragiū sustinentibus, & paucis exinde hominibus adiumento axis alicuius ad littus euadentibus, alijs uerò morientibus: Ita est & Deus omnia prospiciens. Quando autem dixero Deū sedentem in excelsis, ubiq; eum credite esse pręsentem. Nec enim locorum distantia retardatur, cū ipse sibi sit locus, & ipse omnia capiat, capiat aūt eum nihil. Quæ enim capacitas potest incorporalem ferre naturam, immobilem, & sine fine, & inuestigabilem, & inconuertibilem, & incomprehensibilem? quæ omnia Deus est, sic oportet nos credere de Deo. Hæc enim est nostra salus.

Non es diligentior Deo, uti tu quidem Scythicas & Indicas gemmas, & rubentis maris grana candentia, non plumbo, non ære, non ferro, ne argento quoq; oblaqueес, sed electissimo & insuper operosissimo descrobes auro, & unguentis preciosissimis quibusq; uasculorum prius congruentiā cures. Proinde perfectè ferrū gineis gladijs uaginarum adæques dignitatem. Deus uerò animæ suæ umbram, spiritus sui auram, oris sui operam uilissimo alicui commiserit capulo, & indignè collocādo utiq; damnauerit. Collocauit autem aut potius inseruit & immiscuit carni, tanta quidem concretione, ut incertum haberi possit, utrum'ne carō animam, an carnem anima circūferat: utrum'ne animæ caro, an anima pareat carni: sed & magis animam inuehi atq; dominari credendum est, ut magis Deo proximam. Hoc quoq; ad gloriam carnis exuberat, quòd proximā Deo & continet, & ipsius dominationis compotem præstat.

Scimus quòd plerunq; quando quis semel atq; iterum pollicetur, & promissa implere tardat, segniores sumus ad credendum ijs quæ iterum promittit, id quod in homine non iniuria locum habet. De Deo autem, qui res nostras maxima dispensat sapientia, si quæ semel promissa fuerint, etiamsi innumera intercedant ob *Dissimile.*

m stacu

C stacula, confidendum est ad magnitudinem potentiæ suæ respicientibus, firmandaque est ratio, & sciendum quòd omnia quæ ab illo sunt dicta, euenire modis omnibus oporteat. Nihil enim est quod morari queat eius promissiones, quoniam Deus est, cui omnia sunt possibilia: & idcirco quorsumcunque uult, res transfert: & ubi non sunt uiæ, inuenire scit uias, & desperatos in bonam spem adducit, quò excellentia potentissimæ suæ sapientiæ nobis manifestior fiat.

Sic & in Deo talis est affectus erga populum suum, qualis est parentum erga liberos. Sed ut in hominibus est humano more: Ita est in Deo diuino more, hoc est, longè præstantius & perfectius, quàm uerbis dici aut mente percipi potest: nā si rectè iudicare uoluerimus parentum affectus, etiam perfectissimi & absolutissimi, uix sunt umbræ, quod aiunt, somnium, ad affectum Dei erga populum suū.

Quemadmodum prolatum uerbum in Deo non est, sed uiuens & subsistens & factiuum omnium: Sic in Deo non est spiritus perfusus, non dissolutus aër, sed uirtus sanctificans, consubstantialis, subsistens.

Quemadmodum dij immortales inermes regunt, & ex illis rerum suarum ex edito tranquilloque tutela est: Ita sapiens officia sua, quamuis latissimè pateant, sine tumultu obit.

Si deorum cultores simulachra insensibilia excolunt, & quicquid preciosi habent in ea cōferunt, quibus nec uti possunt, nec gratias agere qui acceperint: Quāto iustius est & uerius uiuētia Dei simulachra excolere, ut promereare inuenire uiuentem: Quæ sicut usui habent quicquid acceperint, & gratias agunt: Ita Deus, in cuius conspectu bonum feceris, & probabit, & mercedem pietatis exoluet.

Diabolus dictus serpens, quia cùm latenter obrepit, cùm per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit, unde nomen serpentis accepit, ea est eius astutia,
D ea est circumueniendi hominis cæca & latebrosa fallacia, ut asserere uideatur noctem pro die, uenenum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristū sub uocabulo Christi, ut dum uerisimilia mentiūtur, ueritatem subtilitate frustrentur. Nam transfigurat se in angelum lucis.

Sicut diabolus qui odio & inuidia mouetur, ferre non potuit tot ineffabilia beneficia, quæ in hominem collata sunt, & inuidia ad deceptionem extimulatus est, quæ mortem induceret: Ita & Cain Deum erga fratrem suum uidens beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidium prosilijt.

Quemadmodum qui diademate & purpura circundatus est, non solùm nihil ex uestitu illo lucri, quod ad honorem suum faciat, acquiret, sed, etsi quem habet, dedecore suo magis uituperabilem reddit: Sic & fidelis, qui uitæ corruptæ est, nō solùm uenerandus non est, sed reliquis etiam ridiculus magis.

Quemadmodum dies candidus ac lucidus, & hyems plena conturbatione inter se multum distant: Ita etiam iracundi ac mansueti animæ.

Si dies in omnibus æqualiter nascitur, si sol super omnes æquali ac pari luce diffunditur: Quanto magis Christus sol & dies uerus in ecclesia sua lumen uitæ æternæ pari æqualitate largitur: Cuius æqualitatis sacramentum uidemus in Exodo esse celebratum, cùm de cœlo manna deflueret, & futurorum præfiguratione, alimentum panis cœlestis, cibum Christi uenientis ostenderet. Illic enim sine discrimine sexus uel ætatis, gomor à singulis æqualiter colligebatur. Vnde apparebat Christi indulgentiam & cœlestem gratiam postmodum secuturam, æqualiter omnibus diuidi, sine sexus uarietate, sine annorū discrimine, sine acceptione personæ, super omnem Dei populum spiritualis gratiam muneris infundi. Planè eadem gratia spiritualis, quæ æqualiter in baptismo à credentibus sumitur, in conuersatione atque actu nostro postmodum uel minuitur, uel augetur, ut in Euangelio semen æqualiter seminatur, sed pro uarietate terræ aliud absumitur, aliud in multi-

A multiformem copiam, uel tricesimi, uel quadragesimi, uel centesimi numeri, fructu exuberante cumulatur.

Quemadmodum diebus succedunt noctes, & æstates suscipiunt hyemes: Sic inanem gloriæ cupiditatem & uoluptatem suscipiunt dolores & tristitia, aut in præsenti, aut in futuro.

Noli mihi dignitates eorum, qui te purgant, curiose expendere, neq; ex maiorum prosapia iudica. Etenim alius alio melior uel humilior, ut te unusquisq; est sublimior. Cæterùm ita considera, sicut annuli duo, aureus hic, ferreus alius, uterq; eadem regia imagine sculptus, ceræ ambo imprimantur, quid inter signum hoc, & illud intererit? nihil. Discerne materiam in cera, etiam si sapientissimus existas. Dic quod nam ferri, quod ue sit auri signaculum. Sed quo pacto unum est? quia inter materiã, non characterem est diuersitas. Ita & ubi sit omnis baptizator, qui tametsi conditione excellat, æqualis tamen baptismatis uis est, ac unusquisq; tibi æqualis sit expurgator, qui fide eadem est formatus.

Vt enim diligere amicum, & benefacere benefactori, non est uera iustitia, seuerissimè tamen à quouis pio exigitur, & qui eam non præstat, etiam ipsis Ethnicis deterior est: Ita non occupare suo arbitrio supremum locum in conuiuijs, nõdum est uera pietas & humilitas, & tamen qui hanc morum ciuilitatem non obseruat, non in homines tantùm, uerùm sua quadam ratione etiam in Deum peccat.

Quomodo enim qui aliqua disciplina plenus est, qui perfectè eam habet, eruditè & subtiliter potest de ea proferre sermonem: Sic qui spiritum sanctum consummatè acceperunt, ita ut impleantur eo, cum fidutia uerbum Dei loquuntur, quia præsens spiritus sanctus dignam Deo uocem ministrat.

Discenda nobis magnopere est consonantia disciplinæ, quia tanquam in mu-
B sicis, si harmonia chordarum fuerit consonanter aptata, sonum suauem modulati carminis reddit: si uerò sit aliqua in fidibus dissonantia, ingratissimus sonus redditur, & carminis dulcedo corrumpitur: Ita & ij qui Deo militant, si dissensiones & discordias inter se habeant, ingrata omnia, & nihil acceptũ Deo uidebit, etiãsi multa bella conficiant, etiãsi spolia multa deferãt, & multa munera offerãt Deo.

Quomodo enim disciplinæ, & uirtutis assumptor, signaculum & figuram, ut ita dicam, in suum sensum recipit eius scientiæ quam assumpsit: Sic & is qui spiritus sancti particeps efficit, per cõmunionem eius fit spiritualis pariter & sanctus.

Omnes qui imbuendi sunt eminentioribus disciplinis, tandiu molestum ducunt rudimentorum laborem, donec quis sit & disciplinæ illius, ad quam introducuntur, finis & fructus, ignorant. Cùm uerò imbutos per ordinem perfectio consecuta fuerit disciplinæ, tunc delectabit rudimentorum pertulisse molestias. Sunt ergo & in sanctis ac diuinis rebus prima quædam rudimenta, quibus inducũtur ij, qui ad perfectionem beatitudinis tendunt.

Qui disciplinam bellicam uult assequi, quotidie exercitatur armis, & tanquam in procinctu positus præludit prælium, & uelut coràm posito prætẽdit hoste, atq; ad peritiam uiresq; iaculandi, uel suos explorat lacertos, uel aduersariorum declinat ictus, & uigilanti exit obtutu. Qui nauim in mari regere gubernaculis studet, uel remis ducere, prius in fluuio præludit. Qui canendi suauitatem, & uocis affectant præstantiam, prius sensum canendo uocem excitant. Et qui uiribus corporis legitimoq; luctandi certamine coronam petunt, quotidiano usu palæstræ durantes membra, nutrientes patientiam, laborem assuescunt. Necnon ipsa natura nos in paruulis docet, quòd prius sonos meditantur loquendi, ut loqui discant. Itaq; sonus exercitatio quædam & palæstra uocis est. Ita ergo qui uolunt discere cautionem loquendi, quod naturæ est non negent, quod custodiæ est exerceant, ut qui in specula sunt speculando intendant, non dormiendo. Omnis enim res

C propriis ac domesticis exercitiis augetur.

Quomodo est disertus etiam qui tacet, fortis etiam qui cõpressis manibus, uel etiam alligatis: gubernator etiam qui in sicco est, quia consummatæ scientiæ nihil deest, etiamsi quid obstat quò minus se utatur: Ita gratus est etiam qui uult tantùm, nec habet huius uoluntatis suæ ullum alium quàm se testem.

Itaque uelut solatium erit disputare super eo quod frui non datur, uice languentium, qui cùm uacent à sanitate, de bonis eius tacere non norunt: Ita miserrimus ego semper æger caloribus impatientiæ, quam non obtineo patientiæ sanitatem, & suspirem & inuocem & perorem necesse est, cùm recordor, & in meæ imbecillitatis contemplatione digero, bonam fidei ualetudinem, & dominicæ disciplinæ sanitatem, non facilè cuiquam nisi patientia assideat, prouenire.

De quibus autem disputandum & quatenus: de his solùm quæ humani ingenii acies pertingere potest, & quatenus conditio auditoris & facultas quiuerit asse qui: ne, ut intensior uox auribus, aut alimentum immodicum corpori, utque onera paulò grauiora subeuntibus, terræ denique crebriores pluuiæ nocent: Ita sanè & auditores quæstionibus altioribus, & quasi solidioribus degrauati depressique, damni aliquid accipiant.

Diues & pauper ulmo & uiti assimilantur, ulmus ex sese sterilis est, quemadmodum & diues: uitis uerò ferax, & sibi sustinendæ non sufficit: & pauperes sustentet oportet, ut ulmus non sit planè inutilis & excindatur.

Si diues aliquis secũdum seculum in multa affluentia positus, & hic subitò decidat, atque in egestatem ultimam redigatur, domo quoque pulsus & patria, insulis ac scopulis relegatus, squalentem atque infelicem in solitudine exigat uitam: tunc deinde recordatus patriæ ac parentum, nobilitatis, familiæ, bonorum substantiæ,
D diuitiarũ abundantiæ, ac totius illius uitæ, qua in deliciis uixerat, quibus iste planctibus, quibus mugitibus recordationem priscæ beatitudinis recolet, ut sit ei maior pœna recordari quæ perdidit, quàm pati quæ perferat: Ad huius exempli similitudinem intuere mihi etiam eum, qui uitam in sobrietate & castitate iustitiaque transegit, qui in actibus bene sibi conscius erat. Iste si decidat de patria sua, id est, de ecclesia, in insulam quandam, atque in horrentes scopulos, quę peccati sedes est, propellatur, & ex facultatibus ac diuitiis suis, quæ erant ei in omnibus operibus suis bonis, deuoluat, & uideat se in ultima paupertate positum: omnes enim eius iustitiæ quas fecit, non reminiscentur propter peccatum. Si se ergo in talibus uideat, quibus gemitibus, quibusque rugitibus proclamabit, dicens: Rugiebam à gemitu mei cordis. Domine in conspectu tuo omne desiderium meum, & gemitus meus. Omnia ergo ex quo deliqui, siue cõcupiui cõcupiscentiã secularẽ, siue quid aliud cõmisi, omnia ante te profero, & in orationibus meis in cõspectu tuo pono.

Quemadmodum diues peregrè profectus, si in hospitio applicuerit pauperis alicuius, quamuis non potest iubere in domo quod uult, quia hospes est, tamen magnam sibi fiduciam agendi aliquid uendicat, quia potens est: Sic & anima peregrina in hoc regno carnis ingressa, quamuis non omnia spiritualiter agere potest secundum se, quia extranea est in hoc mundo, tamen aliquid spirituale uendicat & in carne, quia nimium potens est. Et econtrario: Sicut peregrinus pauper nihil in hospitio diuitis potest, primò quia peregrinus & hospes est, deinde quia mendicus & pauper est: Sic & caro cùm in illud seculum resuscitata migrauerit, nihil omnino sibi poterit carnale defendere: primùm, quia extranea in illo seculo spiritua li: secundò, quia infirma est carnis natura.

Quemadmodum diuites sportulas mittunt egentibus, quò si quando & ipsi in egestatem inciderint, eadem ab aliis consequantur: Sic & nobis est faciendum cũ peccatoribus, cùm & iam proni simus ad casum.

A Acrius diuitibus quàm pauperibus inuidetur, & non inopes, sed locupletes inquietat infestatio sæua latronum. Plus duces & principes, quàm milites ab hostibus appetuntur in pugna: & uiolentius propulsantur uentis & turbinibus culmina quæcunque sunt altiora: Ita magis magisque quò plus cæteris unusquisque potest, sciat esse sibi metuendum, ne in aliquo minoretur.

Vt enim in hoc seculo diuitibus datur ut ditiores fiãt, & pauperibus sua, quantumuis parua, auferuntur: Ita in iudicio Dei, habentibus Christum per fidem, & fructus fidei, datur uera illa felicitas, quam hypocritæ sibi solis propter merita sua arrogabant: hi autem qui non habent Christum per fidem, ut destituentur uera felicitate, ita si quid donorum Dei possident, nullũ planè ex ipsis fructum capient, sed quicquid id est fructus, ad pios tantùm perueniet, id quod etiã publicis exemplis diuinitus in hoc seculo comprobatum est. Dauid habuit fidem & opera fidei: Saul autem hypocrita, nec fidem habuit, nec uera opera fidei. Quid ergo factum est? Dauidi habenti, datum est regnum, ut abundaret: à Saule autem non habenti, ablatum est regnum quod habebat. Mathias habuit fidem, & opera fidei: Iudas Iscariota nec fidem, nec uera fidei opera habuit. Habenti igitur Mathiæ datus est Apostolatus: à Iuda autem non habente, etiam id quòd habebat, ablatum est.

Quemadmodum unæ sunt diuitiæ sensibiles, iuxta autem possessionem multiplices: Sic una uirtus est, diuersimodas habens actiones, quibus perficitur.

Quòd si ubi studium est inutile, & diuitiæ nonnunquam magnam salutis animæ iacturam faciunt, tanta uigilantia res agitur, & præter hæc magna est illic formido, & instabilis opum possessio, non solùm quòd imminente morte, ipsæ hîc manentes, nullam eis qui illas collegêre, utilitatem conferunt: sed quòd manentibus hîc illis, magna seueritate cogentur, de ipsis alibi rationem reddere, quamuis B sæpe & ante mortem post multos labores & sudores, & ærumnas, quasi procella quadam ingruente negociorum difficultate, repentè qui plurimas possidebat diuitias, pauperrimis factus est pauperior, qualia singulis diebus uidere contigit: Atqui in spirituali negociatione nihil tale formidatum est unquam, stabilis enim & immota manet. Talibus enim bonis & hîc multum egemus, & alibi adiuuamur plurimùm.

Quemadmodum diuitiæ incautos perdere consueuerunt: Ita & principatus. Illæ nanque in auaritiam, hic in insaniam hominem impellit.

Quemadmodum diuitiæ difficile in regnum cœlorum introducunt, sæpe tamen id diuites plurimi ingressi sunt: Ita & nuptiæ, licet difficultates in se plurimũ habeant, ita tamen assumi possunt, ut perfectiori uitæ impedimento non sint.

Quemadmodum uera diuitiarum ostensio non in hoc tantùm est ut diues sit, sed quòd & alios diuites efficiat: & uitę, non solũ in eo quòd per se uiuat, sed quòd mortuos uiuificet: potentiæ, non ut ipse potens sit tãtùm, sed ut & infirmos potẽtes faciat: Ad eũ omnino modũ & iustitiæ declaratio, non in hoc est tantũ quòd iustus sit, sed quòd & alios, nimirũ qui in peccata inciderũt, cõfestim iustos reddat.

Discernis hoc rectum & iustum esse domine Deus, ut huius seculi noctis & tenebrarum, præstantiori desiderio, uirtute atque studio, diligant & quærant perituras diuitias, & fugitiuos honores, quàm nos serui tui diligamus te Deum nostrum per quem facti & redempti sumus. Si enim homo hominem tanta diligit dilectione, ut alter alterũ uix patiatur abesse: si spõsa sponso tanto conglutinat mentis ardore, ut præ magnitudine amoris, nulla perfrui ualeat requie, chari sui absentiam non sine magno mœrore ferens: Qua ergo dilectione, & quo studio, quo feruore anima, quam desponsasti tibi fide & miserationibus, debet diligere te uerum Deum, & pulcherrimum sponsum, qui nos sic amasti & saluasti, qui pro nobis tot & talia fecisti? Amor tuus suauis & quietus est. Nam pectora quę possides,

C dulcedine & suauitate & tranquillitate reples. Econtrà, amor seculi & carnis, anxius est & perturbatus: animas certè quas ingreditur, quietas esse nō patitur. Semper enim suspicionibus uarijsq; timoribus solicitat eas.

Habent multi diuitias, quas suis usibus negant, quibus si nulla cupiditas inhæsisset, nec cupiditatis insignia possiderent. At uerò quia cupiditate possessi sunt, perfruuntur animo quod usu non tangunt: Ita qui despexit uinculum nuptiarū, & aliter uinculis fœmineis obligatur, quamuis nullo concubitu misceatur, desiderio tamen, uisu, colloquio, coniunctione semper oblectatur.

Vt qui diuitias quærunt, ac se mari committunt, maximo interdum fœnore pecuniā sumunt: Sic etiā qui iræ indulgēt, maximis se calamitatū usuris inuoluūt.

Quemadmodū terrenas diuitias contemnimus, cùm alias speramus diuitias: Ita & huius uitæ gloriam, cùm longè maiorem & ueram gloriam coniectabimur, contemnemus. Hæc nanq; inanis & stulta est, & nomine tantùm non re, gloria: illa uerò cœlestis, uera, quæ non homines, sed angelos & archangelos, & angelorū dominum, imò & cum his etiam homines laudatores habet.

Quemadmodum qui optat diuitias alicui in hoc, ut illarum partem ipse ferat, quamuis pro illo uideatur optare, sibi prospicit: Sic qui optat amico aliquā necessitatem, quam adiutorio suo fideq; discutiat, quod est ingrati, se illi præfert, & tandi existimat illum miserum esse, ut ipse gratus sit, & ob hoc ipsum ingratus est.

Ociosi diuitijs luditis, nec prouidetis illarum periculum. Sicut barbari plerunque inclusi & ignari machinarum, segnes laborem obsidentium spectant, nec quò illa pertingant, quæ ex lōginquo instruunt: Idem nobis euenit. Marcetis in uestris rebus nec cogitatis quot casus undiq; immineat, iamiamq; preciosa spolia laturi.

Huberes exitus diuitijs, ueluti magno fluuio fructiferam terram per multos pertranseunti, præbete: Sic & ipsi per multas uias opibus ad pauperum domos aditum facite.

D Sicut in omnibus ecclesijs doceo, sentiens esse multas distinctione locorum ac personarum, unicam professione fidei, & Sacramentorum communione: Ita multa leguntur tabernacula Dei, quum reuera sit unicum tabernaculū uniuersos electos complectens, quoniam omnes in Christo sunt idem. Contrà impiorum, quoniam in religione ac fidei dogmatibus dissentiunt, nullum est commune tabernaculum, sed impij cum impijs sic dissentiunt, ut uarijs quidem modis ac nominibus, sed tamen pari impietate dissentiant à tabernaculo Dei.

Magnum quid est docere, uerū discere periculo caret; quur teipsum facis pastorem, quum sis ouis? Cur caput esse contendis, quum pes existas? Quur exercitū ducere quæris, quum inter milites adhuc censearis? Quur magnum, sed nequaquā tutum lucrum maris sectaris, quum sine periculo terram colere possis? Sanè si uir es secundum Christum, sensusq; habeas exercitatos, tibiq; lumen splendeat cognitionis, loquere sapientiam quæ profertur inter perfectos, necnon absconditam in mysterio, & illam quum tempus ceperis, & tibi cōcredita fuerit. Quid enim apud teipsum habes quod tibi datum non sit, aut quod nequaquam acceperis? Si uerò adhuc paruulus es, & humi reptans intellectu, nec sufficiens ut cum sublimioribus progrediaris, fias Corinthius, lacte alat: quur cibum quæris solidiorem, quem membra non concoquunt, aut nutrimentum faciunt per imbecillitatem? loquitor quidem, si quid melius habes quàm quòd taceatur, siquidem ordinem labijs ornare opus esse laudabile nosti: ubi uero silentium melius est sermone, ibi quietem dilige, decet enim quædam dicere, alia audire, nonnulla laudare, aliqua uerò amarulenter reijcere.

Omnes doctores, qui uident discipulos priorum lectionum memoriā animo bene tenere, operibusq; ipsis fructum aliquem afferre, maiori alacritate & sequentium

A tium scientiam concredunt: Et nos quoque quanto magis mentem uestram erigi, & desiderium crescere, rationemque alas assumere uidemus, tanto alacriores reddimur, ut uberiorem doctrinam proponamus.

Qui ad doctrinā rationalis & perfectæ prudentiæ præparanť, ab ipsis statim literarū elementis docendi sunt, ut perfectam ueramque rationem tanque ab exordio primæ institutionis cōsequantur. Sciens illud sanctus Paulus apostolus, eam solā ueram atque utilis doctrinæ esse prudentiā, quæ ab ętatis initijs atque ab infantiæ ipsius inchoareť exordijs, hęc ad Timotheū inter magna atque præclara fidei studijsque pręconia, in 2. epist. scribit: Tu uerò permane in his quę didicisti & credidisti, & sciēs à quibus didicisti, & quòd ab infantia sacras literas nosti, quę te possunt instruere in salútem. Hoc propter præsentem Psalmū ita dictū sit, in quo cū cognitio ueritatis ad eruditionē humanę ignorātię esset edenda, per ipsa elementorū initia doctrinę ordo est distributus. Hanc igiť extitisse causam existimo, ut per literas totius iste Psalmi ordo decurreret: ut sicut paruuli & imperiti, & ad legendū imbuendi, hæc primū per quę sibi uerba cōtexta sunt, literarum elementa cognoscerent: Ita & humana ignoratio ad mores, ad disciplinam, ad cognitionem Dei, per hunc singularum literarum octonarium numerum, ipsis ueluti infantulis doctrinæ initijs erudiretur: arduum enim & difficillimum est, hominem per seipsum ui, per seculique doctores rationem præceptorum cœlestium consequi, nec naturæ nostræ recipit infirmitas, diuinis institutis, nisi per eius gratiam, quæ hæc ipsi dederit, erudiri.

Vides quòd non in finem usque taciturí, neque irrationabilitatis condemnaturi eramus, dogmatibus tuis, sed liberam aliquando uocem emissuri, & tuæ stultitiæ redargutricem: siquidem impossibile est Nili cataractas fluuij impetū ab Aethiopia in Aegyptum ruentis compescere, aut Iliacum littus abscondi, etiamsi ad tem-
B pus nebula contegatur, aut Christianorum linguam impedire, quò minus res uestras notet infamia.

Hi quorum pedes dolor repetit, aut uino, aut balneo abstinent, in cætera negligentes, huic, à quo sępe infestantur occurrunt: Sic in animo nostro sunt quasi cauſariæ partes, quibus adhibenda curatio est.

Quemadmodum magnitudo doloris ex peccatorum consideratione cōcepta, impetrat Dei misericordiam ad relaxanda commissa, ac propositum in posterum abstinendi à commissis reddit firmius: Ita pudor ille retegendi pectus suum homini, bonā pœnæ partem adimit, hominemque cohibet, ne facilè relabatur in eadem: quemadmodum pueri uerberibus ac pudore docentur cauere, ne quod semel deliquerunt, repetant. Porrò maxima pars hominum infirma est & imbecillis, & ad peccandum prona. Pudor autem hic generosis animis adeò molestus est, ut multi sint qui mori malint quàm pudescere, nisi uel amarēt Deū uel metuerēt gehennā.

Cum dolore amputatur etiā quæ putruit pars corporis, & diu tractatur si potest sanari medicamentis: si non potest, tūc à medico bono abscinditur: Sic episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentia auferre ulcera, adurere aliqua, non abscindere, postremò quod sanari non potest cum dolore abscindere.

Ponamus esse aliquod domicilium, in quo cum corpore & spiritu uelut cum duobus consiliarijs habitet anima. Pro foribus uerò huius domicilij astare pietatem, omnesque cum ea uirtutes: ex alia uerò parte impietatem, omnesque luxuriarum ac libidinum formas expectare animæ nutum, quem ex duobus pro foribus obseruantibus introduci ad se desideret, quem repelli. Nōnne si spiritu obtemperās, & meliori usa consilio, pietatis & pudicitiæ ad se reuocauerit chorum, ille alius spiritus repudiatus discedet? Si uerò carnis usa consiliarijs, impietatis ad se & libidinis introduxerit turmam, omnis illa sanctitatis & pietatis corona, cui malorū animа concilium præposuit, ista cum indignatione recedet, & membrum Christi, &

C templum spiritus sancti relinquens, eam in desiderijs cordis sui permittet, ut ignominia & contumelijs afficiat corpus suum in semetipsa, quomodo commutauit ueritatem, & cætera.

Sicuti domina quædam terribilis satisq; seuera, uolens aliquod unguentum conficere necessarium & preciosum, pluribus indiget ministris, multasq; manus requirens, suscitat famulas suas, atq; ad semetipsam congregat, imperat alij tenere libram, ut æquis ponderibus unaquæq; species misceatur, ut neq; amplius aliquid, neq; minus quàm oportet, habeat, sciens non posse utile effici quod componit, nisi summa librationis mensura teneatur: alij terere iniungit quæ duriora sunt, & summo cum labore uigilare, ne quid durum inueniatur aut asperum: aliã discernere cum cribellis, quod tunditur iubet, ut crassiora quæq; pigmenta à minutis & mollioribus secernat ac segreget: aliam iubet miscere, & in unum cõspergere quæ ex diuersis præparata sunt: alij cum alabastro adstare præcipit, & aliud alij iniungitur: atq; hoc modo sensibus earum & animis ac manibus occupatis, & operi proposito affixis, non permittit sensus usquam euagari, intentionemq; operis propositi irrumpere, imminens iugiter & insistens, nec prorsus indulgens oculum saltem aspectumq; dispergi ministrantium famularum: Ita ergo & anima quæ preciosissimum unguentum istud, compunctionem dico cordis, componere ac seruare desiderat: omnes corporis sui sensus ad semetipsam congreget, segnitiemq; ipsorum ac negligentiam deturbãs, tota solicitudine uigilare, & in hoc tantùm quod proposuit, cogat intẽdere. Deniq; si quãdo acciderit, ut ad semetipsam conuersa deliberet agere aliquid eorum quæ placita sunt Deo, idq; prorsus profunda & intenta satis cogitatione pertractet, neq; dicentem sibi aliquid audit, sed ne occurrentes quidem & in oculis stantes uidet, non quia caruerit oculorum uisu, aut aurium auditu, sed quia in secretis agens anima & in diuinis operibus occupata, nuncios nõ recipit sensuum & corporalium ministrorũ. Et quid dico quòd in his posita anima clamantem non audiat, aut non uideant transeuntem, cùm sæpe etiam pulsantes se & trahentes omnino non sentiat? Per quod intelligi utique datur, hanc esse animæ uirtutem, ut si toto affectu desideria sua extendat ad cœlũ, degere se obliuiscatur in terris, atq; inter homines cõuersari, etiamsi trahat aliquis corpus, etiamsi propellat.

D

Quemadmodum dominus corpore descendit ad nos corporibus amictos: Ita spiritu descendit ad spiritus. Et quemadmodum hîc corpus uidebatur absorbuisse mors, iam in sepulchro conditum, nec tamen tenere potuit, sed belua reuomuit Ionam nostrum intra triduum, adeoq; non potuit quem absorbuerat, tenere, ut per unum corpus multa corpora coacta sit reuomere: Ita anima descendit in carcerem mortis infernum, unde non erat fas cuiquam redire, & adeò detineri non potuit, ut illinc ascendens, secum captiuam abduxerit captiuitatem. Nõ hoc erat humanæ uirtutis, sed misericordiæ diuinæ. Videtis quanta res sit timere dominum, per quam non timentur inferi. Christus itaq; iuxta susceptum hominem agit gratias Deo patri, cuius potentia debellasset regnum inferorum.

Si quis dominus habens in familia seruos, bonum ac malum, non utiq; aut ambos odit, aut ambos beneficijs, & honore prosequitur, quod si faciet, & iniquus & stultus est: sed bonum & alloquitur amicè, & ornat, & domui ac familiæ, suisq; rebus omnibus præficit, ut & hic exemplo cæteris sit ad non peccandũ, & ille ad promerẽdum, ut alios metus coërceat, alios honor prouocet. Qui ergo diligit, & odit: & q odit, diligit: sunt em̃ qui diligi debeat, sunt qui odio haberi. Et sicut is qui diligit, cõfert bona in eos quos diligit: Ita qui odit, irrogat mala ijs quos odio habet.

Sicut bonus dominus mali serui ministerio bonam facit eleemosynam: Ita & per aliũ, licet impœnitentẽ, misericors dominus aliũ reuocare uult ad pœnitẽtiam.

A Sicut liberalis dominus magnam & admirabilem quandam domum alicuius uſui donãs, nec recipere uult quod ſe decet, ſed paruulã aliquã partẽ accipit, ut dominij ius ſaluum ſibi maneat, ut ille interim ſciat quòd non ædificij dominus ſit, ſed gratia & miſericordia domini fruatur huius uſu: Sic utiq; & dominus noſter, cùm uiſibilia hæc omnia homini concederet, & præſtaret illi ut uerſaretur in paradiſo, & frueretur omnibus quæ in illo ſunt: ut ne paulatim diſtracta mente putet uiſibilia hæc per ſe eſſe, ſentiatq; aliquid ſupra ſe, iuſſit ab uno ligno abſtinere, magna definita pœna, ſi hoc trãſgrediatur, ut ſcire poſſit quòd dominum habeat, cuius beneuolentia & cæteris fruatur.

Sicut dominus famulum, qui plurima & grauia commiſit, manu comprehenſum & uinctum alloquitur: Quid tibi uis faciam nunc? ecce ueniſti ſub manus meas: Ita & dominus uidens Paulum correptum & proſtratum, ſupinumq; ac tremulũ præ timore, & nihil facere ualentẽ, dicit: Saule, Saule, quid me perſequeris?

Sicut dominus Deus noſter, qui ad eos quibus placent illius opera & uerba, decorem induit, ſed ad illos quibus diſplicent, fortitudinẽ: Sic oportet facere quẽlibet prædicatorem.

Sicut omnia quæ à domino facta ſunt, ſicut & ſermo teſtatur, & res ipſa indicat, ratione & ſapientia quadam facta ſunt, ſuum congruum opus perficientia: Ita & quæ à nobis fiunt, decet ne abſq; cauſa & fruſtrà fiant, ſed in utilitatem & lucrum noſtræ ſalutis.

Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate commonſtrãtur, inuiſiq; & deteſtabiles ſunt: Ita & regum iniuria latius patet infamia, atq; odium ſeculis tradiẽ.

Quemadmodũ modeſtos dominos ſubditi maximè tremũt, ita impudici quilibet & intemperantes, eos qui uirtute ſunt clari, ſcientes quibus ipſi exciderunt.

B Sicut eñ domus in uſum habitãdi facta per ſe nihil ſentit, dominoq; ſubiecta eſt, qui eam fecit, aut incolit: Ita mundus per ſe nihil ſentiẽs, factori Deo ſubiacet, qui eum in uſum ſui fecit.

Domus enim ædificatur non ad hoc ſolũ ut ſit domus, ſed ut ſuſcipiat & tueatur habitantem. Item nauis fabricatur non ad hoc ut nauis uideatur, ſed ut in ea poſſint homines nauigare. Vaſa autem fiunt, non ut uaſa ſint ſolũ, ſed ut capiant quæ ſunt uſui neceſſaria: Sic & mundum Deus ad uſum aliquem fecerit neceſſe eſt. Stoici autem cauſa hominum factum eſſe, & rectè.

Sicut domus quæ habet ualidum fundamentũ, ſi pars aliqua parietis uel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia poteſt fieri ut iterum reparetur: ſi autem fundamentũ eius caſum fuerit paſſum, tunc eſt ruina eius magna, quia tota uenit deorſum: Sic & Chriſtianus ſi aut fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidium fecerit, cecidit quidem, tamen ruina eius magna non eſt, quia iterum pœnitentia ſurgere poteſt, ſicut Dauid. Si autẽ de fundamento fidei aliquid paſſus, id eſt, ſi præuaricatus fuerit, & ad Gentiles aut hæreticos trãſierit, tunc eſt ruina eius magna, quia totus funditus ruit.

Sicut qui una uice lapſum magnæ domus ſuſcipit, & ruinam: Ita & Chriſtus poſt magna & multiplicia paſſionis ſuę põdera, unũ reſurrectionis ſuæ ſuppoſuit fulcimentum, ut apoſtolorũ fidem, iamq; lapſuram ſuſciperet, & ad æternam dirigeret firmitatem.

Sicut in ſtructura domus nõ omnes lapides eundẽ habent locũ, ſed hic quidẽ in angulum eſt accommodus, ad fundamenta non item: ille contrà, ad fundamenta commodus eſt, non item ad angulum: Itidem ſanè eſt in corpore, quod eſt eccleſia. Quin & in noſtra carne licet idem cernere, attamen aliud membrum ab alio toleratur, nec ab omnibus omnia requirimus.

Sicut in domo, quando is qui præeſt, in indignationem domini incidit, ueriſi-

C mile est cooperarios ei condolere: Ita & in diluuio, quasi in domo hominibus pereuntibus, omnia quæ in domo, & quæ sub illius sunt dominio, necesse est eãdem pœnam incidant.

Si in domo sua quempiam de familia dominus corripiat, & peccata eius exponat, alius qui nuper emptus est seruus, uidens patrisfamiliæ disciplinam quæ culpet, quæ ue collaudet, instruit̃ ad nõ facienda ea quæ priores fecere cõserui, & ad hoc omni labore festinat, ut ea faciat, per quę alij honorẽ & libertatẽ à domino promeruerunt: Ita & nos audientes, in quibus culpet Deus siue Hierusalem, siue uniuersam Iudæam, siue unamquamlibet ex tribubus specialiter delinquentem, non parum utilitatis accipimus, ne & in hæc corruamus, in quæ cæteri corruerunt.

Quemadmodum in domo uetere, carieq; consumpta, nemo fulcra supponit, neq; antiquis structuris connectit, uerùm à fundamentis euersam, domum illam de nouo erigere atq; renouare contendit: Ita & ipse Deus fecit in nobis. Non ille superædificauit nos, sed prius euertit, quod pessimè steterat.

Quemadmodũ in domo, nisi fuerint subscudes & consueta, ut dicuntur, uincula, & in corpore nisi fuerint colligationes, nulla est reliquorum cõmoditas: Hũc ad modum charitas omnia continet, perfectionem facientia, citraq; hanc nemo est perfectus, ac etiamsi omnia uideatur habere, imperfectus est.

Sicut in domo stante milite semper armato, non latro, non fur, non alius quis talia mala patrantium apparere propius audebit: Sic & metu animas nostras detinente, illiberalium nulla perturbationum facilè nobis subrepit, sed omnes fugiunt & pelluntur, timoris imperio undiq; exactæ.

Si hi aliqui in una domo habitarent, quam certissimè sciremus ruituram, nobisq; id prænunciantibus nollent credere, atq; in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere, uel inuitos, quibus imminentem illam ruinam postea demõ-
D strare mus, ut redire ulterius sub eius periculum non auderent, puto nisi faceremus, non immeritò crudeles dijudicaremur, & cætera. Quid igitur de opere misericordiæ, pro uita æterna, pœna æterna uitanda, hominibus debemus impendere iudicandum est, si pro salute ista non solùm temporali, sed etiam breui, &, cùm ipsum tempus exiguum, liberanda, sic hominibus subuenire nos ratio uera & benigna compellit?

Quis est enim uel tam ineptus, uel tam ociosus, ut aggrediatur facere aliquid frustrà, ex quo nullam utilitatem, nullum commodum speret? Qui domum ædificat, non idcirco ædificat, ut tantummodo domus sit, sed ut in ea possit habitari. Qui nauim fabricat, non ideo assumit operam, ut tantùm nauis appareat, sed ut in ea nauigetur. Item qui uas aliquod instruit aut format, non propterea id facit, ut tantùm fecisse uideatur, sed ut uas illud effectum capiat aliquid necessarium: Similiter cætera, quæcunq; fiunt, non utiq; in superuacuum, sed ad usus aliquot laborantur. Mundus igitur à Deo factus est, non utiq; propter ipsum mundum. Neq; enim aut calore solis aut lumine, aut aspiratione uentorum, aut humore imbrium, aut alimonia frugum, cùm sensu careat, indiget.

Si quis habeat rem, domum, familiam, seruiq; eius contemnentes patientiam domini, omnia inuaserint, ipsi bonis eius fruantur, ipsos familia eius honoret, dominus autem contemnatur ab omnibus, derideatur, relinquatur: utrum'ne sapiens esse possit, qui contumelias non uindicet, suisq; rebus eos perfrui patiatur, in quos habeat potestatem? Quę tanta in quoquam potest patientia reperiri? si tamẽ patientia nominanda est & non stupor quidem insensibilis: sed facilè est ferre cõtemptum. Quid si fiant illa, quæ à Cicerone dicuntur? Etenim quære si quis pater familiàs liberis suis à seruo interfectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de seruo nunquam acerrimum sumpserit, utrum is demens ac misericors, an inhu-

manus

A manus & crudelissimus esse uideatur? Quòd si eiusmodi facinoribus ignoscere crudelitatis est potius quàm pietatis, non est ergo uirtutis in Deo, ad ea quæ iniustè fiunt non commoueri. Nam mūdus tanquam Dei domus est, & homines tantùm serui, quibus si ludibrio sit nomen eius, qualis aut quanta patientia est, ut honoribus suis cedat, praua & iniqua fieri uideat, & non indignetur? quod propriū & naturale est ei, cui peccata non placent.

An non absurdū est nos domū ueterem, ruinā minitantem fulcire, pecunias impendentes, fabros accersentes, denique nihil non facientes: Domum autem Dei (nam Dei domus esse debet adolescētis anima) ne uulgari quidem dignari cura?

Si quis nuper emptus domum emptoris & domini fuerit ingressus, sciscitatur ab aliquo conseruo, si quis de prioribus seruis offenderit dominum, quid promeruerit: & si uoluerit in domo domini perseuerare, cauet ea facere quę eos fecisse audiuit, qui uerberibus & tormentis & relegatione digni extiterunt. Deinde diligentissimè inquirens quid fecerunt illi qui libertatem à domino meruerunt, omni labore nititur, ut ea faciat quæ eos fecisse cognouit. Et nos itaque qui non eramus serui domini, sed idolorum & dæmonum, & postea ex gentibus congregati credidimus in Christum, legamus scripturas, uideamus quis iustificatus sit, quis offenderit Deum, & cum omni obseruatione nitamur ea facere, quæ iustos legimus fecisse, & caueamus in hæc incidere, in quæ inciderunt hi qui traditi sunt captiuitati, & eiecti de hæreditate Dei.

Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi & ignorauerant lucem. In erroris sui tenebris uiuens unusquisque hæreticus, atque in doctrinæ prauitate consistens, non dulci & suaui sermone Euangelij, qui sicut imber placidus, & ros cum silentio in animas descendit, sed aspero potius & ad uulnerandum nimiū

B præacuto domos perfodit animorum. Hoc enim uelut in die condixerunt sibi hæretici, ut omnes mortiferis iaculis doctrinæ noxiæ perforarent, quando in ecclesia adhuc, hoc est, in die ueritatis positi, hęreses facere cōdixerunt, quia etsi diuersę diuerso tēpore erāt sensib. uno tamē discordiæ spiritu schismata facere moliunt.

Sicut nos aperimus & claudimus domos: Ita & dominus in natura operatur, & suo præcepto clausit, & iterum quando uult, aperit, & iubet naturam quod suum est operari.

Si ea quæ in regijs fiunt domibus, cognoscere exoptamus, ut, exempli gratia, quid dixerit, fecerit, consuluerit super subditis suis rex, & sæpe quæ nihil ad nos attinent: Quanto magis quæ à Deo dicuntur, audiendi flagramus desiderio, tum maximè cùm ea scire nostra plurimùm intersit?

Non uidetis in domibus ignem reconditum, & non passim sparsum, neque in fœno, neque in uestibus, etiam flante uento non accendi? sed licet ministra lucernā habeat, etiamsi coquus accendat, denunciatur ne iuxta uentū, neque iuxta tabulam, neque in nocte hoc faciat, sed quando ingruit nox, sopimus illum, timentes ne fortè dormientibus nobis, quum nullus sit qui iuuet, accēdatur, & omnes exurat. Hoc etiam in ira fit. Ne omnino dispergantur nostræ rationes, sed in profundo mentis seruentur, ut neque uentus à uerbis aduersarij facilè pertingat, sed à nobis suscipiatur uentus, scientibus congruè illum tutò mouere. Si deforis uentum accipiat, nescit modum. Sæpe etiam dormientibus nobis uentus ille incidit, & omnia quiescere facit. Si igitur sic, ut nobis solū lucem accendat: accendit enim lucem ira, quando decenter fit. Et faces habeamus alias contra eos qui iniustè lędunt, contraque diabolum, ne omnino iaceat, neque abijciatur scintilla. In cogitationibus humilibus sopiamus illum, non semper illo opus habemus, sed quando operari quid oportet, & mollire, quando obstinationem domare opus fuerit, quādo condemnanda est anima: quanta mala fecerunt ira & furor?

C Qui dormientes sitiunt, auidè fauces fluminibus ingurgitant, & quanto plus hauserint, tanto plus sitiunt: Ita mihi & tu uideris aduersus quæstiunculam, quam proposui, hinc atque hinc argumenta quæsisse, & nihilominus in eadem quæstionũ siti perseuerare.

Et sicut nemo est qui dormire semper uelit, omniq; sano iudicio uigilare præstat: differt tamen plerunq; homo somnium excutere, cùm grauis torpor in membris est, eumq; iam displicentem carpit libentius, quamuis surgendi tempus aduenerit: Ita certum habebam esse melius tuæ charitati me dedere, quàm meæ cupiditati cedere. Sed illud placebat & uincebat, hoc libebat & uinciebat. Non enim erat quod tibi responderem, dicenti mihi: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, & undiq; ostendenti uera te dicere, non erat omnino quid responderem ueritate cõuictus, nisi tantùm uerba lenta & somnolenta, Modo, ecce modo, sine paululum: sed modo & modo non habebat modum, & sine paululum in longum ibat.

Drachmæ autem exemplum hominibus peccatoribus aptissimè conuenit: in drachmis enim aut alijs nomismatis, principum imagines cudi solent: Sic & nos homines, qui sumus moneta Dei, signati fuimus similitudine & imagine domini Dei principis nostri. Faciamus, inquit, hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã. Vide aũt mihi quid factũ sit: Nos propter peccatum non tantũ amisimus magna ex parte imaginem Dei, & facti sumus imago Satanæ, uerumetiam argentũ monetæ nostræ mutatum est in scoriam, hoc est, quicquid uirtutum post peccatũ nobis relictum est, nullum propè usum ad consequendam ueram salutem habet, adeoq; non nostra solùm in peius mutata sunt, sed etiam nosipsi planè toti perijmus. Tanta autem est dementia Dei; ut quemadmodum materfamiliás quærit ac
D censo lumine drachmam suam, quã perdiderat: Ita & dominus Deus noster quærit suo quoq; lumine accenso, monetam quæ peccato perierat: lumen enim Dei, est uerbum Dei, seu Euangelium de Iesu Christo domino nostro.

Quemadmodum te & in dubijs & in aduersis, & in lætis sapienter geris, & dubia prudenter tractas, aduersa fortiter, læta moderatè: Ita in omnia utilem te amico exhibere potes, aduersa eius si nec deserueris, nec optaueris.

Errat si quis cœlestem dulcedinem spiritus huic cineri, diuinum balsamũ huic ueneno, charismata illa spiritus misceri posse huiusmodi illecebris arbitratur, ueritatem uanitati, lucem tenebris, spiritum carni, ignem tepiditati. Eijce ancillam & filium eius.

Quemadmodum si dux quidam exercitus belli ingrauescente bello sese subduceret, quid quæso aliud faceret, quàm quòd milites hostibus traderet, nõ quòd ipse illos in stragem impelleret, sed quòd eos suo priuaret auxilio: Ad eũ sanè modum & Deus eos qui, quod ab ipso offerebatur auxilium, amplecti non sustinentes, priores resilierunt, reliquit, probè quæ sui erant officij exequutus omnia, unde adiuuari poterant.

Sicut dux contra tyrannum deputatus ad bellum, mox ut signum expeditionis & profectionis acceperit, festinat exire, sciens quia tarditas eius perditio est prouinciæ. Nam tyrannus sciens aduersus se principem deputatũ, etsi lenius actus fuerat, crudelius agit: Sic & Christus, ex quo baptismatis signum accepit, festinabat accipere spiritum sanctum, quasi arma cœlestia, & exire, sciens quia tarditas eius interitus erat mundi. Nam diabolus audito quòd filius Dei descenderat in hunc mundum, aduersus ipsum uehementius festinabat omnium hominum corda in peccatis & infidelitate concludere, putans se tantum posse perdere, quantũ non posset Christus saluare.

Quod duces magnifaciunt rebus afflictis, ut hilaritatem de industria simulẽt,

A & aduersas res adumbrata lætitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem uiderint, & ipsi collabantur: Id nunc tibi quoq; faciendum est, indue dissimilem animo tuo uultũ, & si potes, proijce omnẽ ex toto dolorem: sin minus, introrsus abde & cõtine ne appareat, & da operam ut fratres tui te imitentur, qui honestum putabunt quodcunq; facientem uiderint, animumq; ex uultu tuo sument, & solatium debes esse, & consolator illorum.

E.



NON ex ebore tantũ Phidias sciebat facere simulachra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc uiliorem materiam obtulisses, fecisset quale ex illa optimũ fieri posset: Sic sapiens uirtutem, si licebit, in diuitijs explicabit, si minus in paupertate: si poterit in patria, si minus in exilio: si poterit imperator, si minus miles: si poterit integer, si minus debilis: quamcunque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.

Qui ebrius est, ignorat quanta sit putris uini abominatio, probè uerò nouit quisquis ebrius non fuerit: Ita etiam habet ratio peccatorum. Cœnum quippe pro brumq; illorum qui sobriè uiuit, bene nouit: qui uerò malitiæ seipsum tradidit, nõ secus quàm solet qui per ebrietatem profundè sopitus est, etiam hoc ipsum ignorat quòd morbidus est. Atq; hoc maximè in hac malitia durũ est ac graue, ut uidere etiam non permittat eos quos ceperit, quæ sit propriæ perniciei magnitudo, sed efficiat, ut tametsi in cœno uoluantur, optimis tamen se frui putent unguentis. Atq; ideo neq; liberari possunt, quia uermibus cũ scateant, non aliter gloriantur, quàm si tot essent lapidibus conspicui.

Sicut ebrius, quando multum uini ingurgitat, nullum sentit à uino damnum: postea autem sentit quantum sit damnum: Ita & peccatum donec consummetur,
B obtenebrat mentem, & quasi densa nubes, ita mentem corrumpit: deinde conscientia insurgit, & quouis accusatore mentem grauius arrodit, monstrans absurditatem facti.

Ebrius quisq; quod patitur, nescit: qui uerò absynthio inebriatur, & hic quod sumpsit, amarum est, & tamen nõ intelligit eandem amaritudinem qua repletur: Ita omnis peccator per uoluptates spontaneis tribulationibus traditus, absynthio est ebrius, quia amara sunt quæ pro uitæ huius amore tolerat, & tamen eandem amaritudinem, cæcitate cupiditatis, quasi sensibilitate ebrietatis ignorat, amarum omne quod bibit, & discernere nequit quod amarũ est, quia ebrius absynthio est.

Nihil enim grauius, quàm si id quod ignorat quis, scire se credat, & defendat uerum esse quod falsum est, quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen & ipse putet, & dici à cæteris uelit: Ita sunt ergo & hi qui ignorãtes quod uerum est, speciem tamen alicuius scientiæ tenent, & mali quasi bona gerunt, atq; ad perniciem quasi ad salutẽ festinant.

Sicut ebrij quanto magis mero se distendunt, tanto magis flagrant siti, & caminum succendunt minus tolerabilem: Ita nimirum & isti qui sese tyrannidi auaritiæ subiecerunt, nullum concupiscentiæ finem sciunt: sed quanto plura affluunt, tanto magis flamma crescit, & caminus ardet ualidius.

Velut ebrijs occasio sitiendi est uini copia & augmentum: Sic & qui repentè ditatus est, plura possidens, plura concupiscit, & dum perpetuò cumulũ auget, morbum perpetuò nutrit. Studium nanq; habendi, contrarios eorum uoluntati agit effectus. Non enim tantùm eos ob iam parta non exhilarat, uerùm ob ea quæ deesse uident cupiditati, potius angit. Ex quo animo curis cõtinuis premũtur, dum alios superare contendunt. Oportet illos gaudere, & gratos esse quòd tam multis sunt opulentiores, illi uerò mœrent ac lugent, quòd ab uno & altero opulentioribus uincuntur. Vbi ditiorem aliquem adæquarunt, mox & alterũ à quo superan-

C tur, adæquare student. Et ubi istum quoq; transierunt, erga alium ultra adæquandum rapiuntur. Quemadmodum qui scalas uel gradus ascendentes ad ulteriora progressuri, continuò ad gradum sequentem uestigium attollunt, nec prius quiescant quàm summam attingant: Sic & hi à rerum cupiditate non prius cessant, quàm in altum sublati sese à ruina firmos ac securos reddant. Conditor omnium Deus Seleucidem auem insatiabilem, ad hominum tamen beneficium constituit. Tu uerò te spõte insatiabilem animo reddens, multis profectò damnum facis: nam quęcunq; oculis aspicit auarus, hæc concupiscit. Nec expletur oculus uidendo, neque auarus accipiendo satiatur.

Ebriosi peiores animalibus: cùm enim illa amplius quàm eis opus est, bibere nolunt, isti & duplum & triplum, quàm eis expedit, potum accipiunt.

Vera ebrietas uoluntarius est dæmon, & grauius quàm dæmon mentem obtenebrat, & captum omnium beneuolentia destituit. Sæpe enim dęmoniacum cùm uidemus, misericordia mouemur & condolemus, magnamq; erga illum beneuolentiam declaramus. Cõtrà autem facimus apud ebrios, indignamur enim, importuni sumus, innumera imprecamur. Quare & quæ causa est? quia ille qui à dæmone agitatur, inuolũtarius operatur, etiamsi recalcitret, etiamsi rumpat uestem, & obscœna quæpiam loquatur, uenia dignus est. At qui ebrius est, quicquid fecerit, non est uenia dignus: & ualde incusant illum familiares, amici & uicini, & in summa omnes: quia sponte & uoluntariò in hoc transijt, & ebrietatis tyrannidi seipsum dedidit.

Ebrietas est quasi puteus inferni: quoscunq; susceperit, iam si digna subuenerit pœnitentia, & emendatio subsecuta, ita fortiter sibi uendicat, ut eosdem ipsos de inferni tenebroso puteo, ad charitatis uel sobrietatis lucem redire non permit-
D tit sine pœnitentia.

Sicut ebrietatis cũ aliquis uitio obsessus est, difficile omnino credit esse quempiam hominum, qui neq; aquam gustauerit unquam, cùm certè plurimi id apud nos Monachi fecerint. Et sicut ille, qui cum mille meretricibus uoluptatur, uirginẽ quenquam permanere posse desperat, & ut alienorũ raptor, etiam propria quenquam facilè contemnere posse non annuit: Ita & qui mille curarum languoribus contabescunt, nõ facilè accipiunt hãc, quæ à saluatore precipiũ in alijs esse, uirtutẽ.

Sicut ij quos nimia ebrietate confusos ad præcipitium casus aliquis attulerit, cæca quadam caligine deferuntur, nec pedis tentatione suo gressui prospiciunt, potus nimietate turbati: Sic & ij qui peccatorum mole opprimuntur, improuisa cupiditate, propria præcipitantur insania.

Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis radij multi, sed lumen unum: & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum. Et cùm de fonte uno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen seruatur in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fructus germinare nõ poterit. A fonte præcide riuum, præcisus arescet: Sic & ecclesia domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit, unũ tamen lumen est, quod ubiq; diffunditur, nec unitas corporis separatur, ramos suos in uniuersam copia ubertatis extẽdit, profluentes largiter riuos latius expandit, unũ tamen caput est & origo, & una mater fœcunditatis successibus copiosa. Illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica. Vnam domũ nouit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos Deo seruat, hæc filios regno, quos generauit, assignat.

Vt in acie militari, bona ordinis collocatio phalangem firmam efficit: Sic & in eccle-

A ecclesia, quando bonus ordo charitatis fuerit omnia constituentis, si sectæ absint, fit robur & sodalitas ac firmamentum.

Qui ergo relinquunt præconium ecclesię, imperitiam sanctorum presbyterorum arguunt, non contemplantes quanto pluris sit idiota religiosus à blasphemo & impudente Sophista. Tales sunt autem omnes hæretici, & qui se plus aliquid præter ueritatem inuenire putant, sequentes ea quæ prælecta sunt uarie & multiformiter, & imbecille facientes iter, de ijsdem non semper easdem sententias habentes, uelut cæci à cæcis circunducuntur, iuste cadent in sublatentem foueā, semper quærentes, & nunquam uerum inuenientes.

Est unitas ecclesiæ quæ late patet in Sacramentorum omnium societate & cōmunione, quæ complectitur cum granis etiam paleas, quando eas corporaliter mixtas ita patitur, ut neq; illas iuste utent, neq; ab illis iusti utent̄: Sic sunt in ecclesia homines mali, ut in corpore humano humores mali, qui interdū exeūt ex corpore.

Hoc subuertit ecclesias, quòd & uos non quæritis audire sermonem, qui compungere possit, sed qui oblectet, & tinnulo strepitu, & uerborum compositione, quasi citharœdos & cantores audientes: & nos frigide & misere facimus, nostras affectiones sequentes, quas eijcere oportebat. Et idem fit ac si pater uidens puerū, quem supra modum tenere amat, ęgrotum, illi frigida & quæcunq; oblectant, porrigat: quæ autem utilia, minime curet. Deinde quando obiurgatur à medicis, rationem reddat, dicens: Quid patior, uidens flentem puerum? ferre nequeo. Miser & ærumnose ac proditor: neq; enim talem patrem dixerimus. Et quanto satius fuerit paruo tempore tristitia affectum, perfectæ sanitati restitui, quàm temporariam illam gratiam perpetuæ tristitiæ causam fieri? Hoc etiam nobis accidit. Flosculos uerborum & compositionem, & harmoniam curiosius sectamur, ut canamus, nō

B ut prosimus: ut simus in admiratione, non ut doceamus: ut oblectemus, nō ut cōpungamus: ut plausu & laudibus obtentis abeamus, non ut mores cōponamus.

Quemadmodum ex edacitate nascitur ignea inflatio, ex inflatione gignitur febris, deinde ex febri plerunq; mors: Itidem & hic (2. Paral. 26.) ex actionū eminentia nata est superbia. Nam quod in corporibus est inflatio, hoc in animis est superbia: mox ex superbia nata est appetentia rerum ipsi non congruentium.

Neque quales sunt eduliorum sensibilium, tales sunt spiritualium reliquię. Ita enim licet uariæ sint, non tamen parem uoluptatem conuiuatoribus pręstāt: nam si in diem posterum fuerint reseruatæ, inutiles fiunt omnes. Istæ uero non solùm si in unum & alterum diem, sed & quantouis tempore relictæ fuerint, eandem seruant uoluptatem: diuinæ enim sunt & spirituales, neq; ullum eis à tempore nocumentum imminet, sed quotidie nouum uigorem afferunt, & eos qui illis frui uolunt, multa implent lætitia.

Eleemosyna semini comparatur, ut cum gaudio & multa alacritate eam operemur. Nam si ij qui semina terræ concredunt, & unica & intus reposita spargentes, ita negociantur, & spe bona fouentur, & nunc manipulos imaginantur ac plenas areas: Multo magis quibus datum est semen hoc spirituale seminare, gaudere & exultare cōuenit, quòd messuri sint in cœlo hoc quod in terra serunt: & nummos expendunt, peccatorum autem remissionem accipiunt, & fiduciæ materiam inueniunt, conciliantes sibi per ea quæ hîc dant, perpetuam quietem, & cum sanctis conuersationem.

Non graueris omnia emendationis genera percurrere: imitandi sunt enim boni medici, qui non uno curationis modo utuntur, sed quum uiderint remedijs nō esse depressum morbum, alia atq; alia rursus excogitant: & aliquando quidem ligantes membra, doloribus dolores excutiunt, aliquando uerò incidunt: Ita multis uarijsq; medendi generibus tandem corpus ad sanitatem reducunt. Quare pariter

C riter etiã tu animarũ medicus factus, omni curationis modo secundũ leges Christi utaris, ut & operum tuorum & aliorũ salutis mercedem accipias. Nam qui hæc in gloriam Dei facit, ipse quoq; gloriam consequetur.

Quemadmodum uiuam energiam, nempe fidem, cordi indere nemo potest nisi solus Deus: Ita & malitiam seu incredulitatem cordis nemo à se depellere potest, nisi per gratiam & spiritum Dei.

Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, sed etiam atq; etiã uideat, quale sit quod optat, & quàm ipse congruat functioni quam ambit, expendat. Si quis ambiat asscribi in militiam cui non sit telum, protinus audit: Quid in bello facies inermis? Neq; minus ridiculum fuerit, si quis cum balista ueniat, neq; tendendi, neq; iaculandi gnarus. Neque quisquam sic insanit, ut ornatu musico prodeat in theatrum, aut non habens citharam, aut si habeat gemmis distinctam, auro ornatam, fides pulsare nesciat. Quid huic superest, nisi ut quo maiorem de se concitauit expectationem, hoc turpius exibiletur? At multo iustius qui ambit episcopi functionem, ineptus ad prædicandum Dei uerbum, audiat: Quid hîc facis absq; cithara & diuinę musices imperitus? Oportet enim episcopum nihil magis esse quã bonum citharœdum, bonum psalten, bonum tympanisten, & bonum cymbalisten, semper aliquid occinentem, obmodulantem, obstrepentem atq; obtinnientem ouibus Christi. Sed organis angelicis utendum est, ne quid terrenum resonet tua musica. Labia, inquit Malachias, sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituũ est. Vt falsus est nuncius (nam id sonat Græcis angelus) qui aliud nunciat quàm mandatum est: Ita falsus est citharœdus, qui canit canticum quod non composuit noster Dauid: sunt enim prophetæ qui uaticinantur, non quod suggessit Christi spiritus, sed quod insibilauit

D spiritus ille mendax & mendacij pater atq; princeps. Tales citharœdi sunt, qui scripturam detorquent ad suos affectus, eamq; seruire cogunt, quam decebat esse omnium dominam, totiusq; uitæ nostræ magistram. Neq; minus detestandi sunt citharœdi, qui Dauidicas cantiones alijs modis personãt quàm oportet, quiq; nothas ac peregrinas cantilenas inuehunt in templum domini.

Episcopus sacer templum consecrans, pueros confirmans, non cõsecratur ijs ipsis temporibus in episcopum, imò nisi antè esset consecratus episcopus, nullum istorum quicquam ualeret, essentq; puerilia, stulta & ludicra: Ita Christianus per fidem suam consecratus, bona facit opera, sed non per hæc magis sacer aut Christianus efficitur: hoc enim solius fidei est, imò nisi antè crederent, nihil prorsus ualerent omnia opera, essentq; iure impia & damnabilia peccata.

Suaues epulę cùm sumuntur, sed fœtidæ cùm digeruntur. Bona multa in hoc seculo dum uiuimus, æstimãtur, quia usui nobis sunt, ut pecunia, honor, aurum, argentum, possessiones: eadem nihil possunt prodesse defunctis, hæc omnia relinquuntur. Quinetiam maiori dolore quis moritur, cùm his se fraudari copijs ingemiscit. Non est ergo iocunditas uera, nisi illa quæ secundum uerbum Dei est.

Quidni dulce eruam ac salutare epulũ spiritus, de sterili & insipida litera, tanquam granum de palea, de testa nucleum, de osse medullam? Nihil mihi & literæ huic, quę gustata carnem sapit, glutita mortẽ affert. Sed enim quod in ea tectũ est, de spiritu sancto est: spiritus aũt loquitur mysteria. Sed Israël pro uelato mysterio ipsum mysterij uelamen tenet. Quare, nisi quia adhuc uelamẽ positũ est super cor eius? Ita quod sonat litera, illius est: quod designat, meũ est, ac per hoc illi ministratio mortis in litera, mihi uita in spiritu. Nã spiritus est qui uiuificat, dat quippe intellectũ. An nõ uita intellectus? Intellectũ da mihi, & uiuam, ait Propheta. Intellectus nõ remanet extrà, nõ hæret in superficie, nõ instar cæci palpat forinseca, sed profunda rimatur, preciosissimas solitus exinde ueritatis exuuias tota auiditate diripere,

A ripere, ac tollere sibi. Laetabor ego, ait Propheta, super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

Quemadmodum in epulo nidoris pleno, in quo permultum uini miscetur, estque tibiarum, fistularum, saltationumque strepitus multus, atque odoramentorum magna uis, is constantissimus sit, qui sese colligens ac contrahens, ab illis omnibus auocet sensum, seque & sobrium & temperatum praestet: Ita etiam uarie obstrepentibus sensibus, magni negotij est inuenire mentem frugi, quae adeò ab his sese explicet, ut sua ipsa spectacula possit intueri. Vt interdum formosum corpus, ne conspici possit, multis acuarijs inuolucris obtegitur, cuius amator ut expleatur aspectu, ea opus habet amouere: Sic etiam necesse est, amictum hunc qui tibi oculos impedit, ratione auertere.

Quemadmodum equus praecipitium aliquod praeruptumque cliuum transiturus se colligit, quasi hunc uno saltu exuperaturus foret: uerùm profundum despiciens hiatum subiacere, obstupescit metu contrahiturque: deinde quum sentit equitem uehementius urgere, rursum aggreditur, idemque quod antea perfert, necessitatem & uim indicans, subsistit aliquandiu, hinnitu mussitans super oram foueae, resumpto tandem animo se ultrò fidenter adigit: Sic & beatus Paulus ueluti se daturus in praeceps, in laudum suarum recitationem, semel atque iterum ac tertio, & subinde saepius recedit.

Quemadmodum bonus equus, & quanto ex natura uelocior & feruentior, tanto melior, & tamen auriga & gubernatore opus habet, utpote expers rationis, qui ubi ascensorem senserit, ipse quidem suo conatur uti ingenio: si uerò auriga competenter iumentum moderabitur, illo ad suum commodum utetur, & scopo praefixo potietur, & ipse seruabitur, & optimus apparebit iumenti usus: si uerò

B male ducet, pullum maxime, & pullus plerunque à uia publica ad auia declinabit, & in praeceps aliquando simul cum ipso insessore auferetur, & per aurigae negligentiam & ignauiam uterque in periculum rapietur: Tale quid & de anima & corpore intellige: nam corpus quidem naturales motûs accepit, nõ absurdos ac prauos, sed omnino ad aliquid bonos & utiles. Rationis autem expers est, ut rationis praerogatiuis cohonestetur anima. Si nanque ipsa corporis motus condignè disposuerit, & corpus seruabit, & ipsa periculo uacabit. Si uerò gubernationem corporis neglexerit, somnoque oppressa, socordiae moderationẽ illius permiserit, & ipsum tanquam rationis expers à recto excidet, & animam paribus ex aequo lapsibus ac ruinis inuoluet, non ex propria malitia, sed per illius negligentiam. Si igitur affectiones corporis animae essent indomabiles, meritò culpa daretur corpori. Si uerò multis subditae ac morigerae fuerunt, qui illas coërcere studuerunt, sine culpa quidem est corpus, & reprehensibile his qui illud tanquam malitiae autorem traducere conantur: anima uerò culpabilis est propter negligentiã, quae ad corporis obtinendum dominium instructa est, neque ipsa ex natura malum in se habens, sed ex neglectu boni in malo constituta.

Equus si non assidui sessoris patitur calcem, & frenis ora ferratis obteritur, indurescit: Sic puerilitas si nulla plagae assiduitate curuetur, insolentem simul & ad uitia praecipitem iuuenem reddet.

Sicut equus uidens non est idoneus currere ad molam: Sic qui habet propriũ sensum non est aptus uoluntati obedientiae.

Currat equus tuus, sit paratus ad bellum, dominus autem salutem tribuit. Tamen dum curris, dicito: Deus uirtutem tribuit equo meo ut curreret: Deus dedit tibijs meis perseuerantiam ut starem. Non ergo puto quòd te libertas arbitrij tui ita habeat, quasi nauem per quam uis euadere barbaros de littore, per quam uis euadere de fluctibus pelagi, per quam ad patriam desideras peruenire: sed si dominus

C imperauerit uentis prosperis, & aduersis flatibus silentium dederit, si latentes undas demonstrauerit, & somnum tulerit gubernātibus nautis, & absq; læsione por tum ingredi fecerit: ages post hoc gratias Deo, non nautis, non naui. Nec ista dicentes, excludimus nauem & nautas, sed magis & nauē ornamus, & nautas, quibus Deum præsulem confitemur. Si enim nauis non fuisset, utiq; quod dominus gubernaret, non esset. Si nautæ non essent, quos dominus excitaret, non essent. Si uela non essent, non essent quibus daret prospera flabra uentorum. Ita ergo dicamus, si arbitrium in te non fuerit bonæ uoluntatis, non erit tecum pax Dei.

Sed enim nostra sententia hæc est, ut equi, ut bouis, ut hominis, breuiter, ut uniuscuiusq; eorum quæ ad eandem speciem pertinēt, una quædā est ratio: & cui cunq; hæc eadem gratia competit, hoc & propriè inde nomen habet: cui uerò non conuenit, hoc inde aut nullum, aut improprium habet: Ita & Dei essentiam, naturam appellationemq; unam equidem esse, quamuis pro diuersa eiusdem essentiæ consideratione, nomina quoq; diuersa sortiatur, tam quod Deus dicatur, hoc & esse Deum. Quod uerò fuerit secundum naturam, hoc & uerè nominari.

Equi furor regitur freno, regitur habenis equitis, aurigæq; arte. Hominem ue rò uersat oratio minimè ignaua, minimè sordida, minimè neglecta, sed quæ lenitate atq; acrimonia temperata, nequaquam ocium auditoribus præbet, ut uoces duntaxat ac uocum uoluptates inquirant: sed illos potius excitet, ac ueluti tubæ sonitu percussos cogat debacchari. Tuba etenim interdum classicum sonat, interdū receptui canit. Qui si huiusmodi orationem requirant, philosophiam affectantes, nimirū dare operā oportet, ut eū cuius hæc facultas existat, habeamus, probemus, eligamus: siue senex, siue iuuenis, siue pauper, siue diues, siue multi nominis sit.

Quemadmodum equi freno morigeri, omniaq; ex sese facientes, non opus ha
D bēt scutica: Sic & anima quę impulsu spiritus recta facit, nō eget admonitrice lege.

Sicut equi iuncti concorditer trahunt currum, & patienter suscipiunt iugum, & portant congrua cum gratia, & iugi illius susceptione consuescunt: Sic & congregatio nationum gentilibus indomita moribus se antè iactabat.

Pleriq; equorum cùm ceciderint, se iactare consuerunt, & quos casus non læserit, iactando se debilitant & frangunt. Alij (qualis Græcorum equorum fertur natura) cùm uel in certamine curuli elisi fuerint, uel fortuitò ceciderint, nequaquā se mouere consuerunt, & quandam tenent quietis & patientiæ disciplinam. His si casus non nocuit, quies prodest, certè non acerbatur offensio. Nonne mutis animalibus deteriores æstimandi, qui se in flagitijs suis iactant, & putant insigne esse uirtutis, ubi lapsus est criminis? Insipiens enim delectatur in erroribus suis, & nouis uetera obumbrando peccatis se existimat adiuuari, ideoq; exultat in crimine.

Si postquam equorum domitor pullos elegit, quos ad cursum cōmodè queat instituere, nemo statim poterit reprehendere, sed ridiculus magis habetur, quisquis illius electionem traduxerit: Multo magis cùm Deus animas eligit, ridendi sunt, qui electas accusare tentauerint.

Nonne uides dilecte in equorum ludis, quomodo hi qui equos agitant, nō aduertunt plausum populi assidentis & celebrantis, neq; ex eo plausu uoluptatem capiunt, sed ad unum solum spectant regem in medio sedentem, & ad nutum illius attendentes, totam multitudinem despiciunt, & tunc solùm animo extolluntur, cùm ille eos coronauerit? Hoc igitur & tu imitaberis: non magni momenti facito hominum famam, neq; propter eam exerceas uirtutem, sed à iusto iudice sententiam expecta, & ad illius nutum intentus esto. Sic omnem uitam tuam dispensa, ut & hîc continuò bona spe pascaris, & illic æternis fruare bonis.

Sicut enim equis frena sunt imponenda: Ita corpora nostra ieiunijs, uigilijs, & orationibus sunt infrenanda. Nam quemadmodum aurigæ si frena laxauerint,

per præci-

A per præcipitia ducuntur: Ita & anima nostra cum ipso corpore, si ei frenum nō imposueris, ad inferni præcipitia dilabitur.

Sicut ij qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humoris uel phlegmatis stomacho grauiter & moleste imminentia, si uomuerint, releuantur: Ita etiā hi qui peccauerunt, siquidem occultant & retinent intra se peccatum, intrinsecus urgentur, & propemodum suffocantur à phlegmate uel humore peccati.

Sicut quasdam illecebras escarum aucupes proponūt, ut facilius aues capiant per oblectamentum gulæ: Sic est quædam castitas diaboli, id est, decipula humanæ animæ, ut per huiusmodi castitatem & mansuetudinem & iustitiam possit facilius capere, & falsis sermonibus irretire.

Quemadmodum neque esurire, neque dormire crimini dandum est: Ita neque uitā præsentem optare.

Quemadmodum escarum uis omnis, & succus ad infantis naturam in lactis liquorem in nutrice conuertitur, uel per medicum aliquid in cibum ægrotanti paratur, ut sanitatis recuperandæ necessitas exigit, & fortioribus item in escā ualidius aliquid: Sic nacl uerbi humanæ animę Deus uirtutem in homines transfert, & impartitur ut quisque meritus est: ita ut huic quidem, quemadmodum sacræ literæ tradunt, lac rationabile & sine dolo uirtus illa efficiatur: illi uerò ut qui firmior sit, olus, ut leuior cibus: alij autem cuiquā perfectior & solida traditur esca. Nec sanè uerbum sui ipsius mentitur naturam, cùm singulos alit qui se capessere possunt, nec in errorem quempiam uel inducit, uel fallit.

Sicut esurire signum est bonæ ualetudinis: Ita amare diuina eloquia, spiritualis sanitatis fuerit indicium maximum.

Sicut esurire corporalis sanitatis indicium: Ita & studio magno audire diuina

B eloquia, bonæ animi ualetudinis certissimum est argumentum.

Quemadmodum Ethnici dicunt Plutum, quem finxerunt Deum diuitiarū, cæcum esse, propterea quòd diuitiæ plus indignis quàm dignis contingant: Ita nostræ literæ uocant diuitias iniquas, quòd soleant magis contingere iniustis & iniquis, quàm iustis & bonis.

Legimus Ethnicos à puniendis mancipijs, quæ supplicium commeruerant, temperasse, non ob aliam causam, nisi quòd erant ira commoti: Quanto magis decet hominem Christianum, ut si quando se commotum senserit, priusquam faciat dicat'ue quicquam, pro Græcarum literarum uocabulis apud se recenseat aliquot è scriptura diuerbia, uelut illud: Ne te superet ira, ut aliquem opprimas.

Euangelium speculum est ueritatis, nemini blanditur, nullum seducit, talem se quisque reperiet, qualis fuerit, ut nec ibi timore trepidet, ubi non est timor, nec lætetur cùm malefecerit.

Euangelium semper obtinet propriam uirtutem, siue quis saluus fiat, siue pereat. Non aliter quàm lumen, etiamsi caliginem offundat infirmis oculis, lumē est etiam tum, quum obtenebrat. Et mel quamuis amarum sit ægrotantibus, natura tamen dulce est: Sic & euangelium boni odoris est, etiamsi qui pereunt, increduli.

Corruptores euangelij atque interpretes extrema ponunt, & superiora prætereunt, partim immemores, & partim subdolè corrumpentes, ut ipsi ab ecclesia scissi sunt, ita capituli unius sententiam scindunt.

Quemadmodum qui in Euripo sunt, huc, illuc iactantur: Itidem hi nunquam sibi constant, utpote incerta & fragili sententia omnia loquentes. Verùm piscator Ioānes absque ulla dubitatiōe differens, tanquam petræ innixus, nulla ex parte titubat. Dissimile.

Quemadmodum idem exercitus modò latius panditur, modò in angustum coartatur, & aut in cornua, sinuata media parte, aut recta fronte explicatur: uis illi, utcunque ordinatus est, eadem est, & uoluntas pro eisdem partibus standi: Ita desi-

C deratio summi boni aliâs diffundi potest & porrigi, aliâs colligi, & in se cogi. Idem utiq; erit si dixero: Summum bonum est animus fortuita despiciens, uirtute lætus: aut cuncta uis animi, perita rerum, placida in actu, cum humanitate multa, & conuersantium cura.

Ecce in nomine suo nihil quæstuarij peragunt exorcistę, nec se eis deferre ipsi dæmones profitentur, sed nomen Christi etiam per lucrorum sectatores suæ gloriæ retinet potestatem, & fiunt in talibus causis ministri mercenarij, sicut naues onerariæ, quæ per pelagus euehunt institores, quarum rectores potius eorũ quos ducunt, pecunijs inhiant, quàm saluti. Et tamen mare huius seculi necessarios habet huiusmodi transuectores, alioquin cessabunt commercia, nec ex transmarinorum copia, aliorum inopia habebit subsidium, nec occurrent sibi solatia regionũ, si uehicula tollantur, imò & pelagus immeabile relinquatur. Bonis quippe sæpe malorum ministeria suffragantur.

F.



VT igitur faber cùm quid ędificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur quæ sit parata, fictorq; item cera: Sic isti prouidentiæ diuinę materiam præsto esse oportuit, non quam ipse faceret, sed quam haberet paratam.

Non uides fabros ęrarios, aurifices, fabros argentarios, deniq; eos qui quancunq; exercent artem, omnia artis instrumenta habere parata & integra, quamuis compellat fames, quamuis affligat inopia, omnia præoptantes sustinere potius, quàm ut ex instrumentis artificij quippiam uendere uelint, atque hinc alij. Itaq; multi frequenter potius habuerunt ad usuram accipere, quàm uel minimum aliquid ex artis instrumentis oppignorare, idq; iure optimo. Norunt enim quòd

D diuenditis illis, ars uniuersa ipsis sit inutilis, totumq; quæstus fundamentum sublatum: illis autem manentibus, fieri potest, ut contractum æs alienum progressu temporis aliquando dissoluant iugiter utentes artificio. Quòd si priusquam dissoluerint æs alienum, alijs ea uendant, iam non est unde possint solatium aliquod famis inopiæq; excogitare. Hoc sane animo nos quoq; præditos esse oportet. Quemadmodum enim illis artis instrumenta sunt malleus, incus, forceps: Sic & nobis artis instrumenta sunt Apostolorum ac Prophetarum libri, omnisq; scriptura diuinitus inspirata & utilis. Et quemadmodum illi per illa instrumenta quicquid faciendum susceperint, perficiunt: Ita sanè & nos per hos fabricamur animam nostram, deprauatamq; corrigimus, & inueteratam renouamus. Atq; illi quidem hactenus modò præstant suam artem, ut formam addant rebus: neq; enim possunt materiam uasorum transmutare, neq; ax argento aurum reddere, sed harum rerũ figuras componunt duntaxat. Tu uerò non ita, sed amplius quiddam potes: nam ligneum uas acceptum, poteris aliquando reddere aureũ, cui rei testis est Paulus, in hunc loquens modũ: In magna autem domo nõ solũ sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea fictiliaq;. Si quis igit̃ expurgauerit seipsum ab his omnibus, erit uas in honorem sanctificatum, & utile domino ad omne opus bonum præparatum. Itaq; ne negligamus nobis parare libros, ne circa uitalia uulnus accipiamus: nec aurum defodiamus, sed nobis ipsis recondamus thesaurum librorum spiritualium. Aurum quidem quum maximè crescit, tum maximè insidiatur possidentibus: libri uerò repositi multam adferunt habentibus utilitatem. Quemadmodum enim arma regalia reposita, etiamsi nemo fuerit qui possideat, tamen ijs qui habitant in ædibus ubi reposita sunt, multam præbent custodiam ac tutamen, dum neq; latrones, neq; parietum perfossores, neq; alius quispiam sceleratorum audet eam aggredi domum: Sic ubicunq; fuerint libri spirituales, illinc omnis expellitur uis diabolica, multaq; inhabitantibus accedit consolatio.

Quomo-

A Quomodo in fabricatione turris lingua quæ malè unita fuerat, separata est, & pessimum fœdus utili diuisione concisum: Sic & capita hæreticorum, quæ cũ corporibus siue inter se uidebantur habere concentum (plura enim hæreticorum capita sunt, quæ cùm diuersos oculos habeãt, tamen in una, ut ita dicam, lingua blasphemiæ aduersus ecclesiam latrãt) diuiderentur in partes, & à decerptis corporibus separata, ab uno capite locum facerent.

Quemadmodum si quis multas faces igni addiderit, flammam ignis conspicuam plenioremq; reddit: Ita & apud fideles fieri solet. Quum etenim auulsi alius ab alio fuerimus, deiectiores quodammodo sumus: quando uerò præsentes & in unum coacti, communibus mutuo membris cõglutinamur, multam ex eo consolationem percipimus. Nolo enim præsens hic nostrum tempus inspicias, in quo per singulas ciuitates & uicos, gratia domini, imò & in solitudinibus plurima credentium contubernia uidere est: Sed perpende mihi quantum iuxta Paulini temporis statum, bonum fuerit & doctorem uidere discipulos, & fratres ex alia quapiam ciuitate uenientes suscipere: uerũ ut rem hãc apertius dicamus, audi. Quòd si contingeret nos hinc quod absit, in terras Persarum, Scytharum, siue aliorũ Barbarorum, binos aut trinos in illorũ ciuitatibus dispergi, inopinatoq; uidere Christianum aliquem, qui ex hac urbe aduentaret ad eos, perpende quæso, quantum ex illo cõsolationis caperemus? Nunquid uidetis eos, qui in carceribus sunt, si quem ex amicis cõspicati fuerint, quomodo exiliant, & præ gaudio tripudient? Quòd uerò illa Pauli tempora captiuitati & carceri comparo, non tibi mirum uideatur. Multo si quidem istis grauiora passi sunt, qui tum dispergebantur & eijciebantur, agitati famè, bellisq; conuiuentes, suspectos habentes, quasi peregrinum quendam orbem inhabitabant, idq; multo molestius in alieno solo uersantibus.

B Sicut enim ignotorum hominum facies cernimus, & corda nescimus, sed si familiari eius locutione coniungimur, usu colloquij eorũ etiam cogitationes indagamus: Ita cùm in sacro eloquio historia sola aspicitur, nihil aliud quàm facies uidetur: sed si huic assiduo usu coniungimur, eius nimirum mentem quasi ex locutionis familiaritate penetramus: dum enim alia ex alijs colligimus, facilè in uerbis cognoscimus aliud esse quod intimant, aliud quod sonãt: tanto enim quisq; notitiæ illius extraneus redditur, quanto in sola eius superficie ligatur.

Dic enim, oro, si in graues incidissemus facultates, quem non rogaremus? si forsan petitionis compotes fieremus, respiramus. Quis tibi daret, ut paratus sit is, qui rogatur ad habendam tibi gratiam, quod rogas? Quid tibi daret, ne obambules, & quæras quem nõ roges, sed inuenias paratum? Ne alijs opus habeas per quos roges, ut per illos preceris. Quid hoc maius? Hic enim tũc maximè facit, quãdo non alios rogamus, sicut amicus germanus: & nos tunc maximè obiurgat, quando nõ fidamus illius amicitia, quando alios oramus qui pro nobis ad illũ intercedãt: Ita etiam nos facimus, quando aliqui nos rogant, tunc potissimum illis largimur, quando per seipsos, & non per alios nos accesserint. Quid igitur, inquit, si offenderim? Cessa offendere, & lachrymas funde, & ita accede, & statim in primis inuenies illum propitium. Dic solùm, Offendi: dic ex animo & pura mente, & soluta sunt omnia. Non adeò cupis dimitti peccata tua, sicut ille cupit peccata tua dimitti. Quod enim non concupiscis tu, cogita quia neq; uigilias suscipis, neq; pecunias effundis. Ipse autem ut dimittat peccata nostra, unigenito suo nõ pepercit, germano eiusdemq; solij ac potestatis filio. Vides quòd ipse magis concupiscit dimittere peccata tua? ne segnes simus, ne moras nectamus, misericors est ac bonus: solùm occasionem illi demus, idq; ne nos inutiles fiamus ac ociosi, quamuis absq; illa absolueret: sed sicut nos multa in ministris nostris formamus & componimus, ita & ipse multa in nostram facit salutem.

C Qui uerò ob possidendi spem facultates suas cunctas periculo subijcit, admodum fatuus existit, ac imperito pugili mihi similis uidetur, qui prius ictum intentat, quàm se in statione firmat: aut gubernatori naui sua corrupta, & ad nauigandum inutili, nauem submergenti hostilem, aut submergere studenti: quorum nil mihi Iulianus considerasse uidetur, sed incircunspectè ea quæ animo conceperat, adgressum esse, re Romana & nunc quoque deplorante, & malè ob illum affecta. A quorum culpa si quis Iulianum liberare, ac successorem eius accusare uelit, admodum ingratus mihi est considerator rerum tunc temporis accidentium: non enim metentis, sed seminantis est spica, neque incendium illius euenit culpa, qui id extinguere uolet, sed potius ignem prius admouentis. Ac ideo Herodoti illud de Samiorum tyrannide haud ineptè usurpari potest: Calceum hunc Histiæus consuit, Aristagoras autem induit, qui id, quod prius susceptum fuerat, suscepit.

Si ueris falsa permisceas, ijsdem sæpe uestigijs uerũ falsitas imitatur: Sic hominem simulat pictura uerũ, quę coloribus exprimit falsas facies ueritatis: Sic speculi nitor uultũ rapit, ut reuocet oculos intuentis: Sic offert proprios uenientibus uultus, ut ipsa sibimet inuicem faciem uenientis occurrat, tantumque ualet immunda fallacia, ut ipsi se, quæ præuident oculi, quasi in altero sese cognoscant. Ipsa quoque umbra cùm steterit, imagines geminat magna ex parte, mendacio diuidens unitatem. Nunquid ideo uerum est, quia figura mentitur?

Quemadmodum falx, quæ in ceruicem immissa, nec in seipsam retracta fuerit, manet quodammodo iam etiam resecta ceruice: Sic & terribilis quædam poena est, quæ super peierantes uenit, nec desistit, nisi prius perfecerit opus suum. Si autem iurantes effugerimus, ne confidamus.

Tenera res in fœminis fama pudicitię est, & quasi flos pulcherrimus citò ad leuẽ
D marcescit auram, leuique flatu corrumpitur, maximè uerò & ętas consentit ad uitiũ, & maritalis deest autoritas, cuius umbra tutamen uxoris est.

Quemadmodum qui fame duce promptitudine ad cibos festinant, & qui ita sitiunt ut præ siti flagrent, ad potum eunt: Eodem modo ad spiritualem doctrinã, tanquam esurientes & sitientes, accedere par est. Tales enim non solùm beatitudi ne digni, sed & quæ cupiunt, assequuntur.

Quemadmodum famelici animus panem imaginatur, & sitientis aquam: Sic hominis crapulosi, & uentri seruientis ciborũ uarias cupedias & lautitias, & uoluptatum amantis mulierũ formas, & uanæ gloriæ cupidi honores, qui sibi habeantur ab hominibus, & auari lucrum, & iniuriarum memoris, uindictam eius à quo læsus est, & inuidi afflictionem eius cui inuidet.

Sicut familia sine flagello non regitur: Sic & populus sine increpationibus nõ gubernatur.

Si famulus in arculam, ubi herilia uestimenta preciosa aureaque recondita sunt, seruilem tunicam sordibus ac multis pediculis refertã imponat, agè dic mihi, num eam contumeliã æquo animo ferres? Quid aũt si quis in uasculum aureũ, in quo semper unguenta seruari consueuerint, stercus ac cœnũ infundat: an non & plagas infligeres, qui scelus hoc commisisset? Et post hæc scriniorum ac uasorum, uestium, & unguentorũ tanta cura solicitabimur: animam uerò nostram omnibus istis uiliorẽ esse putabimus? atque ubi spiritus infusum est unguentũ, eò diabolicas põpas immittemus, eò fabulas satanę, eò cãtilenas meretricię turpitudinis plenas? Agedũ, dic mihi quo animo ista feret Deus? Atqui nõ tantũ est discrimen inter unguentum & cœnũ, inter uestes heriles & seruiles, quantũ est inter spiritus gratiã & istam peruersam actionem. Non metuis, non expauescis, dum oculis quibus illic lectum qui est in orchestra spectas, ubi detestandæ adulterij fabulæ peragunt, ijsdem hanc sacram mensam intueris, ubi tremenda peraguntur mysteria? &c.

Pauli

A Pauli scripta uidentur quodammodo hoc loqui, uelut si quis fidelis famulus & prudens à rege magno & domino suo introducatur in thesauros regios, & ostendantur ei diuersa & magna domicilia, quorum aditus uarij & incerti, ita ut ei per alium ingressus, & per alium ministretur egressus, interdum autem ex diuersis ingressibus ad unum conclaue ueniatur, ut sæpe in terris quædam uidemus extructa palatia, ostendatur etiã huic qui circunducitur fideli famulo thesaurus, argẽti regij, & alius auri, lapidum quoque & margaritarum, uariorumque moniliũ, purpuræ etiã regię locus, & alius diadematum: demonstrentur adhuc reginæ thalami in multis diuersisque mansionibus positi: & tunc singula hæc nõ penitus ad integrum patentibus ianuis referentur, sed ex parte subapertis: aut agnoscat quidem thesauros dominicos, & regias opes, nec tamen ad liquidum, & ad perfectum singula quæque cognoscat. Post hæc uerò iste seruus qui fidelis habitus est, ut ei rex & dominus opũ suarum magnitudinem faceret innotescere, mittatur ut exercitum congreget, delectum habeat, milites probet, pro eo quidem, quia fidelis est, ut plures inuitet ad militandum, maiorem exercitum congreget regni, necessitatem patietur referre ex parte quæ uiderit: & rursum, quia prudens, & scit necessarium esse abscõdere mysterium regis, indicijs quibusdam magis quàm relationibus utetur, ita ut potentia quidem regis non lateat, ordinis tamen atque ornatus palatij, & habitus, occulta maneat dispensatio. Ita ergo uidetur mihi etiam Paulus Apostolus in his sermonibus facere, non solùm pro eo quod & ipse dicit, quia ex parte sciat, & ex parte cognoscat, sed & propter nos, qui nec ea quidem quę ex parte scit, capere possumus, temperare sermonem, & uniuscuiusque conclauis mysterium singulis aut uix binis perstringere & subaperire sermonibus, & nunc primùm per unum aditũ ingressus per alium digredi, nunc ex alio ingressus ad aliud conclaue concurrere, ita ut si B requiras, eum illo aditu, quo ingressus est, non inuenias egressum. Cap. 5. ad Rom.

Oro te, si famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis & compedibus & stigmatibus obnoxiæ retro fuerant, id circo'ne illa eadem pati oportebit? non opinor. Atqui ut uestis albę nitore & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu mensaque honoratur: permitte hanc & Deo potestatem per uim demutationis illius conditionem non naturam reformãdi, dum & passiones auferuntur, & mutationes conferuntur. Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem, eatenus passibilis quã ipsa, quã eadem, ea tamen impassibilis, quia in hoc ipsum manumissa à domino, ne ultrà pati possit.

Fatuis consuetudo hæc est, ut semper sublimiori doctrinæ, quam ipsi non intelligunt, detrahant: non aliter faciunt, quàm edentuli soleant, molliora enim eligunt alimenta, etiamsi peiora sint: solidiora uerò ac meliora edulia magnopere uituperant, ægrotationem suam celare studentes. Mentis quoque acumine priuati scientiam abhorrere solent, quæ magno studio, multaque opera esset conquirenda.

Quemadmodum fauilla cùm in arida ligna inciderit, in flammam ipsa conuertit, quę ui sua deinde uel uiridia ligna facilè incẽdit: Eodẽ quoque modo prędicatio.

In fauo mellis duo sunt, scilicet decor & gratia, hoc est, pulchritudo oris, & dulcedo sermonis. Cera succendit ignem, mel præbet dulcedinẽ: Sic pulchritudo meretricis igne libidinis inflammat carnem, blandimento lenocinantis sermonis subuertit mentem. Stillat mel ex cera, dum meretrix uerba sua mollit, & facit dulcia.

Quemadmodum fax ab ingenti aliquo rogo primùm auulsa, deinde rursus coagmentata, in eundem redit: Sic & in patrẽ resoluto filio (ne hoc sermone corrũpantur Sabellij) sed Deus totus, cùm non amplius erimus multa, ut nunc, Dei uel omnino nihil, uel admodum parum in nobis gestantes, affectibus nimirum & uarijs animorum motibus occupati: sed toti, ut sic dicam, deiformes, totiusque Dei ac illius solius capaces; hæc enim est perfectio, ad quam omnes festinamus.

Quemad-

C Quemadmodum cùm febris cessauerit, debilitas tamen inde facta diutius remanet: Sic ebrietate transacta, effectus tamen eius, tam corpus quàm animam diutius exagitat. Iacet enim plerunque tanquam, tempestate conquassata nauis, miserũ hominis corpus: anima uerò detestabili cupiditate compulsa, uehementer incenditur: & cùm iam ab ebrietate resipuerit, tunc multo magis quàm prius insanit, uinum, dolia, calices, cyathos, & crateres plenos cõfringens. Et quemadmodũ quãuis tranquillitas ex tempestate facta sit, detrimentum tamen, quod inde factũ est, non restituitur, si semel iactura facta sit: Sic omnium penè bonorum iacturã ebrij patiuntur. Modestiam enim, pudorem, prudentiam, patientiam, humilitatem, omnia hæc quasi naufragium passi, iniquitatis pelago submerserunt: uerùm multa peiora sunt quæ sequunt̃ ebrietatem, quàm quæ tempestatem. Nam tibi quidem iactura leuior est, hic uerò grauiorem nauiculam reddit, quæ diuitijs uirtutum eiectis, arenam atque aquam fœtidam ex ebrietate sibi coaceruauit, quibus nauicula cũ uectoribus atque gubernatore simul demergitur.

Sicut febris ab initio aggressa, non magna siti laborantes exurit: postquam autem inualuerit, & flammã extulerit, iam sitim inducit immedicabilem, ac etiam si quis eis concesserit, ut potibus impleantur, non extinguit, sed accendit fornacem: Sic & uitioso accidit affectui. Si se circa primordia in animam nostram inferentem nõ prohibuerimus, neque fores occluserimus, ingressus iam insanabilem morbum susceptoribus infert. Sicut igitur animo degener & segnis, licet multum ad pœnitentiam tempus accipiat, magni nihil efficiet, nec per torporem sibi Deũ reconciliabit: Ita solers & promptitudine feruens, & multo cum studio gerens pœnitentiam, & breui temporis momento multi temporis peccata delere poterit.

Quemadmodum febris in ipsis principijs non nimia siti ægrotos torquet, au-
D cta autem eius flamma, intolerabili iam siti conficit, & quamuis ad satietatem uinum quis præbeat, non extinguitur tamen, sed incenditur uehementius: Sic & in affectu pecuniarũ usu uenit. Nam si à principio nostrã aggressam animã non propulsabimus, nõ clauserimus ostia, iam aditu petefacto, insatiabili morbo, qui eũ admiserint conficiunt̃. Siquidem & mala & bona, quanto diutius in nobis immorant̃, uehementiora fiunt, quod in cæteris rebus omnibus euenire quiuis uiderit. Etenim planta nuper insita facilius euellitur, diuturniore autẽ mora profundius actis radicibus, multo labore opus est, ut euellatur. Et ædificium nuper compactũ, facilè, tempore autem consolidatum difficilè diruitur. Et fera quæ diutius alicubi moram traxerit, ægrè capitur. Igitur qui nondum uitijs se subdiderunt, his ego ne capiantur suadeo, facilius nanque casum cauere possumus, quàm post casum resurgere. Illis autem qui sub peccato comprehensi sunt & ceciderũt, si medico, hoc est, rationi se subijcere uelint, multam salutis spem Dei benignitate pollicemur.

Sicut qui febre laborat, non in hoc solùm læditur, quòd ægrotat, sed etiam quòd post morbum infirmior fit, licet à morbo diutino ad bonam ualetudinem redeat: Ita sanè & de peccato dicendum, licet sanemur, adhuc tamen egemus magna fortitudine.

Quemadmodum in febre, quæ si altius serpat ad medullas, morbum longè ualidiorem facit: si uerò in apertum promouerit, spem remissionis adfert: Sic & animæ, si adsit negligentia, continget.

Deinde non ideo uitia in usum recipienda sunt, quia aliquando aliquid boni effecerunt. Nam & febres quædam genera ualetudinis leuant, nec ideo non ex toto illis caruisse melius est. Abominandum remedij genus est, sanitatem debere morbo: Simili modo ira etiam si aliquando ut uenenum & præcipitatio, & naufragium, ex inopinato profuit, non ideo salutaris iudicanda est: sæpe enim saluti fuere pestifera.

Quemad

A Quemadmodũ febres illæ grauiores & incurabiles, quæ solida corpora inuadunt, latẽtq́ in neruis & absc ō ditæ sunt in uenis: Ita certè insania passionis corporalis & curarum, quoniam intus in mente delitescit, corrumpens & lædens illam.

Quis, dic mihi, febrientem & phrenesi laborantem miseratur, ille ne, qui reclinant hunc in lectum, & ligat, & prohibet à cibo & potu non conducibili: uel qui permittit ei meraco impleri, ac iubet esse liberum, & omnia facere, quæ scilicet incolumes solent? Nonne is qui uidetur misericors esse, etiam morbum auget, alius uerò emendat? Ita sanè & de peccatoribus sententiam feramus. Etenim misericordia est non semper gratificari ægrotis, neq; adulari illicitis illorum concupiscentijs. Nullus sic diligebat scortatorẽ apud Corinthios, sicut Paulus iubens illum Satanæ tradi. Nullus sic odio illum habebat, sicut socij illius & ministri, quod & finis monstrauit. Nam illi quidem eum magis inflatum & ardentem fecerant, hic autẽ humiliabat, nec cessauit donec ad puram sanitatem induceret: & illi quidem reuera maliciæ argumentum dederant, hic autem quod factum ab initio refellit. Illas & nos discamus misericordiæ leges. Etenim si equum uideris præcipitem ferri, frenũ immittis, & uiolenter reprimis, & multũ flagellas, quamuis sanè hæc punitio mater salutis sit. Ita fac & in peccantibus, liga eum qui deliquit, donec placet Deum: ne relinquas solutum, ne magis diuina ira implicetur. Nam si ego ligauero, Deus iam non ligat: si autem ego non ligauero, infracta manent eius uincula.

Igitur consularis pastus cruore liminibus, ut fera, quæ gustatum semel sanguinem semper sitit: duplicari tormenta iubet, & sæuum dentibus frendens, similem carnifici minitatus est pœnam, nisi confiteretur sexus infirmior, quod non poterat robur uirile reticere.

Sicut cùm magna sumptuosaq́ fercula apponuntur, præcedens conuiuarum B satietas, facit ut aliquid decedat splendori appositorum, & magna nonnunquam nullius uideantur momenti, eò quòd conuiuæ absq; edendi auiditate aduenerũt: contrà, qui susceperunt famelicos & esurientes, licet illis tenuem proponant mensam, splendida tamen apparebit cõuiuis, promptè apposita auidè comedentibus: Sic eodem modo & nos bene fisi spirituali uestro appetitu, non grauamur pauperem & uilem hanc mensam uestræ charitati continuè apponere. Hoc & sapiens quidam dicebat: Melius est conuiuiũ herbarum cum charitate, quàm bos de præsepio cum odio: quo docet charitatem aliter uidere apposita, illiusq́ oculis uilia apparere sumptuosa, & parua magna. Quid igitur beatius nobis qui apud tot tamq́ feruenti & solicita charitate disserimus? Nihil enim tantopere dicenti necessarium est, ut auditoris beneuolentia. Quandoquidem cùm uidet auditores feruere desiderio, firmatur & ipse, & sæpe robur, ut ita dicam, accipit, sciens quòd quanto sumptuosiorem mensam proponit, tanto & abundantiæ suæ magis accedet: secus ẽm se habent spiritualia quàm sensibilia. Illic enim mensæ largitas sumptum facit, & conuiuium exhibentis imminuit substantiam. Hic autem omnino aliter, quanto plures enim sunt participes, tanto plus substantiæ illius accrescit. Neq; ẽm nostra dicimus, sed ea quę in uestrã utilitatẽ Dei gratia per suã misericordiã suppeditat.

Fermẽtum enim res uidetᷣ uilissima & cõtemptissima, atq; ad nihil aliud utilis, quàm ut proijciatur ante porcos: attamen si commisceatur in tria farinæ sata (est autem satum mensuræ genus apud Hebræos, iuxta quorum mensurandi rationẽ, dicitur satum continere mensuram centum quadragintaquatuor ouorum, & tria sata faciunt mensuram Ephi) tantæ est efficaciæ, ut fermentet totam farinæ massam. Sic & Euangelium apparet uilissimum: attamen Christus docet hac similitudine, quòd sit prolaturum uires suas in totam humani generis massam, hoc est, in uniuersum orbem terrę. Et quod prædicit, hoc postea re ipsa impletum est, cũ emisit, Apostolos suos in mundum uniuersum, & iussit eos prædicare Euangelium

C omni creaturæ. Iam quas uires Euangelium publicè in mundo exercuit, eas etiam priuatim in uno quouis per fidem exercere solet. Nam si intra cor hominis per prædicationem absconditum, & fide acceptum atq; agitatum fuerit, totum hominem ita fermentat, ut fiat sapidissimus panis ad mensam regni cœlestis. Quod dicimus uno aut altero exemplo demonstrabimus. Fermentum est, Pater uester cœlestis remittit uobis debita uestra, idq; propter Christum. Hoc fermentum intra cor per fidem acceptum, primùm iustificat hominem coram Deo: deinde fermentat animũ ne sit inuidus: adhæc fermentat linguam, ne loquať malũ aduersus proximũ suũ: præterea fermentat manum, ne malefaciat proximo: postremò ita totũ hominem fermentat, ut & inimico benefaciat. Item fermentum est: Ne sitis soliciti uitę uestrę quid esuri sitis aut bibituri, &c.

Rectè fermento dominus comparatur, qui cùm esset specie homo, humilitatẽ paruus, imbecillitate deiectus, tanta intrinsecus sapientiæ uirtute pollebat, ut doctrinam ipsius mũdus ipse uix caperet, qui cùm se cœpit per totum orbem diuinitatis uigore diffundere, statim omne hominum genus in substantiam suam sui potestate protraxit, ut & iugũ spiritus sui sancti infunderet omnibus, hoc est, Christianos cunctos faceret esse quod Christus est. Nam quòd homo dominus Iesus unus & solus esset in mundo, tanquam fermentum in massa reconditum, uniuersos homines præstitit esse quod ipse est. Quisquis igitur illi fermento Christi adhæserit, efficitur & ipse fermentum, tam sibi utilis, quàm idoneus uniuersis, & de sua certus salute, & de aliorum acquisitione securus. Sicut igitur fermentum cùm in cumulum conspergendum est farinarum, confringitur, comminuitur, dissipatur, & ipsum omne dissoluitur, ut dispersam illam farinę multitudinẽ in unum uigorem constringat, atq; in solidum corpus redigat, quod in pulueris modum ipsa diminutione languebat, faciatq; coniunctione sui utilem massam, quod propria dissolutione uidebatur inutile: Sic ergo & dominus Iesus Christus cũ esset totius mundi fermentum, diuersis passionibus confractus, laceratus, & dissolutus est, & succus eius pro salute nostra, qui est preciosus sanguis, effusus est, ut admixtione sui omne genus humanum solidaret, quod per diuersa antra resolutum iacebat: sic ẽm uelut fermentũ quoddã nos qui farina ex gẽtibus uidebamur esse, adhęsimus.

D

Cùm proferuntur exempla, non per omnia similem seruare possunt rei illius, cui præbere putantur exemplum, sed unius alicuius partis, pro qua uidenť desumpta, similitudinem tenent. Verbi gratia, ut cùm in euangelio dicitur: Simile est regnum cœlorũ fermento, quod abscondit mulier in farinæ mensuris tribus. Nunquid putamus regnum cœlorum sic per omnia simile esse fermento, ut & substantia illa palpabilis sit ac fragilis, ut acida fieri possit & corrupta? an ad hoc solum exemplum istud uidetur assumptum, ut ostenderetur ex parua prædicatione uerbi Dei, humanas mentes fidei fermentum posse coalescere? Similiter & cùm dicitur: Simile est regnum cœlorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium attrahit: & in hoc nunquid putandum est, quòd naturæ lini, quo rete aptatur, ac nodis quibus maculæ nectuntur, regni cœlorum substantia per omnia conferatur? An ad hoc solùm uidetur assumpta comparatio, ut ostenderet, quia sicut rete de profundo maris pisces adducit ad littus: Ita de profundo huius seculi errore, humanæ animæ regni cœlorum prædicatione liberantur? Ex quibus constat, exempla non in omnibus his, quorum exempla sunt, esse similia. Alioquin si eadem essent omnia, iam non dicerentur, sed ipsæ potius res, de quibus agiť, uiderentur.

Quemadmodum ferrum in igne commorans, ferrũ fit: Sic & caro eorum qui per baptisma spiritum acceperunt, tota spiritualis efficitur.

Si massa aliqua ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris, omnibusq; uenis ignẽ recipiens, & tota ignis effecta, si neq; ignis ab ea cesset aliquando, neq; ipsa

A ipsa ab igne separetur, nunquam dicemus hanc quæ natura quidem ferri massa est, in igne positam, & indesinenter ardentem posse frigus aliquando recipere, quinimo, quod uerius est, magis eam, sicut in fornacibus sæpe fieri oculis deprehendimus, totam ignem effectam dicimus, quoniam nec aliud in ea, nisi ignis cernitur: sed etsi qui contingere atque tractare tentauerit, non ferri, sed ignis uim sentiet: Hoc ergo modo etiam illa anima quæ quasi ferrum in igne, sic semper in uerbo, semper in sapientia, semper in Deo posita est, omne quod agit, quod sentit, quod intelligit, Deus est. Et ideo nec conuertibilis & mutabilis dici potest, quę inconuertibilitatem ex uerbi Dei unitate indesinenter ignita possedit. Ad omnes denique sanctos calor aliquis uerbi Dei putandus est peruenisse: in hac autem anima ipse ignis diuinus substantialiter requieuisse credendus est, ex quo ad cæteros calor aliquis uenerit.

Vt ferrum ferro exacuitur: Sic anima animæ commorans, ad eadem ipsam incitat, ueruntamen in charitate.

Sicut ferrum immersum igni, per flatū excitato proditur quidem, num aliquid in se habeat uitij, simul uerò & aptius ad purgationem redditur, & non solùm color illius, sed & durities & intractabilitas ad mollitiem ac teneritudinem mutatur, & commodius fit operi manuum artificis, adaptaturque competentius ac certius ad uoluntatem domini, & relicta nigredine illustrius seipso factum, nō solùm ipsum iam ignitum est ac splendidum, sed & uicina illustrat & calefacit: Ita consentaneū est ac necessarium, eum qui baptizatus est in igne, id est, in uerbo doctrinæ, quod & peccatorum malitiam arguit, & iustificationum gratiam manifestat, odio habere & execrari iniustitiam, sicut scriptum est, & desiderio affici, ut per fidem purificetur in uirtute sanguinis domini nostri Iesu Christi.

B Sicut ferrum quod in medio igni iacet, ferri naturam non amisit: uehementi tamen ignis actione ignitum, cùm uniuersam ignis naturam in semetipsum acceperit, & colore, & calore, & actione ad ignem transit: Sic sanctæ uirtutes ex communicatione, quam cum illo habent qui natura sanctus est, per totam suam subsistentiam receptam, iam quasi innatam sanctificationem habent. Diuersitas uerò ipsis à spiritu sancto hæc est, quòd spiritus natura sanctitas est, illis uerò participatione inest sanctificatio.

Sicut duram terram ferrum emollit: Sic & uerbum duritiam cordis relaxat. Sicut rastro ferreo herbæ radicitus euelluntur è uinea: Sic & acri sermone uitia de populo resecantur. Et sicut colonus quamuis de suo munera obtulerit domino, non sic eum placat, quomodo si de uinea eius redditus ei obtulerit: Sic & sacerdos non tantùm propter suam iustitiam placet domino, quomodo si populum Dei in sanctitate docuerit, quoniam ipsius iustitia una est, populi autem multiplex.

Sicut ferrum nisi usum fuerit, eruginem generat: Ita & anima, nisi frequentius diuinis exerceatur lectionibus, nascentur illi peccata.

Vrit ignitum ferrum, non naturali ratione ustiuam possidens actionem, sed ex unione ignis ad ferrum illud obtinet: Ita humanitas diuinitati sociata.

Quemadmodum si quis ignito ferro superinfundat aquam, quod quidem natum est pati ab aqua (ignis dico) extinguitur, incolume uerò manet ferrum, nō natum enim est ab aqua corrumpi: Multo magis carne passa, sola impassibilis diuinitas passionem non adimit, inseparabilis ab ipsa permanens.

In festis mercatibusque nemo angitur sua pro mercibus dare, quantoque fuerint preciosiores, tāto magis gaudet, & quòd accipiat prǫcellentiores. At tu aurū, & possessiones distribuere, preterea lapidem & terram pro æterna dare felicitate grauaris?

Sicut ficus in tempore quidem hyemis uitalem uirtutem habet in se, absconditam autem habet eam, & non satis manifestam: postmodū autem cùm uirtus ipsa

C uitalis prodire cœperit ad manifestationem prætereunte hyeme, ex ipsa ualetudine eius ramus efficitur tener, producit & folia. Et sicut arbor in uirtute ipsa folia habet & fructus, & primum quidem est gemma, deinde paulatim proficiscitur, nouissimè autem est in ipso effectu: Sic & mundus, & unusquisque eorum qui saluantur, in fine ante Christi aduentum quasi in hyeme, in se absconsam habet uitalem uirtutem: Christo autem inspirante, qui sunt teneri & non duricordij rami, & quæ abscondita erant in eis progrediuntur in folia æstate instante, & manifestos fructus ostendunt, quos qui aspicit, in Christo iam uidet.

Quemadmodum ficus imposita omnem ad seipsam malitiam extrahit: Ita & ignis omnē telluris malitiā ex spinis contractā exhaurit, & mundā tellurē reddit.

Sicut ficus multa grana uno tegmine tenet inclusa: Sic & multos fideles quodam dulci charitatis amplexu una tenet ecclesia.

Et aptè admodum homines in ecclesia ficubus comparantur: ficus enim radicem habēt amaram, fructum autem prædulcem: Sic amara est omnium hominū radix, quippe qui natura in peccatis concepti & nati sunt, & cogitatio eorū ad malum semper intenta est. Plantātur autem in uineam domini per Sacramenta fidei, ut fructum dulcem, cibum uidelicet regni cœlorum ferant. Ergo quemadmodum ficus sterilis adiudicatur igni: Ita homo non afferens fructum bonorum operum, deputatur æternæ damnationi.

Quia nec omnium est fides, qui audiunt uerbum Dei, sed quibus Deus partitur mensuram fidei: Sicut nec omnia germinant quæ plantantur & rigantur, sed quibus Deus dat incrementum.

Quomodo iuxta Apostolum Iacobū, Fides sine operibus mortua est: Sic absque fide, quamuis bona opera sint, mortua computantur.

D Iam quemadmodum fidei & charitatis comes est animi fortitudo, ueraque pietas: Ita cùm illæ languent aut absunt, feruet superstitio. Et quemadmodum syncera pietas animi puritate nititur: Ita superstitio cerimonijs sese uenditat. Illam spiritus uocabulo frequenter notat Paulus, hanc carnis: nam id sensit, opinor, cùm scriberet Galatis: Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, carne consummemini? ab Euangelica fide charitateque exorsi, ad Iudaismum relabimini.

Manere debet apud nos frater fidei robur immobile, & stabilis atque inconcussa uirtus contra omnes incursus atque impetus oblatrantium fluctuū, uelut petræ obiacentis fortitudine & mole debet obsistere.

Quando non habemus aliquibus fidem, curamus ut ab ipsis signum pignoris loco recipiamus: Similiter & omnium dominus, sciens mentium inconstantiā, hoc ab eis signum petere uoluit, scilicet circuncisionis, nō ut maneat signum hoc, sed ut quando signata finem accipiunt, & signi usus auferatur. Nam sicut qui signum repetunt, & pignus accipere uolunt, cùm negocium perfectum fuerit, tunc & signum tollunt: Ita etiam hic cùm signaretur populus patriarchæ, signum hoc apud uos introduci oportebat, quoad gentes illæ, propter quas signum accepistis, esse cessarent. Et cū ad ueritatis lucem accelerent, uestrūm est non iam propriæ ingratitudinis indiciū circūferre, sed liberū esse, & ad pristinam generositatē redire.

Tale quippe est, ut sine uera fide quisque uelit Deo per contemptum seculi placere, quale si quisquam tendens ad patriam, in qua se scit beatè esse uicturum, relinquat itineris rectitudinem, & improuidus sectetur errorem, quo non ad beatā ciuitatem perueniat, sed in præcipitium cadat, ubi non gaudium peruenienti datur, sed cadenti interitus inferatur.

Fide omnia & humana & spiritualia constant. Neque agricola sine fide incidit terræ surculum, neque mercator paruo ligno suam ipsius animam insano maris pelago committit, non nuptiæ fiunt, non aliud quicquam in terra sine fide. Fides est inscrutabilis consensus.

Si

A Si fidibus & tibijs nemo unquam rectè scire potest, nisi totum ad id animum intendat: Qua'nam ratione quis mysteria uerbi Dei solo auditu, animo uerò alieno, & alijs curis implicito intelliget?

Cùm autem Scipio in secūdi libri fine dixisset, ut in fidibus ac tibijs, atq; cantu ipso, ac uoce concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatū aut discrepantem, aures eruditę ferre non possunt, isq; concentus ex dissimillimarum uocum moderatione, concors tamen efficitur & congruens: Sic ex summis et medijs, & infimis interiectis ordinibus, ut sonis, moderatam ratione ciuitatē cōsensu dissimilimorum concinere, & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, arctissimum atq; optimum in repub. uinculum incolumitatis, eamq; sine iustitia nullo pacto esse posse.

Sed sicut in fidibus ex intentione neruorum effici concordem sonum atq; cantum, quem musici harmoniam uocant: Ita in corporibus ex compage uiscerum, ac uigore membrorum uim sentiendi existere, quo nihil dici delirius potest.

Sicuti in fidibus cùm aliquid aut interceptum aut relaxatum est, omnis canendi ratio turbatur & soluitur: Ita in corpore pars aliqua membrorum duxerit uitiū, destrui uniuersa, corruptisq; omnibus atque turbatis, occidere sensum, eamq; mortem uocare.

Scitis hi qui non sunt sibi conscij malitiæ, quando sicut rei condemnanē, quāta utantur sæpe fiducia & dicendi libertate superbientes & inflati, & insurgentes contra eos qui insontibus crimen intentant: uerùm Ioseph non sic, sed silet cū accusaretur ab adultera, cùm duceretur in carcerem, & omnia mānsuetè fert, & sustinet cum magna patientia uoluntatem domini.

Vnde & tibi est prouidendum, ne ineptis blanditijs fœminarum, dimidiata B dicere uerba filia consuescat, & in auro atq; purpura ludere, quorum alterum linguæ, alterum moribus officit, ne discat in tenero, quod ei postea dediscendum est. Gracchorum eloquentiæ, multum ab infantia sermo matris contulisse scribitur. Hortensij oratio inter paternos sinus coaluit. Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt. Lanarum cōchylia quis in pristinum candorem reuocet? Recens testa diu & saporem retinet & odorem, quo primùm imbuta est. Græca narrat historia, Alexandrū potentissimū regem orbisq; domitorem, & in moribus, & in incessu, Leonidis pædagogi sui non potuisse carere uitijs, quibus adhuc paruulus fuit infectus.

Pœnitentiam quoq; suam Deus memorat ad pœnam, qua puniri desinerent, qui esse impij destitissent. Vt ergo figulo promptum est amissum uas ad eandem, uel quam uolet, speciem reformare: Ita Deo facile est post uitiorū casus uolentes se erigi, per doctrinæ suæ institutionem ad pietatem ab impietate reparare.

Quomodo malè filiæ consulit, qui illam contumelioso & sæpe repudiato collocauit: quomodo malus paterfamiliâs habebitur, qui negociorum gestorum damnato, patrimonij sui curam mandauerit: quomodo dementissimè testabitur, qui tutorem filio reliquerit pupillorum spoliatorem: Sic pessimè beneficia dare dicetur, quicunq; ingratos eligit, in quos peritura conferat.

Neq; si filiam haberes, & tanta esses amētia, ut eam lenoni locares, & meretrix efficeretur, inde regis filius eam conspectam tam turpi liberaret seruitute, & sibi matrimonio coniungeret, iterum eam in fornicem adducere posses, quippe qui semel dedisti, semel uendidisti. Huiusmodi nostra est causa: locauimus carnem nostram diabolo lenoni grauissimo: quod cū Christus animaduerteret, eam eripuit, & à sæua illius tyrannide liberauit. Iam igitur nostra non est, sed eius qui eam in libertatem uendicauit: qua si uelles tanquam regia sponsa uti, nemo prohibet: sin ad priora eam reuocas, ea patietur, quibus digni sunt hi qui ita iniuria afficiunt,

C perpeti. Quamobrem eam magis ornare oportet, non ignominia afficere.

Quemadmodum filius ordine quidem à patre secundus est, quoniã ab illo est; & dignitate, quoniam origo est, atq; causa essendi pater ipsi est, & quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deum patrem: natura uerò nullo modo secundus, qm̃ in utroq; una est deitas: Ita uidelicet & spiritus sanctus, etsi dignitate & ordine secũdus à filio est, nõ tamẽ uerisimiliter alienę ipsum esse naturę inde cõsequetur.

Sicut degener filius ad opprobrium pertinet generosi patris: Sic & Christianus iniustus ad blasphemiam pertinet Dei iusti. Nam sicut per bonos Christianos Deus glorificatur, sic per malos blasphematur.

Quòd si putent necesse esse à filio Dei alios nasci, quia ipse natus ex patre est: quur patri etiam patrem non quærunt, secundum humani generis consuetudinem? Sin autem pater à nullo est, & nostras leges omnino etiã in hoc superat, nulla ratio coget ut à filio filium nasci oporteat: erit enim in hoc etiam patri similis: ut sicut hanc animalium naturam pater excedit, quoniam à nullo est, sic filius quoq; excedat, quoniam nullum generat. Nam propter hoc etiam mirabilis imago patris in filio est. Sicut enim pater immutabilis est, quia semper pater, & nunquam filius; Sic uerbum suum ex ipso prodiens, immutabile permanet patris uerbum, & semper filius, & nunquam pater: similis igitur in hoc genitori est.

Quomodo solebant filij Israël, dum eorum staret religio, & templi ceremoniæ seruarentur, offerre uictimas cum psalmis in domo domini: Ita usq; hodie in domo Dei, quæ est ecclesia, filij Israël, qui mente conspiciunt Deum, spirituales offerunt hostias cum fructibus atq; uirtutibus animæ suæ in uasis mundis, hoc est, in sanctis corporibus.

Quemadmodum filij Israël, quanto magis opprimebantur ab Aegyptijs, tanto
D magis multiplicabantur & crescebant: Ita nominis Christi gloria, quo magis prohibebatur ab hominibus, eo amplius diffundebatur.

Nam quemadmodum scelus, quod filij Iacob designabãt in fratrem suum Ioseph, & quo uendebant alienigenis, opus quidem Satanæ fuit, Deus autem arripiens illud, utebatur pro organo ad conficiendam salutem domui Israël: sic enim Ioseph ipse exponit: Vos, inquiens, cogitastis de me malum, sed Deus uertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut impræsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos: Ita & morbi sunt quidem opera & uincula Satanæ, Deus tamen apprehendens eos manibus suis, mutat ipsos in sua ipsius opera, per quæ in nobis salutem cõficiat. Sic Iob de afflictionibus suis sentiebat. Dominus, inquit, dedit, dominus abstulit: &, Si bona accepimus de manu domini, mala cur non sustineremus? Sic Daniel confitetur exilium Babylonicum à domino esse, propterea quòd dominus receperat illud in manus suas, & uertebat in salutem Israëlitarum. Quare cùm aut morbi, aut aliæ afflictiones nobis immittuntur, agnoscenda quidem sunt peccata nostra, agnoscenda est potentia Satanæ propter peccata, non tamen sentiendum est de morbis aut afflictionibus, secundum quòd excitantur à Satana: is enim non spirat, nisi exitia & interniciones, sed secundũ quod sunt à domino Deo nostro in manus suas accepta, qui cùm non sit tantùm optimus, uerumetiam omnipotens artifex, pro singulari sua bonitate & prudentia efficit, ut his qui diligũt ipsum, omnia simul adiumento sint in bonum per Iesum Christũ dñm nostrum.

Duos filios habet homo, alterum castigat, alterum dimittit: facit unus malè, & non corripitur à patre, alter mox ut se mouerit, colaphis cæditur, flagellatur. Vnde ille dimittitur, & ille cæditur, nisi quia huic cæso hæreditas seruatur, ille autem dimissus exhæredatus est? Videt eum non habere spem, & dimittit eum ut faciat quod uult. Puer autem qui flagellatur, si cor non habuerit, & imprudens fuerit & stultus, gratulatur fratri suo qui non uapulat, & gemit de se, & dicit in corde suo:

Tanta

A Tanta mala facit frater meus, quicquid uult facit contra præcepta patris mei, & nemo illi facit durum uerbum, ego mox ut me mouero, cædor. Stultus est & imprudens, attendit quid patitur, & non attendit quid illi seruetur. Ideo ait propheta in quinquagesimo psalmo: Vir insipiens nõ cognoscet, & stultus non intelliget hęc. Quæ sunt quæ non intelliget stultus, & quæ imprudens non cognoscet? Cũ exorti fuerint peccatores sicut fœnum. Quid est sicut fœnum? uirẽt cum hyems est, sed æstate arescent. Attendis florem fœni, quid citius transit? quid lucidius? quid uiridius? Non te delectet uiriditas ipsius, sed time ariditatem ipsius. Sed iustus ut palma florebit. Palma in nouissimis pulchra est, ut initium eius à terra ducas, finem ipsius in cacumine, ubi habet totam pulchritudinem, aspera radix uidetur in terra, pulchra coma sub cœlo est. Erit & tua pulchritudo in fine, radix tua fixa sit, sed sursum uersum habeamus radicem nostram. Nunquid cùm sol exierit, arescit palma? Nunquid arescit cedrus? cũ autem sol candens aliquando fuerit, arescit fœnũ. Veniet iudicium ut arescant peccatores, ut uirescant fideles.

Vterq; flagellat, sed alter ut iudex, alter ut supplicij minister: alter ut emendet, aut coronet, alter ut perdat. Eapropter Deo agunẽ gratiæ, Satanas execrabilis est: Sic reus, cũ iudicis sentẽtia plectiť, nec indignať, nec supplicat carnifici, sed iudicẽ rogat, ut mitiget pœnã, penes quem est autoritas. Carnifex agit ex præscripto, nec ius habet uel augendi uel minuendi cruciatum. Eoq; qui spem suam fixerunt in Christo, non terrentur sæuitia Satanæ, cui quanquam adest perpetua uolũtas perdendi hominem, tamen ne pilũ quidem eius lædere potest ultra permissum Dei.

Nunc flagellatur iustus, quia ut filius ad æternæ hæreditatis patrimoniũ præparatur: iniustus autem ad debitam mortem currens, effrenatis uoluptatibus utitur, quia & uituli qui mactandi sunt, in liberis pastis relinquuntur: at contrà, iu-
B stus à delectationis transitoriæ iucunditate restringitur, quia & uitulus ad laboris usum deputatus, sub iugo tenetur. Negantur electis hic bona terrena, quia ægris quibus spes uiuendi est, nequaquam cuncta quæ desiderant, à medico conceduntur. Dantur reprobis bona quæ petunt, quia desperatis ægris, omne quod desiderant, non negatur.

Sicut flagriones, & ingrati quidam famuli, cũ non possint à domino suo occultari, huc & illuc in angulos domus currere solent, metu illorum conscientias cõcutiente: Ita & hi nullum inuenientes effugium, in ipsa domo paradisi uersantur.

Quasi flamma in calamos & fœnum incidens, in suam naturam, quę uruntur transfert: Sic & Paulus omnes inuadens omnia ad ueritatem transferebat, sicut torrens, quia omnia corripit, & impedimenta refellit. Et sicut athleta quidam ipse luctans, currens, & pugilem agens, uel miles muros oppugnans, in campo prælians, & in nauibus belligerans: Ita omne genus pugnæ tractabat, & ignem inspirabat, & omnibus inaccessus erat, uno corpore orbem comprehendens, una lingua omnes euertens.

Sicut flumina de uentre iusti fluunt, & fontes uberes in uitam æternam per uarias multiplicesq; sententias quibus imperat sermo domini: Ita & hæresiarchæ aquas suas, quibus imperant, & quæ ex eorum primùm fonte manarunt.

Quemadmodum flamma illa quæ in stupis aridis sursum fertur, simulatq; contacta fuerit, in cinerem uertitur: solidorum uerò lignorum ea natura est, ut neq; facilè incendantur, neq; cũ accensa fuerint, ardentem flammam facilè dimittant: Ita & illi quidem animi, qui solidi sunt ac firmi, neq; facilè incenduntur, neq; facilè extinguuntur: isti uerò utraq; illa unico temporis momento patiuntur.

Quemadmodum flamma non potest opprimi, nam circa id diffugit quo urgetur: Quemadmodum aër uerbere aut ictu non læditur, nec scinditur quidem, sed circa id cui cessit, refunditur: Sic animus qui ex tenuissimo constat, deprehendi nõ potest,

C potest, nec intra corpus affligi, sed beneficio subtilitatis suæ pro ipsa quibus premitur erumpit.

Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi non potest, non magis quàm quiescere: Ita noster animus in motu est, eo mobilior ac actuosior, quo uehementior fuit.

Sed hi persimiles illis fuerũt, qui flammam quidem extinguere petunt, oleum pro aqua instillantes, ardentiorem illam efficiũt: & sicut ignis rubum ardebat, sed non consumpsit. Quin potius sicut lignatoribus syluam cędentibus multo plures pullulant propagines ab radicibus, quàm sint rami qui inciduntur: Ita tunc quoq; pijs cõplurib. interfectis, multo plures quotidie ad doctrinã euãgelicã accedebãt.

Licebit ex ingentibus campis flosculos legere, & non quantum ager exuberat, sed quantum odoratui sufficiat carpere. Sicut & cũ quis accedit ad fontem, non ei tantum haurire necesse est, quantum uena diues effuderit, sed quantum arentes siti mitiget fauces, & ne forte plus iusto sumpta, fiat potãti salubris unda pernicies: Sic diuinæ scripturæ mysteria consideranda.

Sicut illi flores colores preciosissimi sunt, quibus trabea imperatoris tingitur: Sic illæ uirtutes magni precij sunt, quibus charitas continetur. Nihil porrò charitatem ita continet atq; conseruat, ut commissorum aduersus te peccatorũ obliuio.

Homines nati in mundo, sunt quasi flores in campo. Vita in carne, flos in fœno est, homo more floris ex occultis, & apparet subitò in publico, qui statim per mortem trahitur ad occultum: carnis uiriditas nos ostendit, sed ariditas pulueris ab aspectibus retrahit.

Velut florum reliquis quidem usq; ad odorem uel colorem est usus: apes autẽ mel ex ipsis excerpere nouerunt: Sic & qui diligentes in legendis Gentilium libris

D existunt, non solùm quod dulce iucundumq; fuerit in eorum libris persequũtur, sed quandam ex eis utilitatem animo referre contendũnt. Velut item apes (quando hæ nobis propè huic exemplo suppeditant) non omnibus floribus similiter insidunt, neq; ex eis ad quos accedunt, omnia auferre conantur, sed quantum ipsis ad opus necessarium fuerit, comprehendentes, reliquum dimittunt. Nos etiam ut sobrij sapientesq;, quantum congruum nobis propinquumq; ueritati ex ipsis fuerit, persequamur, reliquum prætereamus. Et sicut in legẽdis rosis sentes uitamus, sic in talibus sermonibus quicquid est utile, carpentes, noxium uitemus.

Quemadmodum in fluminibus maior pars tuta est, paucię; sunt fluctus atq; profunda: Ita in Deo pars maior occulta est, neq; inuestigari possunt opera ipsius.

Quemadmodum maris fluctus, quamuis cogamur, enumerare nunquam potuimus: Ita neq; beneficiorum Dei, quæ in nostram contulit naturã, uarietatem.

Quemadmodum fluuius ex alto ruens loco ita subitò exuberat, ut stantes in ripa quandoq; attingat: simul uerò ubi attigit, mox defluat: Sic & opum felicitas breuissimum habet & lubricum statum, alios aliter apta mutare possessores. Hodie huius est ager, cras erit alterius, & paulo pòst ad alium perueniet. Respice parumper ad ciuitatis domos, quot nomina ex eo tempore quo fuerunt ædificatæ, sortitæ sunt, aliter ab alijs atq; alijs appellatæ possessoribus. Et aurũ per manus habentium fluens semper ad alium transfertur, & ab illo ad alium: magis enim aquã manu quàm diuitias tibi constanter retinere poteris.

Sicut nec fluuius cùm mare ingreditur, & circuit terras, de sinu sui fontis unquam est absens: Ita proculdubio uerbum tuum domine, Christus cùm ad nos uenerit, de sinu tuo pater, nunquam abscedet.

Fluuius est prædicatorum ordo, non eodem permanens loco, sed extendens se & currens, ut diuersas irriget terras.

Fluuius dum per alueum defluit, si ualles concauas ex latere contingit, in eas protinus

A protinus ſui impetus curſum diuertit, cumq́ꝫ illas ſufficienter impleuerit, repentè ſe in alueum refundit: Sic diuini uerbi eſſe tractator debet, ut cùm de re aliqua diſſerit, ſi fortaſſe iuxta poſitam occaſionem congruæ ædificationis inuenerit, quaſi ad uicinam uallem linguæ undas intorqueat, & cùm ſubiectæ inſtructionis campum ſufficienter infuderit, ad ſermonis propoſiti alueum recurrat.

Quando in unum quendam locum congelatus fluxus colligitur, emortuum redditur ipſum membrum, & omnem ſenſum amittit, ita ut nec aduſtionem, nec inciſionem, ſiue quicquam aliud perſentiſcat: Ita & qui laſciuiæ ſeipſos ſemel tradiderunt, nihilo permouentur, nec mordentur, ſiue de ignis ſupplicio, ſiue de ferro ſermonem inducas. Semel enim emortuum prorſus eſt ipſorum membrum. Et niſi ſtupiditatem illorum ſuſtuleris, ut ſanatis membris tactus ſenſum recipiant, fruſtra conaberis omnia. 1

Ex improuiſo, uel tranſeunter ad horam fœmineus aſpectus occurrens, uelut ſagittas alienis oculis iactat.

Quemadmodũ is qui fœminam quampiam adamauerit, alia uiſa quæ pulchritudine priorem excedat, illa intermiſſa hanc deperibit: Sic terrenæ gloriæ ſectatores, ut primũ diuina illuxerit, eam facilè contemnent. 3

Non nouit pecunia fœneratoris uno diutius loco ſtare, ſolita tranſire per plurimos, uno teneri ſacculo: uerſari ac numerari expetit, uſum requirit, ut acquirat uſuram. Fluctus eſt quidam maris, non fructus. Pecunia nunquam quieſcit. Labitur uel ſcopulo illiſa, ita gremium debitoris percutit, & continuò relabitur eò unde proceſſit. Cum murmure uenit, cum gemitu reuertitur. Frequenter tamen placidum ſtat uentis mare, ſemper fœnoris unda iactatur, mergit naufragos, expuit nudos, ueſtitos exuit, inſepultos relinquit. Nummum ergo petis, & naufragium
B ſuſcipis. Hinc charybdis circunſtrepit, hinc ſirenæ, quæ uoluptatis ſpecie, & canoræ dulcedinis ſuauitate, in uada deductos cæca, repetendæ domus, ut ferunt fabulæ, ſpe & cupiditate fraudabant. Statim uenditores unguenti, & diuerſarum ſpecierum irruunt uelut quidam canes, ſagaci prædæ uagantis odore præſtricti, uenatores, aucupes, caupones quoꝗ miſcentes mero aquam, &c. Vide Ambroſ. tomo 4. lib. de Tob. cap. 5.

Quomodo fœnerator quoſdam debitores non appellat, quos ſcit decoxiſſe, & in quorum pudorem nihil supereſt, niſi quod pereat: Sic ego quoſdam ingratos palàm ac pertinaciter præteribo, nec ab ullo beneficium repetam, niſi à quo nõ ablaturus ero, ſed recepturus.)

Prę̨ter hęc aũt & hoc ipſum, quod lõgo pòſt tẽpore fœnus recepturus es à deo, multarũ tibi diuitiarũ argumentũ eſt. Vſura ſiquidẽ eò redibit auctior. Etenim & fœneratores uidemus cũ his quibus mutuũ dant, hoc facere ut libentius dent mutuũ à quibus ſciũt ſe poſt multũ tẽporis recepturos. Vſuræ ſiquidẽ curſum pręſcindit, qui ſtatim ſummã uniuerſam reſtituit: quæſtũ uerò auxit, quiſquis cõcreditũ, multum temporis apud ſe detinuit. Cum hominibus igitur ſiquando negocium fuerit, non adeò ægrè ſolutionem moramur, ſed callidè ſatagimus, quò per longi temporis interuallum auctior uſura reddatur: Cum Deo uerò agentes animi tam ſumus puſilli & anxij, ut ob id ipſum quod non ſtatim recepturos nos putamus, adeò contemur & refugiamus: Atqui, quemadmodum dixi, & hic reddit, & cum ea quam dixi cauſa, ſimul & aliud quidpiam maius diſpenſans, in futuram uitam omnia recondit. Magnitudo ſiquidem eorum quæ largitur, donicꝫ illius pulchritudo præſentis uitæ tenuitatem tranſcendit. Neꝗ enim poſſibile eſt, ut in corpore hoc corruptibili & fragili immarceſſibiles illas coronas quis capiat, aut in præſenti uita tumultuoſa turbationumq́ꝫ plena, multiſq́ꝫ rerum mutationibus obnoxia, immobilem & tranquillam illam, quietamq́ꝫ omninò ſortem poſſideat. Iam perpende, ſi

C de,si quis quod tibi deberet aurum in aliena terra conuersanti, familiamq; nullam habenti,neq; trãsmigrationem facere potenti,redditurum se promitteret, quibus precibus contenderes,ne inter alienos illud,sed magis domi persolueret? Et spiritualia illa ineffabiliaq; bona in hac uita recipere uoles? Quantæ,quæso, istud fuerit amentiæ? siquidem quicquid hic receperis,corruptibile recipies omnino. Quòd si uerò futurũ tẽpus præstolaberis,incorrupta tibi & immortalia reddent omnia.

Si qui fodiunt metalla,ne minima quidem frustula prætereunt, uerùm ubi nacti fuerint aliquam uenam auri,meatus omnes exactè circumspiciunt: Multo magis hoc facere nos oportet in scripturis. Et tamen in metallis difficile est inuenire quod uenantur. Etenim quum & metalla sint terra, & aurum nihil aliud sit quàm terra,ipsa quoq; naturæ communio similitudoq; celat aspectum eorum quæ quæruntur. Attamen ne sic quidem desistunt illi, sed omnem adhibent diligentiam, etiamsi posteaquam inspexerint,sciant quid uerè sit terra, quid uerè aurum. In scripturis autem non est eadem ratio:neq; enim proponitur aurum terræ commixtũ, sed purum est aurum. Eloquia(Psal.11.)Dei pura, argentum igni exploratũ, probatum terræ. Siquidem scripturæ non sunt metalla quæ indigeant operarijs, sed thesaurum præbent paratum ijs qui quærunt opes in ipsis reconditas. Satis est eñi introspexisse, ut omni expleti fructu discedatis, satis est tantum aperuisse, ut illico uideas gemmarum splendorem.

Vt folium uento ducitur:Ita homo flatibus tentationum, nunc ira, libido, superbia,&c. eleuatur & deponitur flatibus tentationum.

Homo est quasi folium quod in paradiso ab arbore uitæ cecidit,quodq; uento tentationum rapitur,ac desideriorum flatibus leuatur, ac suorum peccatorũ pondere ad inferna trahitur.

D Quemadmodum folia uirere per se non possunt,tantum desiderant cui inhæreãt,ex quo trahant succũ: Sic ista præcepta,si sola sunt marcent,infigi uolũt secũ.

Non patior ut fons obturetur ac torrens profluat,sol abscondat,& astra splendeant,canities cedat,ac iuuentus ferat leges,sapientia obticeat, & rerum inexpertus iuueniliter uerba faciat: imber enim rapidus, nequaquam placido est utilior. Ille enim quum impetuose fertur,rura trahit, agricolamq; lucro plectit capitali ,hic uerò leuiter effusus,& ad inferiora delapsus,terram fœcũditate replet, arantemq; à labore liberat,ac spicam ad fructum perducit maturũ: Ita & in sermonibus abundantior nequaquam sapientiori est utilior: hic enim aliquantulum fortassis oblectans euanescit,pariterq; cum aëre percusso dissoluitur, nihil ultra hoc conferens, sed auditum auidum facundia tanquam incantamẽto demulcet:qui uerò in mentem penetrat,acos dilatat,repletur spiritu, & generatione uidetur lõgior, multũq; fructum paucis producit syllabis.

Quemadmodum fons,si aquarum flumina in seipso quasi stagnum quoddã retineat,facilè putrescit: Eodem certè modo diuites, cùm in seipsis opes suas detineant,marcescũt. Idcirco trito prouerbio fertur: Multa diuitiarum putredo apud hominem est,nec dicitur magna copia,ingens thesaurus: putredo enim profectò est,non possidentium,sed opum ipsarum.

Sicut fons,qui non solito humore distillat,exagitatur surculis,& ita largior inuenitur,ac primùm ex eo turbida aqua producitur, ut unda purior subsequatur: Sic ergo & sanctitas uestra asperata quidem fuerat austeritate sermonis,sed deuotior facta est dulcedine pietatis. Turbulentum enim quiddam uestri animi forsitan retinebant, sed iam ex uestris moribus profluit omne quod purum est.

Fons cuius riui obturati sunt,cogitur in altum ascendere. Et arbor cuius rami à lateribus abscindunt,crescit in terra: Sic etiã homo qui exterius nudatur à tẽporalibus solatijs,& ab hominũ cõplacentia, melius se sursum cõuertit ad Deum.

Quidam

A Quidam diuinæ misericordiæ fontem uberrima suæ gratiæ fluenta nobis largissime communicantem inuidere uidentur hominibus, & immensum certis uelle concludere limitibus & finibus constringere, ut non nisi prima deleat peccata, alijs uerò delendis aut non sufficiat, aut non admoueatur. Neq; satis perspiciunt, si constituta sit corpori humano medicina adeò efficax & salutaris, ut quotiescunq; in morbum quis inciderit, ea sumpta protinus sanetur, si quis spōte morbum incurrit, ductus spe recuperandæ per medicinam sanitatis, quæ facit ut minus ille sibi à morbo caueat, huius frequentis in morbum recidentiæ causa non est medicina, ut quæ ordinata sit duntaxat ad morbi expulsionem, sed negligentia ac prauitas hominis, eo quod bonum est ad malum abutentis, præter rei illius ordinem & naturam. Quòd si quis contendat medicinam illam secundo ægrotanti minimè adhibendam esse, quin potius sustollendam, ne ansam dare uideatur hominibus licentius uiuendi, quis hūc sana mente esse dixerit, aut æquo tulerit animo? Quis item hoc pacto rectè sanitati humanæ consultum iuerit? Nō aliter pœnitentia ad deletionis criminum præparationem à Deo ordinata est: si quis autem frequentē eius susceptionem materiam fecerit liberius peccandi, id sua duntaxat improbitate facit, ex bono mali sumens occasionem, & non ex ipsius pœnitentiæ natura aut ordinatione. Iustitia eīm est ad abolenda peccata cōmissa, nō ad futura perpetrāda.

Quum fontem uidemus uicinos agros suis irrigantem fluentis, illum fœcundum & aquis exundantem eo signo cognoscimus. Quū itaq; tanta futura sit aquę uiuæ in credentibus in Christum copia, ut instar fluminum emanet & defluat in alios, quanta putandum est largitate, quanta ubertate, aquam illam spiritualem & mysticam in intimis credentium uisceribus scaturire?

Quemadmodum si quis in limpidum fontem stercus iniiciat, totum immundum reddit: Ita si diuitias auaritia attigerit, omnes fœtore suo corrumpit.

B Cùm de fonte interrogati, non possumus dicere quòd ipse sit fluuius, nec de fluuio interrogati, possumus dicere quòd sit fons, & rursum potionem quę de fonte uel fluuio est, nec fluuium nec fontem possumus appellare, tamen in hac trinitate aquam nominamus. Nam si quæro utrum in fonte aqua sit, respondetur, aqua. Et si quæramus utrum aqua in fluuio, nihil aliud respondetur, & in illa potione non potuit esse alia responsio: nec tamen eas tres aquas, sed unam dicimus. Sicut in arbore radix non est nisi radix, nec robur nisi robur, nec ramos nisi ramos possumus dicere. Non enim id quod dicitur radix, potest dici robur & rami, nec lignū quod pertinet ad radicem, potest alio etiam transitu nunc in radice esse, nunc in robore, nunc in ramis, sed tantummodo in radice, cùm illa regula nominis maneat, ut radix lignū sit, & robur lignū, & rami lignū: nec tamen tria ligna dicanť, sed unum. Aut si hæc habeant aliquam dissimilitudinem, non possit non absurdè tria ligna dici propter firmitatis diuersitatem. Illud certè omnes cōcedunt, si ex fonte tria pocula repleantur, posse dici tria pocula, tres autem aquas nō posse dici, sed omnino unam aquam, quanquam de singulis uoculis interrogatus, in quolibet horum aquam esse respondeas, quamuis nullus hîc transitus fiat, sicut de fonte in flumina dicebamus. Hæc autem propter illius diuinæ naturæ similitudinem, sed etiā propter uisibiliū unitatē, corporalia exempla data, ut intelligatur fieri posse, ut aliqua tria, non tātùm singulatim, sed etiā simul, unū singulare nomē obtineāt.

Quemadmodum si ex profundissimo & iugi fonte, quantumuis aquæ haurias, nihil tamen his diminuitur: Ita in unigeniti operibus, quodcunq; ex his productum factum'ue credideris, nihilominus effecit.

Ex fonte dulci manans aqua suam refert originem, & dulcis est. Ex fonte uerò amaro & turbido, non potest unda suauis profluere, sed amaricata & horrida gustu. Atqui animus hominis ut fons est, quę intra se concipit iugiter scaturiens: qui

C si beneuolus fuerit, & syncero affectus amore, talia etiam sensa & cogitata expromet: sin uerò maleuolentiæ ueneno labefactus, aut inuidiæ tabe fuerit corruptus, nihil rectum, nihil amicum, nihil denicp benignum meditabitur, sed obliqua sinistracp cogitatione quæcuncp audita interpretabitur.

Cernitis quòd fontes plumbeis inclusi fistulis, cùm ualde ob angustiam urgētur, & in unum feruntur, adeò plerunq; aquæ uim exuperant naturalē, ut etiā ad superna prorumpant, quum assiduò à sequentibus propelluntur: Ita etiam, si cupiditatem extinxeris, & tota Deo adglutinaberis, in altum eleuaberis, unde non decides, unde non separaberis, tota Christi permanseris, donec sponsum tuū uideas Christum, inaccessibilē te seruato, tam sermone quàm opere, uita, cogitatione, & motu: undiq; te malignus tentare satagit, omnia speculatur, ubi iaculetur, ubi uulneret, ne quid nudum & plagæ inueniat obnoxium, quanto puriorem uidet, tanto magis inquinare contendit. Siquidem splendidæ uestis sordes sunt manifestiores. Ne oculus oculum trahat, ne risus risum, ne consuetudo noctem, ne nox perditionem: quod enim particulatim subtrahitur, & furto surripitur, insensibile ad præsens damnum habet, sed ad summam malitiæ oram.

Quemadmodum in fontibus ubi multæ herbæ, fœnum, stramina, stercus, lapides, lutum, continuæ obturationes fiunt, & deinde superfluit sursum luti uoramen, ita & in diuitum uentribus contingit. Nam dum ille infrà obstruitur, suprà scaturiunt plura quàm hæc mala fluenta: sed non ita est cū pauperibus, sed quemadmodum plura flumina profluunt fontes, & hortos irrigant, ita & uentres ab illis superfluitatibus puri sunt: sed non tales diuitum, imò delicatorum non tales sunt uentres, & succis phlegmatis, felle, corrupto sanguine, putrefacto humore, & alijs talibus pleni sunt. Eapropter nullus, etiamsi ad paruum suffecerit tem-
D pus, semper in delicijs uiuere sufficiet, sed in perpetuis uiuet morbis.

At quatenus serui forma est, seruis ac cōseruis sese accommodat, & alienæ formæ conformat, totum me unà cum meis in seipso gerens: ut quemadmodum uel ignis ceram, uel terræ uaporem sol: Sic quod in me uilius est, in se ipse consumat: ex quo commercio bonorum, illius & ipse fiam particeps.

Cum his Athanasio est certamen, & ab aliquibus parumper superatur, nonnullos etiam superat: si hoc nimis dictum est audacter, & hos quidem uerbis, alios uerò operibus: quorundam mansuetudinem, aliorum uerò zelum, nōnullorum pericula, & horum quidem plura, aliorum uerò omnia est imitatus, ac aliud quid pulchritudinis ab alio sumpsit, non secus ac hi, qui formas ex excellentia depingunt, & in solam animam suam deduxit, ac unam uirtutis speciem ex omnibus diligenter collegit: eos enim qui sermonibus præstabant, operibus: qui uerò operibus excellebant, sermonibus uicit. Aut si uultis, sermone eos, qui sermone erant celebres: operibus aūt eos, qui operibus fulgebant, superauit: eos uerò qui in utrisq; his mediocriter se habebant, in altero supergrediebatur: illos autem qui in utroq; summi erant, ambobus præcurrebat.

Perit enim ille simul in tua forma si concupierit, & admisit in animo quod concupiuit, & facta es tu gladius illi: ut à culpa uaces, ab inuidia non liberaberis. Vt cū in alicuius agro latrocinium gestum est, crimen quidem dominum non constringit, dum res tamen eius ignominia notatur, ipse quoq; infamia aspergitur. Expurgamus nos ut alteri pereant, ubi est ergo: Diliges proximum tuū sicut teipsum? Nolite uestra curare, sed alterius.

Quemadmodum formica æstate colligit unde in hyeme pascatur: Sic unusquisq; Christianus in rerum tranquillitate, quam significat æstas, colligat uerbum Dei, ut in aduersitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine significantur, habeat unde spiritualiter uiuat.

Fornax

A Fornax fumigabunda exprimit uitam humanam, quæ implicita est iniquitati bus seculi istius atq; inuoluta, non habens ueri fulgoris claritudinem, & splendorem synceri luminis: intus quasi fornax æstuat diuersis cupiditatibus, & quibusdā desideriorum anhelat ignibus, foris uelut quodam fumo attexitur, ne uideat ueritatis faciem. Obumbratur itaq; & obducitur quadam caligine oculus animæ, ut confundatur globo quodam fumigantis nebulæ, mentis aspectus, ne pura sit aspectari negocia, donec cœlestes lampades dirigat dominus Iesus Christus, hoc est, fulgorem gloriæ suæ.

Aut quomodo non absurdum erit fortitudinem eorum mirari, qui Dei uerbū in seipsis habuerūt: ipsum autem filium Dei formidolosum ita putare, ut timoris morbo uictum credamus? Sed omnia ille perpessus fuit, ut nos ab omnibus liberaret. Sicut igitur nisi mortuus esset, mors non extingueretur: Sic nisi timuisset, non essemus nos à metu liberati: nisi doluisset, non cessassent dolores nostri. Et ita singulas passiones carnis fuisse in Christo absq; peccato commotas inuenies, ut non ab ipsis homo ille superaretur sicut & nos, sed ut commotæ uincerētur uirtute inhabitantis uerbi, & sic natura nostra reformaretur ad melius.

Quomodo multos fortuita sanant, & in flumen alicubi cecidisse frigore magno, causa sanitatis fuit: quomodo quorundam flagellis quartana discussa est, & metus repentinus animum in aliam curam auertendo suspectas horas fefellit, nec ideo quicquam horum, etiamsi saluti fuit, salutare est: Sic quidam nobis prosunt dum nolunt, imò quia nolunt, non tamen ideo illis beneficium debemus.

Vbi fragrantia est, ibi non habet locum graueolentia: Ita ubi sanctum est unguentum, ibi suffocatur dæmon, lætificat simul agentes, animam recreat, odorem diffundit. Vbi spinæ, ibi bestiæ: ubi hospitalitas, ibi non sunt spinæ. Misericordia B ingrediens, quauis falce melius sentes execat, quouis igne uiolentius exurit.

Si enim frater tuus uulnus habeat in corpore, quod uult occultari cùm timet secari, nónne crudeliter à te sileretur, ac misericorditer indicaretur? Quāto ergo potius debes manifestare crimen, ne deterius putrescat in corde?

Reuera fratres nullum mare tam profundū est, quàm est cogitatio Dei, ut mali floreant, & boni laborent. Nihil tam altum ubi naufragat omnis infidelis, in isto uis transire profundum hoc? A ligno Christi noli resilire, non mergeris: tene te ad Christum, nam ipse laborare uoluit ideo in terra.

Frigus & mœror contrahit corpus nostrum, calor & hilaritas dilatat, eoq; qui ringuntur, contrahunt frontē, adducūt superciliū, & qui dolore discruciantur, macerantur & cōtabescunt. Contrà, qui gaudent, dicuntur exporrigere frontē, & corpore fiunt habitiore. Eandē ob causam in adolescētibus cū explicat se calor natiuus, corpus grandescit ac distenditur. Rursus in senibus deficiente calore, omnia mēbra contrahuntur, ipsa etiā uox fit exilior. Similiter hyemis rigor omnia cōtrahit, ueris tepor exhilarat & dilatat uniuersa. Nec aliā ob causam hilarior est iuuentus, senecta tristis. Animus enim illigatus corpori iuxta naturā, uelit nolit corporis affectioni bus commouetur, quemadmodum uicissim affectiones animi redundant in corpus, quod notauit & Salomon: Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Cæterùm ad corporis uigorem aut exitium plurimum habent momenti spiritus, si medicis credimus, qui coarctati & inclusi tabefaciunt corpus, moderatè sparsi agitatiq; uegetant, subitò effusi mortē adferunt: neq; desunt apud historicos exempla, quæ docent quosdam subito & insperato gaudio fuisse exanimatos, quum nouum nō sit homines animi mœrore sensim extabescere. Causam reddunt, quòd gaudium aperiat spirituum meatus, mœror occludat. Itaq; fieri, ut gaudio immodico plus satis dilatatis meatibus, semel euolent spiritus, subitamq; mortem adferant: cōtrà coarctati spiritus & inclusi, paulatim euocent hominem.

C Quod in corporibus hominum facit lethargus, hoc in animis eorum, in quibus refrixit charitas, facit auaritia. Quanquam est calor intemperans qui phrenesim adducat: Talis est animus accensus igne gehennæ, qui fratri molitur exitium: Talis est lingua iuxta Iacobū, eodē inflammata igni, quæ maledicit immerenti proximo. Noster ignis charitas est, quæ, iuxta Paulū, non peccat: huius calor dilatat animos angustos & contractos, inuidia, odio, metu paupertatis, persecutionis & mortis.

Quemadmodum frondium iactura facilis est, quia renascuntur: Sic istorum quos amas, quosq; oblectamenta uitæ putas esse, damnum leue est, quia reparantur, etiamsi non renascuntur.

Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit: Sic in senectute honorem legitimum consequi non poterit, qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitatione non laborauit.

Quemadmodum humectos fructus, & qui necdum possunt moli ut fiant farina aut simila, quando uoluerimus aptos esui reddere, igne eos confringentes, paleas eorum, in eo quòd eos frangimus, separamus: Sic quicunq; necdum scientiā solidam habemus, nec subtilem excelsamq; theologiā, necdum enim illam discernere idonei sumus, spiritualium scripturarum perfectam scientiam non habentes, opus habemus eam in igne spiritus frangere, id est, illius operationem & subministrationem nobis commodare, ut ab ea literæ paleas separemus.

Luxurioso frugalitas pœna est, pigro supplicij loco labor est, delicatus miseretur industrij, desidioso studere, torqueri est: Eodem modo ad quæ omnes imbecilles sumus, dura atq; intoleranda credimus, obliti quàm multis tormentum sit uino carere, aut prima luce excitari.

Quemadmodum frumentum in terram cadens, lucrum projcienti parit: Sic

D & panis in esurientem proiectus, multam in posterum tibi reddet utilitatem.

Sed quæ ad Cæsarem pertinuerunt, Cæsari dedistis: quæ uerò Dei, obtulistis Deo: huic quidem uectigal, huic uerò timorem, populumq; uestris alentes, ad nos uenitis alendi: nam & nos frumētum diuidimus, forsitan distributione uestra nō deterius: adestote igitur, ac panem meum comedite, ac uinum bibite quod miscui uobis: aduoco uos cum sapientia ad mensam meam, siquidem animi uestri laudo gratitudinem, & ad promptitudinem uestram accurro, quoniam ad nos tanq; portum singularem confugistis, & ad similes uobis accurristis, fideiq; cognationē honorastis, ac inter absurda esse reputastis, quòd conuitiatores rerum supernarū, unà sentire & inter se concordare possint, & putare quòd per unumquenq; marcidum rectè disponi ualeat concordatio communitatis, non secus ac funium nexibus complicata.

Quemadmodū fuga in hyeme & sabbato dolor est corpori, & profanatio animæ: Sic affectuum impugnatio senescenti corpori, & animæ sanctificatæ.

Fulgur è cœlo coruscans nō in unum tantùm angulum detruditur, sed dispergitur in totam illam regionem, quæ ei parti cœli subiecta est: Ita regnum Christi non in unum tantùm locum, uel urbis, uel deserti concluditur, sed dilatabitur in totum orbem terrarum.

Quomodo fulgur nubes dirumpit, & repentina coruscatio non tam illuminat quàm hebetat oculum: Ita aliquando nescio quo motu tangeris à Deo, & tangi te sentis: eum qui te tangit, non intueris.

Quemadmodum prius emicat fulgur, quàm audiatur tonitru: Ita apud plerosq; magistratus antè perit delatus, quàm coarguatur.

Vt qui fuliginosum complexus, non potest nō immundus abire à complexu: Ita & eum qui iniurio homini congreditur, cumq; eo pariter uolutatur in iniuria, necesse est flagitij partem accipere, deq; eiusdem fuligine abire inquinatum.

Veluti

A Veluti fullones ac tinctores qui medicamentis quibusdam rem tingendam præparant, atque ita demum colorem quem cupiunt, siue purpureum, siue aliquem alium inducunt: Sic & nos, si gloria pulchritudinis uitę huius quam tantopere laudamus, illita nobis mensura sit, nisi prius purgati sacras & arcanas scripturæ disciplinas, nõ facilè attingemus aut percipiemus. Et quasi solem in aqua uidere assuefacti, sic illi lumini oculos injiciemus. Quamobrem si nostrorum sermonũ ac Gentilium ulla est conuenientia, uobis illorum ualde cõferet notitia. Sin minus, eos saltem simul cõferendo differentiam discere licebit, cùm ad melioris optionem atque delectum non parum comparatio faciat, & inferiora sæpe collata sint potioribus ornamento. Veluti plantis, quibus propria uirtus est fructu pulcherrimo scatere, folia nihilominus ramis coniuncta quendam ferunt ornatum: Sic & anima, cui præcellens quidem ueritas fructus est, non ab re tamen exteriore sapientia circundatur, sicut folijs quibusdam umbram fructui ac aspectum non intempestiuum præbentibus. Dicitur enim & Moses ille, cuius est in sapientia nomen apud omnes homines maximum, Aegyptiorum disciplinis mentem exercitatus, ita ad eius qui est contemplationem processisse. Similiter & in sequentibus temporibus Danielem Babylone Chaldæorum sapientiam dicunt didicisse, tunc denique diuinas attigisse doctrinas.

Quomodo fulmini, etiam quum latissimè percussit ac fulsit, per exiguum foramen est reditus: Sic animo qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est.

Vt fulmina paucorum periculo cadunt omnium metu: Sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius quàm nocent, non sine causa.

Fumus cùm emerserit, licet glebosus & crassus, tamen paulatim ita deficit abo leturque ne extet: Sic in conspectu ignis cera sic liquefit ut non sit, fumo quidem in B igne per leuitatem sui tenuitatem dilapso: cera autem ui & calore ignis absumpta, quia infirmæ ipsa per sese naturæ potioris diripiatur ardore: quem in modum omnis iniquorum potestas à fine Dei, id est, Dei iudicio liquescit.

Sicut fumus præcedit incendium: Sic flammam fidei & charitatis præcedit cõfessio peccatorum.

Velut fumus apes fugat, & fœtor columbas expellit: Sic angelum uitæ nostræ custodem, lachrymosum ac graueolens peccatum. Si enim in anima tua ea quæ sunt digna angelica custodia habueris, & mens diues ueritatis contẽplatione propter opera præclara, quæ secundum uirtutem egeris, tibi adfuerit, procul necessariò custodes & prẽsidia cõstituet tibi deus, teque angelorũ munitione circũuallabit.

Fumus à loco ignis erumpens, in altum extollitur, & ipsa elatione in globum magnũ intumescit: sed quanto fieret globus ille grandior, tanto fit uanior: Sic impius quo magis exaltatur, tanto citius deficit.

Quod iuxta Hebraicum, & omnes alios interpretes, appellantur funiculi uanitatis, hoc significat quòd faciẽtibus peccatũ facilè texit, & tam inane, & futile est, ut aranearũ fila texunt: sed cũ inde uoluerimus exire, solidissimis uinculis nectimur.

Et noueris aliquando furem auertendum pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare.

Vt furentium certa indicia sunt, audax & minax uultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color uersus, crebra & uehementius acta suspiria: Ita irascentium eadem signa sunt. Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor ex æstuante ab imis præcordijs sanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum seipsos torquentium sonus, gemitus mugitusque, & parum explanatis uocibus sermo præruptus, & complosæ sæpe manus, & pulsata humus pedibus, & totum cõcitum corpus, magnasque iræ minas agens, fœda uisu & horrenda facies deprauãtiũ se, atque intumescentiũ.

Sicut

C Sicut furentes sæpenumero gladios in se conuertunt: Itidem & inuidi, solam inuisi perniciem intuentes, propriam negligunt salutem: hi feris quoq; peiores. Nam illæ quidem escæ indigentes, uel priusquam à nobis irritentur, aduersus nos armantur; hi uerò beneficijs quoq; frequēter allecti, bene meritos maleficijs prosecuti sunt. Hi quidem peiores feris, dæmonibus aūt pares, fortè uerò peiores & istis: hi nāq; cōtra nos bellū exercēt impacatū, cōsortibus aūt generis nō insidiant.

G.



QVEMADMODVM galea principale membrum eorū quæ in corpore nostro sunt, conseruat, dum caput circundat & undiq; tegit: Ita & spes cogitationem nostram cōcidere non sinit, sed capitis instar erigit, nihil extraneum in illam incidere permittens: donec uerò nihil deciderit, neq; ipsa prolabitur.

Quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina nidum suū sub pennis, & noluistis? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis, quòd non uidebitis me, donec ueniat tempus, cùm dicetis: Benedictus qui uenit in nomine domini. Hic primum omnium explicat Christus eximium charitatis suæ affectum erga Iudæos, idq; facit non simplicibus uerbis, sed iucundissimâ similitudine auium seu gallinarum & pullorum. Ac frequens est scripturæ consuetudo, quòd ad explicandos affectus Dei erga nos, utatur similitudinibus à parentibus siue hominum, siue aliorum animalium. In Deuteronomio inquit cap. 32. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expandit alas: Sic Deus assumpsit Israëlem, atq; portauit eum in humeris suis. In Esaia dicit dominus zebaoth ad syon cap. 49. Nūquid obliuisci potest mulier infantem suū, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa obliuiscitur, ego tamen nō obliuiscar tui.

D Hæc & id genus aliæ similitudines diligenter obseruandæ sunt. Neq; enim frustrà rerum natura, ac præcipuè affectus parentum, siue in auium, siue in hominum genere, à Deo conditi sunt. Potuisset enim Deus, uel uno momento creare, ut tam auium pulli quàm hominum liberi continuò adhuc ab utero matrum recentes tantam haberent fortitudinem & prudentiam, ut planè matrum cura nō indigerent: sed maluit tam prolem imbecillem creare, quàm in matribus ardentem erga prolem suam amoris affectum excitare, ut nos à contemplatione rerum naturæ assurgeremus in cognitionē creatoris nostri. Neq; eīm ita nobis rerū natura cōtemplādà est, ut quemadmodum incredulæ gentes, conquiescamus in ea, sed ut per eam dominum Deum nostrum, & uoluntatem eius erga nos agnoscamus. Paulus ait, Inuisibilia Dei ex creatione mundi peruidentur, dum per opera intelliguntur. Inuisibile enim est, quòd Deus in periculis præsto nobis adsit, ac defendat nos: sed hoc inuisibile Dei efficitur nobis in gallina uisibile, quæ aduolante miluo statim colligit pullos suos sub alas suas, ut eos ab impetu milui tueatur. Nam si Deus hanc naturam gallinæ indidit, ut nihil prius habeat quàm pullos suos in periculis conseruare, qui fieri posset, quòd Deus ipse creator non hoc affectu erga homines pullos suos, longè excellentius quàm humanus animus cogitare potest, præditus esset? Vt enim fieri non potest, ut qui plantauit aurem, non audiat, & qui finxit oculum non consideret: Ita fieri nequit, ut qui matrum curam erga prolem creauit, nō ipse quoq; plus quàm maternum affectum erga populum suum gerat. Sentiamus igitur de rerum natura, quòd sit uisibile spectaculum, quo nobis inuisibilia Dei ad salutem nostram perspicienda proponuntur.

Sicut pulli gallinarum pastum suum quærentes, per diuersa uagantur, & maternis uocibus congregant ad ipsam, et iterū similiter pascētes dispergunt, & iterū maternis uocibus congregant: Sic & populus Dei carnalem uoluptatem & mundialem concupiscentiam sequentes, per diuersos uagantur errores, quos ecclesia

mater

A mater per sacerdotes, modò increpationibus, modò blandimentis, quasi quibusdam uocibus congregare & allectare festinat. Et quemadmodum gallina habens pullos, uocando eos nō cessat, ut assidua uoce uagositatem corrigat pullorū suorū: Sic & sacerdotes in doctrina cessare non debent, ut studio & assiduitate doctrinarum suarum negligentiam populi errantis emendent. Et quemadmodum gallina habens pullos, non solùm suos calefacit, sed etiam cuiuscunq; uolatilis filios exclusos à se diligit quasi suos: Ita & ecclesia non solùm suos Christianos studet uocare, sed siue gentiles, siue Iudæi, siue suppositi illi fuerint, omnes fidei suæ calore uiuificat, & in baptismo generat, & in sermone nutrit, & materna diligit charitate.

Gallus cùm edere cantus parat, prius alas solerter excutit, & semetipsum feriēs uigilantiorem reddit: Ita prædicatores cùm uerbum prædicationis monent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent uoce, sed antè se per sublimia facta excutiunt, & tunc ad bene agendum alios solicitos reddunt. Prius sua punire fletibus curant, & tunc quæ aliorum sunt, punienda denunciant. Prius alis insonant, quàm cantus emittant: quando antequam uerba exhortationis proferant, omne quod locuturi sunt, operibus clamant.

Gallo similis est prædicator, qui inter tenebras uitæ præsentis studet uenturā lucem prædicando, quasi cantando nunciare. Dicit enim: Nox præcessit, &c. Intelligentiam gallus accepit, ut prius nocturni temporis horas discutiat, & tunc demum uoces exultationis emittat, quia sanctus prædicator in auditoribus suis prius qualitatem uitæ considerat, & tunc demum ad audiendam congruam uocem prædicationis format. Quasi enim noctis horas discernere, est peccatorū merita diiudicare. Quasi noctis horas discernere, est actionum tenebras aperta increpationis uoce corripere. Gallo intelligentia datur, quia doctori ueritatis, uirtus discretio-

B nis, ut nouerit quibus, quid, quando, quomodo inferat, diuinitus ministratur: nō enim una eademq; omnibus exhortatio conuenit, sæpe enim quæ alijs officiunt, alijs prosunt. Plerunq; herbæ, quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt: & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat. Et medicina quæ huic morbum imminuit, alteri uires iungit. Et panis qui uitam fortium roborat, paruulorū necat: pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum.

Quemadmodum autem, iuxta Ioannis testimonium, pijs hominibus nullum est gaudium uehementius, quàm quum conspicantur quàm plurimos homines ad agnitionem ueritatis uenire, ac per uiam euangelicæ ueritatis incedere: Ita nullus est dolor acerbior, quàm dum considerant in plerisq; mortalibus tam crassam ignorantiam, tantum benignissimi Dei contemptum, tam nullam in proximos charitatem: contrà, in tam paucis relucere ueræ fidei ueræq; charitatis uestigia.

Vt gehennam timere non debemus, propter ignem illum inextinguibilem, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus, sed quia offendimus tam bonum dominum, & ab illius gratia sumus alieni: Ita & ad regnum nobis festinandum, non nisi propter amorem in illum, ut eius gratia fruamur. Nam ut regno desiderabilius est, misericordem dominum nostrum beneuolum esse nobis: Ita gehenna grauius ab illius beneuolentia accidere.

Sicut gelicidium ad nullum usum utile est, ad nullam operationem: Sic culpa nulli prodest usui, nulli operationi. Et ideo sicut gelicidium declinanda est, ne noceat & adurat.

Sicut inter multas gemmas preciosissima micat, & iubar solis paruos igniculos stellarum obruit & obscurat: Ita cunctorum uirtutes & potentias sua humilitate superauit: minimaq; fuit inter omnes, ut omnium maior esset. Et quanto se plus deijciebat, tanto magis à Christo subleuabatur. Latebat, & non latebat: fugiendo gloriā, gloriā merebatur, quæ uirtutē quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores.

C Sicut generosus miles quodcunque ferrum capiat, propriam uirtutem ostendit: Sic imbellis & ignauus ab omnibus impeditur.

Generosius enim est ex passionibus philosophicum, nõ secus periculis, quàm ferrum candens, & aqua frigida solidatum.

Gentes autem quæ & ipsæ non alleuauerunt oculos ad cœlum, neque gratias egerunt factori suo, neque lumen ueritatis uidere uoluerunt, sed sicut mures cæci absconditi in profundo.

Quomodo igitur uerus genitoris fructus aliud natura, quàm genitor suus erit? Nam sicut non nascuntur ex dumis uuæ, sic nec ex uite nascuntur dumi. Quoniã ergo pater natura Deus est, erit filius quoque Deus natura: aliter minoris erit dignitatis, quàm creaturæ suæ. Creaturæ enim consubstantialẽ sibi fructũ ex seipsis producũt: deus autẽ secũdum istos nõ natura Deũ ex se generabit, quod absurdũ penitus est.

Si creditum est à Gentilibus, quòd quædam carmina, quæ præcantationes appellant, quibus istud artis est insusurrantes, nominibus quibusdam compellatis, quæ ne illi quidem qui inuocant, norunt, ex solo uocis sono uel sopiantur serpentes, uel etiam de cauernis protrahantur abstrusi: sæpe autem & in corporibus humanis tumores, aut alia huiuscemodi uoce sola reprimere dicuntur, interdum etiã animæ stuporem quendam sensus infligere, ubi tamen Christi nõ restiterit fides, quanto magis totius præcãtationis & carminis ualidiorem & potentiorẽ ducendam credimus quamcunque illam scripturæ sanctæ, uel sermonum, uel nominum appellationem? Sicut enim apud infideles contrariæ uirtutes audientes illa uel illa nomina in carminibus, uel præcantationibus, adsunt & exhibent famulatum, & dant operam in hoc, ad quod inuocari se ex illo uel ex illo nomine senserint, officij sui rem quodammodo ac ministerij, cui semetipsos mancipauerint dependentes:

D eo magis utique cœlestes uirtutes & angeli Dei, qui nobiscum sunt, sicut & dominus de paruulis ecclesiæ dicit, quia angeli eorum semper assistant in conspectu domini, uidentes faciem eius, libenter & gratè accipiunt, si semper uerba scripturæ, & horum nominum appellationes, uelut carmina quædam & præcantationes ex nostro ore promamus. Quia etsi nos non intelligimus, quæ de ore proferimus, tamen uirtutes quæ nobis adsunt, intelligũt, & uelut carmine quodã inuitatæ, adesse nobis & ferre auxilium delectantur, &c.

Si sit aliquis qui peritia uel arte geometriæ, uel medicinæ, paulatim fuerit imbutus, usque quo uenerit ad perfectum, multo scilicet tempore institutionibus atque exercitijs semetipsum informans, ut ad integrum supradictæ artis assumeret disciplinam, huic nunquam profectò accidere poterit, ut cùm peritus dormierit, euigilet imperitus. Nec enim ea quæ per læsionem aliquam uel debilitatem accidunt, in medium adducere aut commemorare nos conuenit.

Secundum ergo id quod proposuimus, geometres ille, uel medicus donec exercet se in meditationibus artis suæ & rationabilibus institutis, permanet apud eū etiam scientia disciplinæ. Si uerò dissimulet ab exercitijs, & negligat ab industria, paulatim primò per negligentiam pauca excidunt, tum deinde etiam plura, & ita per multum abeunt omnia in obliuionem, atque uniuersa ex memoria penitus abolentur. Potest sanè fieri, ut cùm decidere ab initio cœpit, & parua adhuc corrumpi negligentia, si resuscitetur, & citius in semetipsum reuertatur, repetat ea quæ adhuc nuper amissa sunt, & recolat ea quæ ab eo fuerãt tenui abolitione sublata, &c.

Apud Matthæum capite octauo, Geraseni, conspectis miraculis, rogant Iesum ut excederet suis finibus, quòd ad ipsorum affectus esset inutilis: Ita nostris quoque temporibus plerique sunt, qui taceri malint doctrinam Euangelicam, ut cum ipsorũ uitæ instituto pugnantẽ. Christus adhuc infans fugit in Aegyptum, uir ultro sese offert satellitibus, indicans esse tempus fugiendi ac subducendi sese, cùm immi-

A imminens periculum non uidetur facturum ad gloriam Christi.

Sicut in germinibus herbarum atq; lignorum quæ terra producit, non una species, nec unum in omnibus genus est, sed singula quæq; in sui seminis forma, & in sui stirpis qualitate gignuntur: plenum autem decorem non statim ut eduntur accipiunt, sed certis & ordinatis proueh ūtur augmentis, donec ad perfectam sui habitus quantitatem per succedentia sibi incrementa perueniant: Ita & semina charismatum, plantæq; uirtutum non in omni agro cordis humani totum hoc pariter quod sunt futura nascuntur, nec facile reperitur in exordio maturitas, & inchoatione perfectio. Exerit quidem frequēter potēs & misericors Deus mirabiles istos suæ operationis effectus, & quibusdam mentibus non expectata profectuum mora, totum simul quicquid collaturus est, inuehit.

Sicut gladius carnes præcidit: Sic & sermo diuinus concupiscentias carnales. Et quemadmodum si tollis herbas de agro, triticum conualescit in illo: Sic concupiscentia si præcidatur ab homine, iustitia conualescit: quia sicut herbæ suffocant triticum, sic & concupiscentiæ carnales suffocant disciplinam.

Sicut nos cùm gladium teneri uideamus à puero, etiamsi nondum eum uulneratum inde esse cernamus, uerberamus tamen, ac sæpe minantes denunciamus, nequando illum rursus attingat: Ita etiam Deus inuerecundum coërcet aspectū, ne quandoq; in ipsam quoq; incidat actionem: qui enim in se flammam cupiditatis accenderit, etiam absente muliere quam uidit, iugiter apud semetipsum turpiū rerum simulachra depingit. Et necesse est huiusmodi nonnunquam ad flagitium ipsum etiam opere peruenire.

Sicut qui districto gladio thorace instructum quempiam impetit, etsi thorax frustretur ictum, homicidiumq; prohibeat, homicidę tamen supplicio tenetur obnoxius: quiq; in nudū gladio fertur, etsi quouis casu gladius illi excutiatur de manu, homicidij reus iure iudicatur, neq; enim opus tantùm, sed & uoluntatem iudicat lex. Ita profectò & qui armatus genitali membro fidei lorica instructam adoritur, etsi frustrà conatus illam ut cupit, uiolare nō possit, quasi tamen uiolauerit, dignus supplicio censetur. Et qui nudam itidem nactus, uoluntate in opus fertur: quamuis abscisione genitalium amissis armis eam uiolare non possit, quasi tamen corruptionis autor, reus sceleris iure iudicatur.

Quemadmodum qui gladio arrepto nocenti caput amputat, minister est iudici ferenti sententiam, nec ipse est qui interficit hominem, licet amputet illi caput: ut ne is quidem, qui pronunciauit mortis sententiam, quiq; reum condemnauit, occidit illum, sed ipsius qui punitur, iniquitas: Itidem de ipsa lege Mosis, quæ nō interficit, sed peccatum hoc & occidebat & condemnabat. Hoc uerò dum punitur, contraxit uim peccati, metu supplicij cohibens illud.

In ignito gladio sicut naturæ saluantur ignis & ferri: Sic & hîc actiones & perfectiones eorum: ferrum habet uirtutem incidendi, ignis urendi. Incisio perfectio operis ferri, ignis combustio: Sic in Christo diuinitas & diuina opera, humanitas & eius opera.

Sicut glaciem non sentit uter, quia pellis est mortua: Ita mortuus peccato propheta frigus peccati sentire non poterat. Vel certè quòd non frangatur necessitatibus, uec resistat caro mēti, sed molliori ductu animę se inflectat imperijs, & in hoc mundi gelicidio non arescat: uel quia corpus afflictionis sumus, & mortem domini Iesu semper in nostro corpore circumferre debemus.

Quemadmodū globus niue coactus, initio paruus quidē est, sed quo lōgius est uolueris, eo maior redditur: Ita etsi fama criminis de innocente sparsa initio parua sit, tamen quo latius ad plures permanat, eo magis ac magis exaggeratur.

Quemadmodum glória, quum sit ignominia, & diuitiæ ubi paupertas est: Ita

C nomen uoluptatis inuenis, ubi instaurata est.

Prisci patres naturā inanis gloriæ describētes, cæpis & bulbis persimilē esse dixerūt, quibus multiplici ueste contectis cùm unam exueris, alia rursum quę penē illam sequens latebat, quasi rediuiuo ordine pullulans aperitur.

Inanem gloriam cum formica componit, quæ breuis licet & pusilla, ingentes tamen segetum fructus graui labore quæsitos rapit. Insidiatur formica ut grana maturescant: stat itidem in insidijs inanis gloria expectans, ut spirituales diuitiæ cumulentur: gaudet formica coaceruatas frugum opes populari: gaudet pari modo inanis gloria bene partos uirtutum thesauros dispergere.

Vt gloria fugiētes magis ac magis sequitur: Ita fructus beneficiorum gratius respondet illis, per quos etiam esse ingratis licet.

Adhæc, inani gloria moti à dextris & à sinistris meis sedere concupijstis, id autem dare meum non est: non enim dabo morbum alicui, qui doceo atq; hortor, ut à morbo caueatis: Ita ergo id dicit: Quemadmodū si ignis refrigerari petenti ab ipso diceret, nō est meū dare id tibi: calefaciendi enim non frigefaciendi mihi natura inest: Sic Christus quoq; dicit: Iustus sum munerum declarator in certaminibus positis, ac ideo non petentibus simpliciter largiri debeo, nec per iniuriam certantium omnium ad duos solùm honores traducere, sed pro rebus ab unoquoq; gestis, quasi debiti à me honores distribuendi sunt: illi ergo iure hoc accipient, quibus à patre meo, qui per me & in me omnia operatur, præparata hæc sunt.

Quocirca non sibi ipsi deligit mortem, sed aliorum insidijs iniectā tulit, ut quā ipsi intulerāt necem, ipse aboleret. Atq; in morem Gnosij luctatoris, prudentiaq; & fortitudine præstantis, qui non sibi ipse comparem eligit, ne formidare quempiam existimet, sed id spectantiū permittit arbitrio, maximeq; si illi inimici sint, ut

D eo in humū illiso, quē illi aduersum se ad certamē elegerint, cūctis pręstare credat.

Goliath Philistæus Dauidica funda lapideq; percussus, humi prostratus est semianimis, & destitutus uiribus obtruncatur: Ita Pharisęi gladio uerbi Dei percussi, animo consternantur.

Sicut uideri nequit in rota, quæ continuò uersatur, aliqua pars eius, eò quòd crebra circumferentia semper summa fiunt ima, & ima summa: Ita & nostrarū rerum impetus, dum continuò uertuntur, summa facit infima, ut uidere licet in diuitijs, potentijs, ac alijs. Nunquam enim in eodem statu manent, sed semper instabiles, fluminū fluxus imitantur. Quid igitur his incertius, quæ tam crebrò transferuntur, & priusquam rectè appareant, auolant, priusquam aduenient, resiliūt?

Quemadmodum in gradibus prima est ascensio ab humo recessus: Sic in exercitatione diuinæ conuersationis, principium profectus est discessus à malo.

Quemadmodum sub Grammaticis nunc etiam est sex millium numerus, ut sub illum ducantur omnia, cunctaq; diuidi ac multiplicari possunt in sex millium regula, & per hunc numerum cuncta uertuntur, quod non ignorant, quicunq; literas didicerunt: Ita regulas istas, quas rursus breuiter exponam, qui probè tenuerit, nunquam scandalizari poterit. Quæ nam istæ sunt? Quòd bonum est uirtus, malumq; uitium, quòd media sunt morbus, inopia, insidiæ, calumniæ, & cætera huiusmodi. Quòd iusti hic premuntur angustijs: si qui uerò non patiantur, ideo fit, ne odiosa uideatur uirtus: quòd mali lætantur, ut illic puniantur. Si qui uerò & hic cruciantur, ideo ne uitium bonum esse uideatur, neu impunita quis existimet scelera: quòd si non omnes patiuntur, neq; exultant omnes, ideo resurrectioni derogetur fides. Nam sunt pleriq; boni, qui mali aliquid habent mixtum, quod hic deponunt: & mali itidem, qui bonorum aliquid operum habeant, quorum hic recipiāt uices, ut illic ęterne puniant, quòd incōprehensibilia sunt pleraq; dei opera, quòd multū inter nos & illū interest, tantūq; quantū exprimi sermone non possit.

Sicut

A Sicut plenum granum mox ut leuiter percussum fuerit, de palea sua exilit foras: si autem subtile fuerit, tardius egreditur: quod si uacuum fuerit nunquã egreditur, sed illic conteritur in palea sua, & ita cũ paleis foras iactatur: Sic omnes quidem homines in rebus carnalibus delectantur, sicut grana in palea. Sed qui fidelis est, & boni cordis habet medullam, mox ut leuiter tribulatus fuerit, negligens quę sunt carnalia, currit ad Deum. Si autem modicè infidelior fuerit, cum grandi tribulatione uix recedit, & uadit ad Deum. Qui autem infidelis est & uacuus, quantũuis contritus, fuerit sicut granum uacuum de palea, non egreditur: Sic nec ille de carnalibus rebus, & de impedimentis mundialibus nunquam egreditur, nec transit ad Deum, sed illic in malis constitutus conteritur, ut cum infidelibus quasi cum paleis foras proijciatur. Et sicut triticum primùm quidem trituratur, & quum trituratum fuerit, in uno loco iacet in paleis confusum: postea autem uentilatur, ut quæ fuerant iam disiuncta corporibus, separentur & locis: Sic & populus in ecclesia aut motibus conteritur carnalium passionum animam semper urgentium, aut castigationibus corporalibus quasi uirgis quibusdam, aut conculcationibus iniquorum & superborum, quasi calcibus irrationabilium iumentorum, ut disiungantur fideles ab infidelibus per diuersas contritionum species. Cũ autem disiuncti fuerint ab inuicem actibus, adhuc in una ecclesia habentur cõmixti. Ideo orietur persecutio quasi uentus, ut uentilabro Christi iactati, qui iam disiuncti fuerãt actibus, separentur & locis: ut sicut triticum mundum in granarijs, sic sancti probati in regnis cœlestibus reponantur.

Granum sinapis minimum est omnium seminum, cęterùm ubi excreuerit, maximum est inter olera, & fit arbor, adeò ut ueniant uolucres cœli, & nidulentur in ramis eius: Sic & fides, etiamsi res pusilla ac contemnenda uideatur, habet tamen B effectus stupendos, & efficit opera alioquin impossibilia. Per fidem obtulit Abraham Deo filium suum, quod alioquin naturæ paternæ est impossibile. Per fidem reliquit Mose aulam Pharaonis, & coniecit sese in extremam paupertatem, quod ut caro sponte sua faciat, impossibile est, &c.

Sicut grana in cortice nisi molita fuerint, & deposuerint cortices & furfures, & processerint secundum quod sunt ab intus: quamuis aquam acceperint, nõ conIunguntur ad alterutrum, ut fiat ex omnibus unus panis: quamuis & fermentatũ acceperint, non fermentantur: Sic & homines nisi moliti fuerint sub uerbo, id est, catechisati, ut depositis corporibus, spirituales efficiantur, quamuis & aquam baptismatis acceperint, quamuis uerbũ fidei fuerit missum in eos, sicut fermentum, non conueniunt in idipsum, nec possunt sapere unum, ut unum corpus efficiantur, quia moliti non sunt. Sicut ergo inter duos lapides molares teritur triticum, & separatur à cortice suo, & fit similago munda: Sic fideles in medio desuper quidẽ urgente se uerbo Dei ad fidem & iustitiam, inde autem uerbo impio se compellente, ad infidelitatem atque peccatum conteruntur, & carnalia sua uniuersa deponũt, & spirituales efficiuntur.

Sicut grana arenæ non conueniunt in unum, neque adhærent ad inuicem, sed semper sunt separata: Sic uerba quæ audiuntur, & non conuertuntur in unam iustitiæ massam per opus, separata sunt & dispersa. Et ideo assimilantur arenæ, quæ nunquam in semetipsa coniungitur.

Multi auditis, pauci obauditis. Aream uideo, & grana quæro, & uix uidentur grana, quando area trituratur: sed uenturum est ut uentilentur: pauci ergo saluantur in comparatione multorum perituroRũ. Nam & ipsi pauci magnam massam facturi sunt, cùm uenerit uentilator, ferens uentilabrum in manu sua, & mundabit areã suã, frumenta recõdet in horreo, paleã aũt comburet igni inextinguibili. Non subsannet palea granum, hoc uerum loquitur, neminem fallit.

C Quemadmodum grana multa in unum collecta, & commolita, & commixta, unum panem faciunt: Sic in Christo, qui est panis cœlestis, sciamus unũ esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus & adunatus.

Quemadmodum ex multis granis unus conficitur panis, & ex racemis multis unus calix exprimitur: Sic ex multis fidelibus unum corpus mysticum integratur. Enimuero sicut ex multis membris & partibus unumquodq; corpus consistit: Ita ecclesię unitas ex diuersis personis conficitur, uidelicet ex præscitis, prædestinatis, uocatis, iustificatis & glorificatis. Quos eñ præsciuit Deus, hos & prędestinauit.

Impossibile est ut ad diuinam gratiã suscipiendam habiles reddamur, nisi perturbationes & uitia nostras animas possidentia, prius eijciamus. Vidi ego iam medicos non prius medicinas salutares dare, quàm uomitu materiã illam morbi causam euacuassent, quam malo diætæ genere homines intemperantes sibijpsis creauerant. Sed & uas, quod odore tetro fuerit refertum, nisi probè lauetur, unguentum odoratum minimè recipere poterit. Opus itaq; ea quæ prius occupant, ut impedimenta remouere, si alia succedentia collocare uelimus.

Sicut in grege, ubi multæ quidem sunt oues sanæ, multæ uerò lepra squalidæ, opus est has à ualentibus arcere: Itidem & in ecclesia, quoniã & hæ quidem oues sanæ sunt, hæ uerò morbidæ, per hanc excitat uocem, & has ab illis diuidit, passim circumiens sacerdos per illum clamorem nimis horrendum, & omnes uocans sanctos & trahens. Quoniam enim homo proximi res scire non potest (Quis enim, inquit, hominum scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in eo?) hanc uocem emittit, postquam consummatum est omne sacrificium, ut nemo temerè & à casu ad spiritualem ueniat fontem. Etenim in grege (nihil eadẽ rursum similitudine uti prohibet) morbidas quidẽ intus claudimus, & in tenebris detine-

D mus, & alias pascimus esca, nec aëris puri, nec herbæ synceræ, nec exterioris fine ntes fontis participes esse. Et his igitur hæc uox pro quodam est uinculo. Non potes dicere, Nesciebam, ignorabam quòd esset in re periculum. Igitur manifestè quidem Paulus hoc testatus est: sed dices, Nesciui: hoc non est purgatio, sed potius accusatio. Per singulos dies ecclesiam ingrederis, & adhuc hoc ignoras? Tamen ne uel hoc prætendas, propterea sublimis constitutus, magna uoce, terribili clamore, quasi quidam præco manum in altitudinem tollens, stans erectus, omnibus apparens, & magnum in illa tremenda quiete exclamans: hos quidem uocat, hos autẽ arcet, non hoc manu faciens, sed per linguam quàm per manũ efficacius. Illa nãq; uox in aures incidens nostras, tanquam manus, hos quidem pellit & eijcit, hos autem introducit & assistit. Dic mihi, quæso, in olympiacis certaminibus, nónne adstat præco, magnùm clamans & altum? Num aliquis hunc accusat, dicens, Nónne fur est & seruus? Nónne prauorum est morum? cùm tamen illa certamina non animæ sint, neq; bonorum morum, sed roboris & corporis. Si igitur, ubi corporis est exercitatio, nulla fit uoluntatis inquisitio: multo magis ubi totũ anima decertat.

Quemadmodum gubernator, sic quum ipse gubernandi rationem habeat, cęteriq; omnes qui in eadem sunt naui, sibi apprimè obtemperent, ipse solus culpã habebit, si nauem in cautes & scopulos illiserit: aut auriga si agens in inuia currus fregerit: Ita certè Iudæorum principes, quia subiectũ parentemq; plebem habeãt, non iniuria perditionis omnium rationes relaturi sunt.

Ille præcipuus est gubernator, qui scopuloso in littore nauim gubernat. Ille doctor bonus, qui duriora acuit ingenia ad eruditionis profectum. Ille bellator egregius, dux mirabilis, qui timidiores accendit in prælium, & exploratis locorum fulcit ingenijs, ut infirma uirium commoda stationis opportunitate compenset. Ille similiter magnus etiam fidei zelator, qui iniquos docet.

Gubernator antè non potest laudari, quàm in portum nauem deduxerit, quo

modo

A modo laudabis hominem, priusquam in stationem mortis successerit? Et ipse est
sui gubernator, & ipse uitæ huius iactatur profundo. Quãdiu in salo isto, tam diu
inter naufragia. Dux ipse nisi confecto prælio non sumit lauream, nec miles arma
deponit, nec stipendij mercedem adipiscitur, nisi hoste superato. Mors igitur sti-
pendiorum plenitudo, summa mercedis, gratia missionis est.

Quoad bono & læto animo est gubernator, etiam nautæ securi sunt: sin inul-
sus his esse cœperit & molestè ferre, neq; itidem uigilare, neq; artem exercere pote-
rit, & inuitus molestusq; multis eos malis afficiet: Ita & sacerdos si debitum à no-
bis cultum sibi præstari uiderit, rectè nos gubernare poterit: si afficietis morte ma-
nus eius debilitantes, simul uobiscum fluctibus, etiamsi maximi sit, obijcietis.

Semper futurum aliquid quod te offendat, existima. Gubernator nunquã ita
totos sinus explicuit securus, ut nõ expeditè ad cõtrahendũ armamẽta disponeret.

Tolle gubernatori perueniendi spem, & in medijs fluctibus incertus errabit.
Tolle luctatori coronam, lentus iacebit in stadio. Tolle piscatori capiendi effica-
ciam, desinit iactare retia. Qnomodo ergo potest qui famem patitur animæ suæ,
studiosus Deum precari, si sacram desperet alimoniam?

Finge gubernatorem quendam per mille maria incolumem nauigasse, dein-
de posteaquam magnas tempestates & procellas horribiles & fluctus insanos ar-
te sagaci euaserit, cùm in ipso portus ostio mergeretur, uix inde nudum effugisse.
Quem animum ad mare & nauigationes huiusmodiq; labores iste habebit? pu-
tas ne quòd unquã uoluerit, nisi animi sit ficti, uel littus ipsum, aut nauem aliquã
aut portum aspicere? Non equidem arbitror, imò seipsum occultans, spe omni ad
nauigandum destitutus, mallet mendicus uitam agere, quàm ad primos labores,
periculaq; redire. Sed non fuit huic similis ille, uerùm magno naufragio post mul
B tos labores penè submersus non desperauit: sed naui rursus in pelagus deducta,
dare uela uentis post naufragium ausus, & clauo rursum usus, & plures perpessus
labores, maiores iterum accumulauit pecunias.

Nauis nunquam poterit absq; gubernatore maris fluctus transire. Et miles ni-
hil strenuum & egregium absq; capitanei ductu & auspicijs gerit. Et domus non
extruitur, nisi sit qui ædificet. Mundus autem ille immensus, & elementorum illo
rum ornatus, fortuitò & temerè ferri poterit, nullo existente, qui omnia possit mo
derari, & per suam sapientiam sciat continere & conseruare.

Quando gubernatores dissident inter se, etiam qui in naui feruntur, periclitã-
tur, ac timẽt ne submergatur nauis: Ita si discordes sint uir & mulier, uerisimile est
omnes qui apud illos sunt, participes esse malorum.

Sicut in gulæ intemperãtiam declinare graue ac periculosum est: Ita per nimiã
abstinentiam corpus atterere, ac per infirmitatem inutile reddere, omni profectò
ratione caret. Neq; enim abstinere à uoluptatibus gulę, per se expetendum est, sed
quia ad uirtutes acquisitionem confert.


Quemadmodum qui gustu præcipuam mellis qualitatem probant, ex mini-
ma quam gustauerunt particula totum cognouerunt: Sic qui uel parum saluato-
ris uerba intellexerunt, bonũ esse ipsum cognoscent, & cognoscẽtes admirabunt.

Si in gymnicis certaminibus pleriq; uisis athletis coronatis, accensi, etiam ipsi
se exuerunt, & multos sudores laboresq; pertulerunt, ut ramis uel oleæ uel lauri
coronarentur: Quanta ergo nos conuenit alacritate pro cõtinentia sudores ferre,
quando alios à Deo coronatos uidemus, ut cœlestibus redimiamur coronis, pro-
pter bona salutariaq; facinora? Quomodo non graue & multa ira dignum, si ath-
letas allectet folium lauri uel oliuæ, & gloria transitoriæ huius uitæ: nos autem
nihil moueant Christi munera, ut omnem uoluptatem amoueamus, & timorem
Dei præferamus concupiscentijs? Porrò non in solis hominibus uidemus similiũ
imita-

C imitationem, sed & in brutis. Nam & columbæ sæpe uisa una auolante, statim sequuntur omnes: & pullus generosus in equorum armento exiliens, secum rapit omne armentū. Et inter uos, ut in armento Christi, bonus est pullus, Ioseph continentissimus cœlestibus exultationibus ad sui imitationem nos conseruos uocans.

Vt gypsum aqua permixtum, lac colore mentitur: Ita per uerisimilem confessionem traditio inimica suggeritur hæreticorum.

H.



SI in habitaculo tuo parietes uetustate nutarent, terra desuper tremeret, domus iam fatigata, iam lassa, ædificijs senectute labentibus, ruinam proximam minaretur, nōne omni celeritate migrares? Si te nauigante turbida & procellosa tempestas, fluctibus ui uentis excitatis prænunciaret futura naufragia, nōne portum uelociter peteres? Mundus ecce nutat & labitur, & ruinam sui, non iam senectute rerum, sed fine testatur, & tu non Deo gratias agis, nō tibi gratularis quòd exitu maturiore subtractus, ruinis & naufragijs, & plagis imminentibus exuaris? Considerandum est fratres dilectissimi, & identidem cogitandum, renunciasse nos mundo, & tanquā hospites & peregrinos hîc interim degere. Amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo, qui nos istinc ereptos, & laqueis secularibus exutos paradiso restituit & regno cœlesti. Quis non peregrè constitutus properet in patriam regredi? Quis non ad suos nauigare festinans, uentum prosperum cupidius optaret, ut uelociter charos liceret amplecti? Patriam nostram paradisum computamus, parentes nostros patriarchas habere iam cœpimus: quid non properamus & currimus, ut patriam nostram uidere, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, de nostra solicita. Ad horum conspectum & complexum uenire, quāta & illis & nobis in commune lætitia est?

D

Sicut ergo hamum esca conseptum si piscis rapiat, non solùm escam cum hamo non remouet, sed & ipse de profundo esca alijs futurus educitur: Ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in mortem corpus Iesu, non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum, sed ubi deuorauit, hæsit ipse continuò, & disruptis inferni claustris, uelut de profundo tractus, traditur ut esca cæteris fiat.

Sicut in hamo escæ præda posita pisces illudimus & decipimus, qui uidentes escam, hamum non considerant, & dum auidi prædam uolunt rapere, hamo capiuntur: Sic & diabolo contigit, dum tantùm corpus hominis in filio Dei considerat, & Deum in corpore non agnoscit, quasi ad præparatam sibi prædam solita rapina festinat. Sed dum uult auidius prædam rapere, ipse draco ut piscis adductus in hamo, præda domini captus efficitur.

Quemadmodum harmonia artificiali & musica, alius est sonus intensus aut remissus, quum alia quædam chorda pulsatur, omnia autem unius sunt moderatoris & artificis ad unam harmoniæ suauitatem tendentia: Ita & in his opifex & magister sermo, in alijs quidem alius cuiusdam opificij aut artis proposuit uirtutem, cuncta autem in medium posuit omnibus communi ac humano commercio ud uolentibus, uitam nostram colligans, illamq; reddens humaniorem.

Quemadmodum quędam hastilia detorta ut corrigamus adurimus, & adactis cuneis, nō ut frangamus, sed ut explicemus, elidimus: Sic ingenia uitio praua, dolore corporis animæq; corrigimus, nempe medicus primo in leuibus uitijs tentat, non multum ex quotidiana consuetudine inflectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac ualetudinem tantum mutata uitæ dispositione firmare: proximum est, ut modus proficiat: si modus & ordo non proficit, subducit aliqua & circuncidit: si ne adhuc quidem respondet, interdicit cibis, & abstinentia

corpus

A corpus exonerat. Si frustrà molliora cesserunt, ferit uenam, membrisq; si adhærentia nocent, & morbum diffundunt, manus affert, nec illi dura uidetur curatio, cuius est salutaris effectus: Ita legum præsulem, ciuitatisq; rectorem decet, quandiu potest, uerbis & his mollibus ingenia curare, ut facienda suadeat, cupiditatemq; honesti & æqui conciliet animis, faciatq; uitiorum odium, precium uirtutis, transeat deinde ad tristiorem orationem, qua moneat adhuc & exprobret: nouissimè ad pœnas & has adhuc leues, & reuocabiles decurrat. Vltima supplicia sceleribus ultimis ponat, ut nemo pereat, nisi quem perire etiam pereuntis intersit.

Quemadmodum igitur accidit longis atq; exilibus hastis, ut quisquis uibrauerit capulum, reliquas hastæ partes ad cuspidem usq; concutiat, ut uel qui longi connexiq; ordine funis extremitatem alteram quatiat, continuam concussionem per medium spatium ad alteram extremitatem transmittat: Sic & humanæ mentis exiguo principiorũ haustu ad integram rerum intelligentiã opus est.

Omnis hæreticus ad iracundiam prouocat dominum, & in falsitate dogmatũ suorum immunda offert sacrificia, nequaquam firma & mansura perpetuo, sed instar hortorum ad breue uirentia, carnis delicijs prouidens, cui dicitur, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Aruit fœnum, & decidit flos, uerbum autem domini, quod in ecclesijs prædicatur, permanet in æternum.

Quid enim aliud hæretici sunt ac schismatici, quàm Dathan & Abiron? Vt enim hi sub prætextu pietatis dominandi libidine ac ambitionis æstu exagitati, ei principatum adimere conabantur, cui fuisset à Deo traditus: Ita hi sanctæ ecclesiæ corpus distringere enituntur, dum caput eius à summo Deo constitutum imminuere, lacerare, dedecorare impijs maledictis non cessant. Neq; aliud fit ab his in summum illud caput, quàm ab Dathan & Abiron in Mosen tentatum est. Genus

B hominum miserabilissimum ac perniciosissimum, qui sub prætextu nostrarũ corrigendarum improbitatum infinitam attulere malorum syluam, perq; uniuersum terrarum orbem pessimos disseminauerunt errores. Adeoq; processit audacia & gigantia immanitas, ut eis nec cœlum iam sufficiat, in quo suæ sceleratissimæ linguæ uirus euomant ore impijssimo blasphement, dilacerent, dum eius incolas tantis probris ac mendacijs dehonestãt. Sed uidebit omne humanum genus eorum interitum, & sempiterna obliuione eos sepeliendos miserrimo hiatu patefacto absorbuisse cognoscet.

Hæretici Euangelicam ueritatem corrumpunt praua intelligentia, & sunt caupones pessimi, facientes de uino aquam, cùm econtrario dominus noster aquas in uinũ uerterit, & tale uinũ quod mireẽ Architridinus, quale & regina Saba in Salomonis est mirata conuiuio, pincernas eius & ministros uini sua uoce collaudãs.

Omnes hæretici propter fraudulentiam ac nequitiam uulpium similes sunt, de quibus Saluator loquitur, Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos.

Hæretici alienum ignem afferentes ad altare Dei, id est, alienas doctrinas à cœlesti igne, comburentur quemadmodum Naath & Abiu. Qui uerò exurgunt cõtra ueritatem, & alteros adhortantur aduersus ecclesiam, remanent apud inferos, uoragine terræ absorpti, quemadmodũ circa Oreb Dathan & Abiron. Qui autẽ scindũt & separãt unitatẽ ecclesiæ, eandẽ quã Hieroboã pœnã percipiunt à Deo.

Hæretici prædonum more à uia abigunt ueritatis, dum eos fallacijs suis bono naturæ & uirtute animi spoliant, siue gentilem sensum animalis nomine significatum, ab eis quidem auferunt, dum sub prætextu ueræ religionis eos in perfidiam suam ducunt, & faciunt eos filios gehennæ.

Doctrina hæreticorũ quæ pardis & præuaricatorib. cõparatur, deserta erit, & deduceẽ ad nihil. Pardi, sicut in Hieremia, uarietates & maculæ nõ mutanẽ, & apostatæ, de quib. in Psal. legimus, Præuaricatores reputaui omnes peccatores terræ.

Hæreticorum corda diaboli igne succensa, ut in eis panes coquantur Antichristi, nemo ambigit, qui idcirco primùm quiescunt in ecclesia, & loquuntur occultè, & omnia pacificare promittunt: ut cancer paulatim serpat in populos, & fermentum doctrinæ eorum (quod & dominus intelligens loquitur, Cauete à fermento Pharisæorum) cùm intumuerit in cordibus deceptorum, tunc in apertam prorūpunt insaniam, & impletur in eis quod à Ioanne apostolo dicitur, Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mãsissent utiq; nobiscũ.

Omnes sensus hæreticorum nocti & tenebris comparandi sunt, quia lumine non ueritatis, qui cùm de lege furentur & Euangelio, unde sibi eosdē prauos sensus de cordis sui figmento componunt: manifestum est quia ad autoritatem sibi faciendam aliena furantur, de quibus scriptum est: Vidi, ait propheta, & ecce uolumen uolans, longitudo eius uiginti cubitorum. Et dixit dominus ad me: Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ, & ueniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in domo eius, & consumet eum & ligna eius, & lapides eius. Et dominus de his dicit in Euangelio, cùm de ueris & bonis pastoribus loqueretur, dicẽs: Qui autem ascendit aliunde, fur est & latro.

Omnes qui hæreticis uinculis alligantur, declinant à domino, & quasi bos ductus ad uictimam eligunt atq; commutant pro ueritate mendacium.

Sicut Heliseus ad clamorem mulieris debitricis multiplicauit oleum, unde satisfieret omnibus creditoribus, & adhuc ipsa & reliqui uiuerent: Sic & Christus in sacramẽto altaris cōprehẽsus deuotionẽ augebit, ut omnib. exactoribus fiat satis.

Vt Helisei farinula potum dulcorat: Sic gratia spiritus labores alleuat.

D Nam & illa herba quę in segetem frugemq; uentura est, aliam constitutionem habet tenera, & uix eminens sulco, aliam cùm conualuit, & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum, constitit: aliam quum flauescit, & ad aream spectat, & spicas eius uiderint, in quam constitutionem quum uenit, eam tuetur, in eam componitur. Alia ætas est infantis, pueri, adolescentis, senis.

Vt enim non omnium est, herbarum genera uirtutesq; nosse: & si quis imperitus aut nescius in agrum his salubribus herbis diuitem uenerit, omnia inutilia, & promiscuè genita existimans, præteribit: at uerò si peritus & doctus hunc preciosum in his germinibus agrum fuerit ingressus, omnia quæ ab alijs præterita erunt, demetet, & ea quæ ab ignaris erunt neglecta, mirabitur, sciens quando utile metendorum eorum tempus sit, & in quæ genera sanitatum his utendum sit, & quantum ex his, & quousq; moderandum sit: Sic & in diuinis esse intelligendum est, ut si eas impia auris & mens rustica audiat, tanquam ociosas & nō necessarias negligat. At uerò si cadens ad cognitionem Dei auditor ac lector astiterit, & cui frequens lectio & spiritualis gratiæ donum scientiam dijudicandi singula intelligendiq; præstiterit, mirabitur omnia, atq; his secundum naturales eorum uirtutes & efficientias utetur, non ignarus quando quid præsumendum sit, & in quam curationem eligendum, quando ex eo corpori sanatio, quando animæ medela tribuenda sit, ne quid præproperum, ne quid importunum ac tardum, sed collatis & uirtutibus & temporibus, & rebus, non imperitè his quæ sibi comperta fuerint, utatur.

Quibus intellectus herbarum est pigmentorumq; peritia, ferunt esse quędam pigmenta, quorũ si odorẽ ceperint nõnulla animalia, cõtinuò intereunt: alia uerò eodem odore recreãtur uitamq; recipiunt: Sic etiã in diuinis sermonib. accidit.

Quod est in herbis aut in arboribus humor, hoc est in hominibus amor. Sicut herbæ ex humore nascuntur & crescunt: Sic homines per amorem incipiunt & augentur. Humor quidem de radicibus ascendit in herbam, de herba autem non reuertitur ad radices, sed sursum transmittitur in semen: Sic & charitas de parẽtibus

ascen-

A ascendit in filios, de filijs autem non reuertitur ad parentes. Ideo parentes quidem filios diligunt, sed non sic diliguntur à filijs: quia sicut herba non deorsum, sed sursum ad semen transmittit humorem: Sic & homo non ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectum.

Illius sunt quasi germina, crudelitas, asperitas, auaritia, cōtumelia, & quæcunque uerbo ueritatis repugnāt: hæc omnia sunt diaboli aduersus nos tela infesta. Osor est hominis, quoniam & aduersus Deum rebellis est: primùm odio habuit, deinde & repugnauit omnipotenti, contempsit dominum, alienatus est à Deo. Vbi uidit hominem ad ipsius imaginem factum, quum non posset in autorem ipsum, quem ante oculos lædere cupit, in eius imaginem suam exercuit malignitatem: ue luti si quis homo, quando regem inimicum attingere non ualet, eius simulachrum cæderet. Vidi ego iam, partim audiui, res certa est, inter animalia hominibus inimicissima, Pardalim quandoque in stadijs hominis oculos prę ira inuadentem. Qui feræ deludere furorem quærunt, hominis imaginem ei ex charta ostendunt. Illa statim furibunda eam cōcerpit atque dilacerat, hoc argumento satis ostendens quanta sit eius aduersus hominem inimicitia: Sic item diabolus in Dei imagine quo sit erga Deum odio ostendit, quando Deum ipsum attingere nequit. Sic & contra nos bellum ipsius satis ostēdit, Dei esse illum aduersariū, & ante om̄ia deū petere.

Et germinabunt inter herbas quasi salices, iuxta præterfluentes aquas. Comparat quoque in baptismate renascentes herbis uirentibus & salici, quæ iuxta fluentes aquas oritur, & contra rerum naturam affert fructus, quę prius sterilis erat, uel cuius semen in cibo sumptum steriles facit.

Sicut in cœlesti Hierosolyma multæ sunt mansiones, quarū infima tamen potior est omnibus regum palatijs: Sic in ecclesia uelut in magna domo, diuersi gene

B ris uasa sunt, quorum aliud est alio honoratius, & tamen quod in his utilissimum est, preciosius est uniuerso mundo. In corpore hominis naturali membrum aliud alio est præstantius. Functiones quidem diuersæ sunt, sed eodem spiritu uegetantur omnia: Sic in corpore mystico, quod est ecclesia, diuersi sunt ordines hominū, diuersa munia donaque spiritus, omnes tamen membra sunt Christi, & eandem expectant hæreditatem. Quod hîc infimum est, sublimius est omni fastigio mundi. Pes humani corporis beatior est oculo suis aut canis, & hæ partes per quas egeruntur recrementa cibi ac potus in humano corpore, beatiores sunt capite asini.

Hirundinum pulli in nidulis sedentes, parentum suorum, qui sibi alimenta afferunt, aduentum expectant: & cùm ipsos uenire conspexerint, leui ala mouent aërem cāullantes & ad illorū aduentum applaudentes: similiter & eorū parentes, cùm nidulo appropiant, cantillant, pullis aduentum suum nunciantes. Similiter autem & uos in nido tēpli huius sedetis, meū aduentū expectātes, & quia uenientem uidetis, leui mētis ala uolatis. Neque ego dissimiliter spirituali huic nido appropinquaturus, Deum uoce præmissa glorifico, quòd mihi filios dedit tam mei amantes. Sed hirundines alimenta sua ab ore in os tradunt: nos autem nostra nō sic, sed ab ore in aurem. Illa enim in corruptionem procedunt, nostra uerò in incorruptibilitatem: illa corpora pascunt, nostra animas impinguant.

Sicut similiter homicida dicitur, qui siue puerum siue uirum occidat: Sic & auarus, & qui plura, & qui parua diripuit: & tenere malum in malum in corde nō est paruum, sed etiam grande peccatum.

Homicida simul cum gladio percutit, ac subitò breuique momēto affligens, tormentum ultra non producit: diues uerò cū calumnijs, contumelijs, insidijsque tuis, lumen pauperi uertis in tenebras, eoque adducis, ut millies mortem appetat. Considera, quæso, quot illi pro una mortes inferas ob modicas diuitias?

Sicut ergo uoluit, tanquam homo fame acsiti, cæterisque huiusmodi laborare, sic

C ſic etiam ut homo diem illum (Marci 13.) ignorat. Aliquando ut Deus, aliquando ut homo loquitur, ut & Deum & hominem ſe uerum oſtendat.

Homo peccator folium eſt, quod in paradiſo ab arbore cecidit, qui tentationis uento rapitur, deſideriorum flatibus leuatur. Mens hominis quot tentationes patitur, quaſi tot flatibus mouetur, hanc ira perturbat: cùm recedit ira, ſuccedit inepta lætitia, ſuperbia leuat, inordinatus timor in infirmis deponit.

Quemadmodum unus atque idem homo, ſi Deo manè aliquid offerat, aliud ueſpere, pro congruentia diuini temporis: nō Deum mutat, non religionē, ſicut nec ſalutē, quæ alio modo manè, alio ueſpere ſalutat: Ita in uniuerſo tractu ſeculorū, cùm aliud oblatum eſt ab antiquis ſanctis, aliud ab ijs qui nunc ſunt, offertur, nō humana præſumptione, ſed autoritate diuina, temporibus congrua ſacra myſteria celebrantur, non Deus aut religio commutatur.

Sicut ingenuus homo, ſi diutius in poſſeſſione uel domo potentis alicuius & uiolenti fuerit commoratus, per poſſeſſionem longi temporis uſu capit eum in ſeruitute: Sic & homo ſi diutius fuerit in poſſeſſione diaboli, uſu longi temporis uendicat ſibi dominum ſuper eum, ita ut nemo poſſit à dominatione diaboli liberari, niſi ſola potentia Dei.

Optat homo uerè pius perfectam integritatem ſui corporis, quam ſperat in reſurrectione, eoque dolet impudicis inſomnijs contaminari uaſculum ſuum, at non ſtatim quod moleſtum eſt, crimen eſt: Ita uir pius dolet, fame, ſiti, ſomnolentia aut laſſitudine corporis interrumpi precandi inſtantiam: dolet membrorum rebelles animo motus, dolet carnem concupiſcere aduerſus ſpiritum.

Quid eſt aliud homo, quamuis diues, quamuis potens, quamuis robuſtus, quamuis eruditus, quamuis prudens, niſi uas fictile? Quòd ſi lutum induruit, nō D recipit impreſſionem ſpiritus, ſed reſiſtit fingenti gratiæ. Confringe domine tua uirga teſtam hāc, & tanquam uas figuli comminue, ut denuò tua miſericordia maceratum, obſequatur ſpiritui tuo refingenti. Nemo poteſt eſſe uas honorificum ad omnem uſum accommodum in magna domo domini, niſi refingat eum cœleſtis ille figulus, qui nihil à nobis requirit, quàm materiam obſequentem digitis ſpiritus. Indurauerant operum ſuorum fiducia Iudæi, eoque ſemper reſtiterunt doctrinæ Chriſti: ſed cor contritum non poteſt reſiſtere cuiquam, non erigit ſeſe, non molitur uindictam, tantum expectat manum domini. Quid? an non uidemus eos qui fundendi arte ſtudent imaginem quàm maximè expreſſam reddere, puluerem aut quærunt aut faciunt quamminutiſſimum, maximeque fabrilem? Tale cor nos exhibeamus artifici ſpiritui.

Nam ſi homo ad conſpectum alterius hominis efferaretur, quod facere uidemus animantes, quorum natura ſoliuaga eſt, nulla eſſet hominum ſocietas, nulla urbium condendarum uel cura, uel ratio: Sic neque uita quidem ſatis tuta, cùm cæteris animalibus expoſita eſſet imbecillitas hominum, & ipſi inter ſemetipſos belluarum more ſæuirent.

Quomodo homo omnes ſenſus habet, nec ideo tamen omnes homines aciem habēt Lynceo ſimilem: Sic qui ſtultus eſt, tam acria & concitata habet omnia, quā quidam quædam. Omnia in omnibus uitia ſunt, ſed nō omnia in ſingulis extant.

Sicut homo cùm impleuit amphoras bono uino, & inter illas paucas ſemiplenas poſuit, & uenit ut tentet & guſtet amphoras, non tentat plenas, ſcit enim quia bonæ ſunt: ſemiplenas autem guſtat, ſine ne acidæ factæ: citò enim ſemiplenæ aceſcunt: Sic & qui pleni ſunt in fide, reſiſtunt diabolo, & fugit ab eis, quia non habet locū intrādi, ſed in ſemiplenas intrat, & quęcūque uult facit illis, & fiūt famulę eius.

Si homo qui aliquid per artē operatur, priuſquam fabricet quod uult facere, & priuſquam formet, ſcit uſum eius quod elaborare ſtatuit: Quāto magis omniū opifex

A opifex, qui uerbo omnia ex nihilo ut essent, produxit, sciebat antequam lucem faceret, quòd esset bona?

Si homo philosophiæ deditus, licet sæpenumero conuitijs petatur, nihil tamẽ horum patitur: Quanto magis Deus, natura illa nulli obnoxia iacturę, nullam admittens mutabilitatem, gloria illa immutabilis & immobilis? Etenim & homines in hoc Deo tum similes sint, quando nihil patiuntur ab illis qui nocere uólunt, neque calumniam ferunt, dum infertur, neq; à percussoribus percutiũtur, neq; dum ab alijs ridentur, uerè deridentur.

Sicut homo mortuus uidetur quidem homo, sed non est homo: Sic & mortua castitas, nec castitas est. Mortua autem quæ non propter Deum, sed in simulatione propter homines sit.

Sicut priuatus homo, regiam sibijpsi purpuram circumponens, unà cũ omnibus qui se iuuant, punitur ut tyrannus: Ita & qui dominicam sententiam fert, & hominem facit anathema ecclesiæ, abducit seipsum in extremam pernitiem, usurpando dignitatem filij Dei.

Sicut homo non potest facere bonum, nisi habuerit adiutorium Dei: Sic nec Deus bonum operatur in homine, nisi homo uoluerit. Sicut nec terra sine semine, nec semen sine terra fructificat: Sic nec homo sine Deo, nec Deus sine homine iustitiam operatur in homine.

Quemadmodum nullus homo angelum super terram noceti Ita neque homo hominem, sed neq; ipse alium nocere poterit, quandiu bonus fuerit.

Sicut homo malignus si uiderit aliquem orphanum habere substantiã paternam, ducit eum frequenter ad prandium, donat illi interdum aliquod speciosum uestimentum, loquitur illi dulces sermones, donec tollat facultates eius: Sic & dia-
B bolus uidens hominem habentem in se thesaurum cœlestem, id est, animam immortalem à Deo creatam, sapientiam cœlestem in arca terrena positã: ideo ostendit illi aurum & argentum, & concupiscibilia ornamenta, ostendit illi uestes preciosas, & deliciosos cibos, & gloriosos honores, ut per hoc subiugans eum uoluptatibus suis, auferat salutem animæ eius, & corrumpat gratiam cordis ipsius.

Pusilli hominis est & miseri repetere mordentem ut mures & formicæ, ad quas si manum admoueris, ora conuertunt: imbecilla se lædi putant, si tanguntur.

Quemadmodum igitur nos, quamuis homines secundum naturam simus, in patre tamen unum sumus: Sic & ipse filius unum est cum patre, & ipse pater unũ cum filio, sic etiam nobiscum. Et quemadmodũ nulla ratio coget similes patri nos secundum naturam esse, quia unum cum ipso fieri dicimur: Sic non est necesse filium ex substantia patris esse, quoniam ait, Ego in patre, & pater in me est: quum ita sit in patre, ut diximus, quemadmodum & nos ipsi: aut ergo nos etiam ex substantia patris sumus, quoniam ad unum cum Deo reducimur. Aut si homines tũc quoq; sumus, quando unum facti sumus cum patre, hoc ipsum etiam de filio credendum est: remanet enim in natura sua, nec in substantiam patris conuertitur, quamuis unum fiat cum ipso.

Si uidisti hominem scalpere manus, & usq; ad sanguinem confricare, euidentem habes in eo similitudinem animæ peccantis expressam. Cedit siquidem uoluptas illa dolori, & succedit prurituí cruciatus: neq; id ignorabat, sed dissimulabat ille dum scalperet: Sic laceramus, sic exulceramus proprijs manibus animas infelices, nisi quòd tanto grauius, quanto excellentior est spiritualis creatura, & cui difficilius medeatur.

Si hominem quempiam ob oculos habentes ad peccandum reddimur cunctatiores, sæpenumero domesticos famulos etiã ueriti, moderatius agẽdo cauemus, ne quid absurdi admittamus: Quãto magis Deũ, qui omnia uidet & præsens est, timere debemus?

C Pone hîc hominem uiuentem saluum nullas pecunias patientem, si donaret quisquam ut semper sic esset, & hoc bonum non desineret, quantum gauderet, quantum extolleretur, quomodo se non caperet lætitia sine pœna, sine cruciatu, sine fine uitæ? Si hoc nobis solum permitteret, quod dixi modò, quibus potui uerbis descripsi & commendaui, quanti erat emendum? si uenale esset, quantum dandum erat ut emeretur? Sufficeret quicquid haberes, etiamsi totum mundum possideres? Et tamen uenale est, eme si uis: tantum ualet, quantum habes. Ad aliquid ergo magnum & preciosum compares aurum, uel argentum, uel pecuniam, uel fructus aliquos pecorum uel frugum, quæ in tua possessione nascentur, ut emeres nescio quid hoc magnum & præclarum, quò uiueres in hac terra felix: & hoc eme si uis. Noli quærere quid habeas, sed qualis sis: res ista te ualet, quantum es tu. Te da, & habes eam. Si malus es, dando te illi, bonus eris.

Si famelicum hominem apertis faucibus uento inflatis, haurire buccis aërem cernas, qui quasi consulat fami, non credas insanire? Sic non minoris insaniæ est, si spiritum rationalem rebus putes quibuscunque corporalibus non magis inflari, quàm satiari.

Quemadmodum in homine recens nato anima subinde maiora & illustriora uitæ opera exercet: Ita in homine recens nato fides subinde honestiora & meliora opera profert.

Sicut homines nonnunquam amicitia mouentur, ut domos ædificent his qui synceriter & amicè sibi afficiuntur, & nonnunquam etiam ciuitates condiderunt, quibus familiarium nomina indidere: Ita & iustus Abraham uisionem Dei assecutus, altarium sibi consecrauit.

An non uidemus ut homines qui hominibus canunt testudine cithara'ue, si
D qua fides æquo tensior sit aut remissior, mox leuissimum etiam discrimen auribus deprehendant, puta semitonij aut dieseos, nec adduci possint ut pergant canere, nisi prius chordam obstrepētem correxerint? Facit hoc Dionysiacus mercede conductus, ut delectet temulentum conuiuium: & non facit idem diuini uerbi citharœdus, ut seruet Christi sanguine redemptum populum? Hominis aures non ferunt citharam uel una chorda uitiatam, & Deus feret cautionem humanis cupiditatibus dissonantem? Subsiliat igitur qui studet agere bonū citharœdū domini.

Postremo accedit ignominia. Nam quos homines uident infelices esse, de his etiam contumeliose iudicare solent. Sentiunt enim eos esse nebulones, perfidos & sceleratos, qui propter flagitia sua iustè affligantur: Sic de afflicto Iobe iudicabant amici sui, sic de Paulo à uipera icto sentiebant Barbari. Omnino, inquiunt, homicida est homo hic, quem seruatum è mari, ultio non finit uiuere. Non dissimiliter etiam de Lazaro iudicabatur, qui tanto habebatʳ sceleratior, quāto infelicior erat.

Quemadmodum inter homines multæ sunt differentiæ uiarum ac lectionum instituta, tam maiorum quàm minorum, splendidorum ac periculosorum: Ita & in diuinis nō unica solùm uirtutis est uia, per quam saluamur, sed plures: & quòd plures solùm sint apud Deum, hoc ubiq; diuulgatum est, ac omnium celebratum ac cognitum linguis, ob nullam aliam causam, quàm quòd multæ sint uiæ quæ illac ferunt, quædam periculosiores, clariores tamen: aliæ uerò humiliores, sed tutiores. Qur igitur securiores relinquimus, & ad hanc unam nos conuertimus, quæ sit lubrica ac pernitiosa, & quònā ferat ignoremus? siquidem non omnibus idem conuenit cibus, sed alijs alius, iuxta ueritatem ætatis ac habitus.

Quemadmodum homines cùm magnum aliquid magno studio elaborauerint, & finem laboribus suis imposuerint, tunc tandem probant quid fecerint, & opus laudibus extollunt: Ita & diuina scriptura solet & nunc, cùm se ad nostrarū auriū infirmitatem demisit, & dixit, Et uidit Deus lucem quòd bona, &c.

Si

A Si homines, qui eorum causa insudant, sine mercede, sine retributione abire non sinunt: Multo magis Deus eos qui tot insudauerunt laboribus, non permittet quandoq; suorum laborum repensatione fraudari: sed necesse quoddam alterū tempus esse post mortem, quo laborum mercedem accipiant.

Si homines scelerati dum choreas agunt in foro, in profunda caligine, nocteq; intempestiua meretricias cantilenas mollesq; canentes cantiones, totam ciuitatē nobis aperiunt, & ad sese conuertunt: Nos cœlestium populorum supernis choris regem uniuersi celebrantibus non accurremus? non audiemus diuinam illam ac beatam uocem? Et quæ nobis dabitur uenia?

Homines qui in naui sunt, & uelo utuntur, & gubernatorem ad clauū sedentem uident, & sua arte uentorum ui obsistentem, siquando fluctuum uident insaniam, enecantur metu, & saluti suæ, ut dici solet, timent. Quid igitur dicet aliquis de iusto Noē, qui quasi in carcere sedens, hinc & inde circumferebatur, neq; cœlū uidere, neq; aliquò oculos uertere ualens, sed intus tenebatur, nihilq; prorsus uidere poterat, quod consolationem afferret? Et hi quidem in mari nauigant, etiamsi exurgant alti fluctus, possunt subinde in cœlum aspicere, & cacumina montium uidere, & ciuitates magnas spectare, sicq; aliquantam cōsolationem capere. Quòd si grauior & intolerabilior fuerit tempestas, undecim uel paulo pluribus diebus, & post multas illas tempestates & pericula in terram eiecti, & paululum refecti, omnium illarum molestiarum obliuiscuntur. Hic autem nihil tale, sed anno toto nouum & rarum illum carcerem inhabitat, neq; aërem respirare ualens.

Si homines, cum quibus eadem est natura nobiscum, paruum aliquando nobis beneficium præstiterint, expectant à nobis gratitudinem, non ob nostrā gratitudinem per se, sed ut ipsi inde celebriores fiant: Quanto magis id nobis faciendum in his, quę à Deo accepimus, qui hoc solum ob nostram utilitatem uult fieri? Et sicut cùm grati sumus hominibus qui nobis benefecerūt, clariores reddimur: Ita etsi in Deum fuerimus grati, nosipsos illustriores facimus.

B Homines primùm uolunt ea quæ præcipiunt opere compleri, magnaq; obedientia & beneuolentia erga se uti subditos mādata suscipientes: Non ita se gerit communis omnium dominus: prius enim benefacit, & multitudine beneficiorū nostram naturam ad se allicit, & postea imperat facilia atq; leuia, ut facilitate mandatorum, & beneficijs prioribus excitati, ad ea implenda inducamur.

Homines qui sunt, etsi quem nobilem, si quem fortem, si quem sapientem audiunt, tanquam supra hominem arbitrantes concupiscunt uidere. Procedit Imperator, cuius regiæ potestati commissa pars est orbis terrarum, concurrunt omnes, & in tanta multitudine illum solum aspicere gestiunt, & de fulgore purpuræ plus quiddam esse in uultu Imperatoris existimant. Miraris si Dei desiderabilis uultus est, cùm conformem sui hominem humanus omnis miratur affectus? Hinc datur intelligi etiam illud quod Imperatori unusquisq; nullius reus criminis gestit occurrere. Nam etsi crimen habeat conscientia, tegunt illud tamen cordis occulta, dummodo publico non sit inuolutus reatu, nec sit aliquod eius crimen expressum. Deniq; ubi rei aliqui fuerint aduocati, & Imperatori se & ipsis iudicibus offerre prohibentur, quemadmodum turpes lenonum meretricumq; personæ à conspectu uel iudicis, uel Imperatoris arcentur, ne turpissimorum uisus offendat uultus regij claritatem. Qui autem bene sibi conscius est, nullius criminis reus, quasi innocens procedit in medium.

Si nanq; apud homines è conspectu regio reijcitur, qui utcunq; aliquid contra leges aulicas deliquit, etiamsi unum duntaxat eorum quæ decreta fuerant transgressus sit, si uel calumniam cuiquam exprobrando intulit, principatum perdidit. Et si mœchatus fuerit & comprehensus, reprobus factus est, & si innumera præ-

terea

C terea probè gesserit, omnia simul interierunt. Si homicidium perpetrauerit, ostensumque fuerit ac probatum, & hoc ad interitum ipsius sufficiens habetur. Quòd si humanæ leges tantam exigunt custodiam: Quanto magis diuinæ leges tantam exigunt custodiam?

Quemadmodum peruersi quidam & subdoli homines, quorum studium est & propositum ex aliorum bonis ditescere, eam tamen potentiam non habent, ut aperta uiolentia utantur, uias insidiose obsidere solent, & si locum aliquem circa illas aut conuallibus profundis interruptum, aut dumorum densitate obscurum uiderint, in illum sese abdunt, & huiusmodi uelamento uiatorum circunquaque conspectum, ne præuideantur, amoliti, ex inopinato illos adoriuntur, ne quisquam eorum laqueos periculosos uidere prius queat, quàm in illos incidat: Ita & Satan infensus nobis & antiquus hostis mundanarum oblectationum umbris sese insinuans, quæ periculose circa uitæ huius uiam latronem occulere solent, & latibula præbere insidiatori: inde improuisos nobis perditionis laqueos substernit. Oportet itaque nos, siquidē tutò propositā uitæ nostræ uiam percurrere, & animā nostrā simul ac corpus à uulnerum dedecore liberare, Christo sistere, & uictoriæ coronas apprehendere uoluerimus, animi oculos perpetuò uigiles circunquaque diducere, & quicquid iucundum apparet, mox suspectum habere & prætercurrere, nec aliquam illi cogitationem applicare, etiamsi aurum copiose propositum uideatur, & idoneum quod à uolentibus tollatur (Diuitiæ nanque, inquit, si affluxerint, cor illis apponere nolite) etiamsi quascunque delicias terra proferat, & preciosa tabernacula ostentet: nostra enim conuersatio in cœlis est, unde & seruatorem expectamus Christum, etiamsi choreas, comessationes, ebrietates, & mensas concentuum modulatione iucundas uideamus. Vanitas enim, inquit, uanitatum, & omnia uanitas:

D etiamsi offeratur uenustas corporum, in quibus animæ peruersæ habitant. A facie nanque mulieris sicut à facie serpentis fuge, inquit Sapiens: etiamsi copia detur potentatuum ac tyrannidis, & satellitum, uel adulatorum, adhæc & thronus sublimis, ac splendidus subiectas habens ad uoluntariā seruitutē & gentes & urbes. Omnis enim caro, inquit, fœnum est, & omnis gloria hominis sicut flos fœni: arefactum est fœnum, & flos decidit. Sub his nanque omnibus ita iucundis latebras suas habet communis noster hostis, expectans num per obiectorum spectacula illecti, relicta regia uia ad ipsius aliquando insidias ipsi ultrò declinemus. Et plurimùm sanè timendum est, ne quo pacto illis incautē adcurrentes, & oblectationem illam quam usurpantibus offerunt, nihil habere periculi putantes, primò statim gustu dolose abditum hamum uoremus, atque illo postea, nolimus uelimus, ligati ad terribiles latronis latebras, mortem scilicet, per huiusmodi illecebras imprudentes trahamur. Necessarium itaque omnibus & utile est fratres, ut quemadmodum uiatores solent ac cursores, cautè proficiscamur, & ad perficiendum hunc cursum animabus nostris undique agilitatem uenati, sine ullo respectu ad uiæ huius terminum properemus. Et nemo me noua fingere nomina suspicetur, quòd iam humanam uitam, uiam uoco, cùm & Dauid propheta uitam hanc ita nominarit: nunc quidem ita alicubi dicens, Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Nūc uerò ad dominum suum clamans, Viam iniquitatis amoue à me, & in lege tua miserere mei. Et ubi præproperum Dei auxilium contra calumniatores collaudans, & ad lyram suam illud iucundè applicans, dicit, Deus qui præcinxit me uirtute, & posuit immaculatam uiam meam: meritò ubique terrarum hominum conuersationem, siue celebrandam, siue prauam, ita uocandam esse ratus. Quemadmodum enim qui institutum iter expediunt, pedum gressus ad cursum inter se concertantes ad anteriora proferentes, & priorem semper pedem terrę innixum ueloci alterius transpositione posteriorem ostendentes, facilè ad uiæ terminum

A rium promouent: Ita & qui ad uitam hanc à conditore producti sunt, confestim in illius principio temporum articulis ingredientes, & priorem ex illis semper posteriorem relinquentes, ad uitæ metam pertingunt. An non & uobis præsens hęc uita quasi continua quædam uia porrecta, & iter quoddam ætatibus, quasi quibusdam uiatorum diuersorijs distinctum uidetur, quod unicuiq; profectionis initiũ quidem parturitionem maternam exhibet: cursus uerò terminum sepulchrorũ scenas submõstrat, & ad illas quosuis deducit, alios uelocius, alios tardius, & hos quidem uitæ diuersoria teneant. Aliæ itaq; uiæ quæ ab urbe una ducunt, in aliam declinari possunt, ne per illas ambulet qui non uult: hæc uerò, etiamsi differre cursum queamus, uiatores suos ui correptos ad destinatam à domino metam trahit. Nec fieri potest, dilecti, ut qui portam ad hanc uitam ferentem egressus, & hanc uiam semel ingressus est, non etiam ad illius terminum perueniat: sed unusquisq; nostrum postquam materna claustra euasit, statim temporis obligatus fluctibus prouoluitur, cum semper diem quem iam uixit, post tergum relinquens, & ad hesternum nunquam, etiamsi cupiat, redire ualens. Nos uerò lætamur ad anteriora delati, & ubi ætates protulimus, quasi augmentum aliquod nacti gaudemus, beatumq; ducimus, si è puero quisquam in uirum, & è uiro in senem euaserit, ignari quòd singulis diebus tantum de uita hac amittimus, quantum temporis uiximus: nec sentimus quàm uita nostra absumatur, licet perpetuò illam à prætercurrente ac præterlabente tempore metiamur: neq; cogitamus quàm incertum sit hoc tempus, quod ad perficiendum cursum nostrum, qui in hanc nos profectionem emisit, concedere proposuit, & quando unicuiq; nostrum portas, quas ingrediamur, reseraturus sit, & quòd oporteat nos quotidie ad migrandum ex hac uita paratos esse, & nutum domini fixis oculis expectare.

B Sicut omnes homines naturaliter cognoscunt Deum, non autem uidentur uerè cognoscere, quia non dignè colunt, sicut serui dominum, sicut factura factorẽ: & hoc est secundum naturam quidem cognoscere, non autem secundum uoluntatem: Sic & Deus naturaliter omnes cognoscit, sed non eos uidetur uerè cognoscere, quia non eos diligit quasi factor facturam, quasi dominus proprios seruos. Et hoc est secundum naturam cognoscere, non autem ex uoluntate, quia omne malum extraneum est à Deo.

Enimuero si cùm homines accedimus, tanto studio nostri curam agimus, ut propè stantes sæpenumero non uideamus, sed colligimus mentem, & ad eum solum spectamus, quem accedimus: Quanto magis apud Deum idem facere continuò & iugiter precibus insistere congruit?

Si homines quibus corporibus mederi cura est, amplius admiramur, cũ ægrotos omni spe destitutos, arte propria curauerint, & summæ reddiderint sanitati: Quanto iustius est Christum nostrum admirari, donantem uulneribus sanitatẽ, publicano & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuam largientem, dignos eos cœlorum amœnitate donare?

Non quemadmodum maxima hominum pars hoc solum affectant, ut in hoc seculo habeant felicitatem, & si quid aduersi acciderit, continuò præsto adsit Christus unà cum angelis suis, ac sensibiliter seruet: Ita discipuli Christi hoc unum quęrebant, ut Christus regnum suum, de quo prophetæ admiranda uaticinati fuerãt, in hoc mundo corporaliter administraret, ac in toto orbe terrarũ inter omnes gentes monarcham ageret, adeoq; cùm iam festinaret ad Hierusalem, existimabant ipsum de hac causa festinare, ut illic regnum suum in terris inchoaret, ac ipsi singuli singulos principatus aut præfecturas consequerentur.

Si hominum quispiam clarus ac locuples in locum liberorum te adoptaturus acciret, ires per oppositas rerum difficultates, & per quamuis longi recessus iter fa-

C ctatus curreres. Deus uniuersitatis rerumque dominus te in adoptionem uocat, illud, si uelis, tibi blandum filij nomen impartiens, quo Deum nostrum unicũ suũ nuncupat, & non accensus rapieris? non properus urgeris, ne conditionem tantam celeri occursu mors præripiat?

Si hominibus lætum est & gloriosum, filios habere consimiles, & tunc magis generasse delectat, si ad patrem liniamentis paribus soboles subcisiua respondeat: Quanto maior in Deo patre lætitia est, cùm quis sic spiritualiter nascitur, ut actibus eius & laudibus diuina generositas prædicetur?

Quemadmodum fieri solet in honorum dignitatibus constitutis, quos cùm iudices in quibusdam sceleribus comprehenderunt, primùm illos dignitatum honore spoliantes, tum demum puniunt: Ita & Paulus cum Iudæis egit.

Quemadmodum hora uespertina quis stellam alijs comparatam lucidam uocat, quam sole fulgente lucidam nemo diceret, eo quòd excellens splendor solis fulgorem stellæ obtegit: Ita & hominem ueracem ac bonum esse dicimus, quando est cum alijs hominibus conferimus. Cæterùm quando eum cum Deo comparamus, non est uerax.

Sicut in horto sunt multæ arbores fructum inutilem facientes, in syluis autem non inuenitur bonum faciens: si autem faciunt, aut insipidum faciunt, aut acerbum: Sic in ecclesia, quæ hortus est Christi, Salomone dicente, Hortus conclusus, fons signatus, soror mea, paradisus cum fructu pomorum, multi sunt mali. In ecclesijs autem hæresium, quæ sunt syluæ desertæ, nemo est bonus: quia etsi est aliquis bonus, propter homines est bonus, & non propter Deum.

Quemadmodum pernitiosior est hostis fugientibus: Sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti & auerso.

D Si quis hostem & inimicum suum in uinculis existentem, mortis iam accepisse sententiam cognouerit, ita cupidè enecatum iri gestiat, ut tantũ temporis, quò usque urbem egrediatur, ferre non sustinens malit statim in ipsa urbe iugulatum uidere: Ad eum scilicet modum & diabolus egit cum Cain & impijs omnibus.

Quemadmodum nos aduersus hostes illa exponimus arma, quibus eos dolore afficiamus: si uerò eos minus dolere uiderimus, recedimus quasi non habentes quò ipsos mordere possimus: Sic ergo diabolus, si uiderit deridentem te ac despicientem suos conatus, cedit ex uia hac, non iam ulterius propinquans.

Hostes ad rapinam prouocat, qui suas eorũ notitiæ diuitias denudat: quousque enim ab æternæ patriæ securitate disiungimur, per latronum insidiantium iter ambulamus. Quod ergo in itinere deprædari formidat, abscondat necesse est bona quæ portat.

Quales sunt hostium uel ferarum cæde madentium, aut ad cædem euntium aspectus, qualia poëtę inferna monstra finxere, succincta serpentibus, & igneo flatu, quales ad bella excitanda, discordiamque in populos diuidendam, pacemque lacerandam deterrimæ inferi exeunt furię: Talem nobis iram figuremus, flamma lumina ardẽtia, sibilo mugituque & gemitu, & stridore, & si qua his inuisior uox est, perstrepentem, tela manu utraque quatientem, neque illi tegere se curæ est: toruam cruentamque & cicatricosam, & uerberibus suis lucidam, incessu uesano effusam, multa caligine incursitantem, uastantem, fugantemque, & omniũ odio laborãtem, sui maxime: si aliter nocere non possit, terras, maria, coelum ruere cupientem, infestam pariter inuisamque.

Vt hulcera ad leuem tactũ, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt: Ita animus affectus, minimis offenditur, adeò ut quosdam salutatio, epistola, oratio & interrogatio ad litem euocent.

Non eo loco res humanæ sunt, etiamsi statum uestrum parum nostis, & uobis tantum

A tantum ocij superſit, ut in probra meliorum agitare linguam uacet. Hæc uos non intelligitis, & alienum fortunæ ueſtræ uultum geritis, ſicut plurimi quibus in circo aut in theatro deſidentibus, iam funeſta domus eſt, nec annunciatum malum.

Sicut humanus & mitis, & clemens maiorum peccatorũ grauitatem ſuccidit: Ita acerbus & crudelis, & implacabilis magnũ proprijs põdus peccatis apponit.

Quemadmodũ quum humor nectareus à fonte aliquo aquarum copioſe ſcaturiens, profluuio ſuo abundantiam oſtendit, in de lapſu perenni in flumina duo inciditur, unicam ex uno fontis ortu uim à principio continens: bifariam autem fluminum formatur ſpecie, ſine nocumento tamẽ eſſentiæ flumen illud diuiditur. Humorũ enim poſitione tantũ fluor illi diſcriminat, ac humoris qualitatem unã & eandem continet, etiamſi flumen utrunq;, ut dictum eſt, quàm longè diſtare, & multum à fonte abeſſe uideatur: principium enim ad continuitatem fontis communem cum ſua habet matre. Similiter etiã omniũ bonorum Deus, ueritatis ille adminiſtrator, & ſaluatoris pater, prima uitæ cauſa, ac immortalitatis planta, fons uitæ ſempiternæ, bifluam quandam filij & ſpiritus ſancti cognoſcibilem ad nos demiſit gratiam: ipſe uerò nullum propterea nocumentum in eſſentia eſt perpeſſus. Nullam enim imminutionem propter iſtorũ ad nos demiſſionem, & ad nos uſq; acceſſum ſuſtinuit, nec illi propterea à patre ſeparationem ullam ſuſtinuerũt: indiuiſibilis enim, quemadmodum ſub initium diximus, meliorum eſt natura.

Quemadmodum ſi praui ac pernicioſi humores in præcordijs ac inteſtinis lateant, non accuſatur medicus, quòd eos ipſe fecerit, ſi arte ipſos in cutem, ut appareant, traxerit: ſed effecit quidem illos inordinata diæta, traxit autẽ in manifeſtius non imperitus medicus: Sic cùm dolores ac cruciatus hominibus à Deo factos audimus, intelligere decet à nobiſipſis initia & cauſas earum uexationum fuiſſe.

B Quomodo hydria quæ conteritur, ceſſat haurire, & rota per quam de lacu & puteis leuanẽ aquæ, ſi confracta fuerit, ſiue (ut alij interpretes uoluerunt) in ſuo funiculo conuoluta, aquæ uſus intercipitur: Ita & cùm funiculus argenti fuerit interruptus, & animæ ruinis recurrerit ad fontem, interibit homo.

Tradunt fabulæ poëtarum defectis quondam hydram capitibus numeroſius renaſcentem per ſua damna creuiſſe. Itaq; nouo inauditoq; miraculo, multiplicato mortibus ſuis monſtro, lucri genus eſſet amiſſio, ſcilicet dum quicquid ferrum ſecantis abſcinderet, totum id fœcunditas prodigioſa germinaret, donec laborans atq; æſtuans cœptæ illius defectionis induſtrius appetitor, caſſatis totiens in efficaci opere uirtutibus, fortitudinem belli armaret arte conſilij, & admotis, ut aiunt, ignibus multiplicem portentuoſi corporis prolem feruenti gladio deſecaret, ac ſic ambuſtis intrinſecus medullis cùm rebelles uenas improbæ fœcunditatis exureret, tandem parturitio monſtruoſa ceſſaret: Ita etiam hæreſes in eccleſijs illius quam poëtarum commenta finxerunt, hydræ ſimilitudinem gerunt. Et iſtæ enim aduerſum nos linguis feralibus ſibilant, & iſtæ uirus letale iaciunt, & iſtæ ſectis capitibus renaſcuntur. Sed quia reſurgente morbo non debet ceſſare medicina, & quanto maior fuerit ægritudo, tanto inſtantior debet eſſe curatio. Potens enim eſt dominus Deus noſter, ut quod de morte hydræ illius, gentilium falſitas finxit, hoc in eccleſiarum bellis ueritas peragat, & ignitus ſancti ſpiritus gladius, ita in extinguenda nouella hæreſi, omnes penitus medullas pernicioſæ generationis exurat, ut tandem prodigioſa fœcunditas morientibus uenis parere deſiſtat. Non noua ſunt hæc in eccleſijs monſtruoſi ſeminis germina, ſemper has dominici agri ſeges lappas ſenteſq; tolerauit, & ad ſummũ in ea ſuffocatricis zizaniæ germẽ emerſit hic Hebionitæ: Ita ſinguli ex ſue ſimilitudine hæreſeos hæreſim procreantes, omnes quidem à ſe diuerſa, ſed omnes tamen fidei aduerſa ſenſerunt.

Si quem uideris hydropi aut uitio ſplenis obnoxium, aut tabo quopiam mar-

C ceſcentem, innumeris undiq; plenum hulceribus, nihiloſecius tamen cum his omnibus, temulentiæ ac delicijs indulgentem, reddere morbum acriorem, adeò nō miraris aut beatum iudicas eum ob delicias, ut hoc ipſum etiam maximè miſerum exiſtimes: Similiter & de anima cogitato, ubi uideris hominem peruerſe uiuentē, multaq; fruentem proſperitate, neq; triſte quicquam patientem, ob hoc ipſum magis deplora, quòd quum morbo grauiſſimoq; tabo ſit obnoxius, tamen deterior fit, morbum delicijs uitaq; diſſoluta exaſperans. Non enim puniri malum eſt, ſed peccare malum eſt: nam hoc quidem à Deo ſeparat, illud uerò nos ad Deum recolligit, iramq; diſſoluit.

Quemadmodum hydropici in corpulentiæ ſuſpicione ſunt: Ita & iſte diuitem ſe imaginatur, ſemper accipiens, ac ſemper reddens, & ex poſterioribus priora ſoluens: deniq; fidem ſibi ex continua uerſura cōſeruans. Deinde uelut qui ob bilem ſtomacho grauati ſunt, ſi cibum ſumant, & alium nondum facta purgatione iterent, ad poſtremum omnia cum dolore & anxietate uomunt: Sic hi fœnus ex fœnore ſumentes, priuſquam priora purgentur ſecundum addentes, breui tempore ex alienis gaudentes, ad extremum rem domeſticam amiſſam lugent.

Ac conuenienter admodum hydropiſeos curatio confirmat peccatorum curationem. Hydropiſis enim & peccata, natura ſua inter ſe plurimum conueniunt: nam qui hydropiſi laborant, quo plus bibunt, eo plus ſitiunt: Sic & qui peccatis immerſi ſunt, quo magis obſequuntur affectibus peccatorū, eo ardentius ad perpetranda peccata adſpirant: adeoq; quantum peccata creſcunt, tantum creſcit peccandi amor. Vulgò conferunt auaritiam cum hydropiſi, quòd unà cum opibus creſcat etiam furioſa opum cupiditas: ſed non minus alia quoq; uitia cum hydropiſi conferuntur. Quid enim? an non & inuidia hydropiſis eſt, quę quo plus uin-
D dictæ in aduerſario cōſequitur, eo amplius appetat? Quid ambitio? huic ſi unum genus honoris contingat, non eſt niſi materia ad aliud affectandum: breuiter, tantus eſt omnium peccatorum ardor, ut quo plus eis indulgeas, eo minus exatiant. Quid ergo fit? Si ſecundum carnem, inquit Paulus, uixeritis, moriemini. Itaq; ſumma danda eſt opera, ut hi morbi curentur. Vt igitur hydropicorum ſitis non curatur, niſi morbi cauſa pellatur: Ita ardor peccati non extinguitur, niſi ardoris cauſa, quæ eſt ipſum peccatum, extinguatur: peccatū autem extinguitur, ſi aſpergas ſanguinē domini noſtri Ieſu Chriſti, hoc eſt, ſi primū quidem credideris Chriſtum expiaſſe ſanguine ſuo peccatū: deinde autem facta corporis ſpiritu mortificaueris, ut quemadmodum antè præbuiſti membra tua ſerua iniquitati, ita nunc præbeas membra tua ſerua iuſtitiæ ad ſanctificationem, quemadmodum Paulus.

Sicut in tempore hyemis inter uirides & aridas arbores diſcretio non eſt: cùm autem uenerit tempus illud beatum uernale, diſcernuntur: Ita nunc unuſquiſq; ſecundum fidem ſuam, & ſecundū opera ſua manifeſtabitur, impijs quidem nulla proferentibus folia, nullum oſtendentibus fructum: ſancti autem & folijs ueſtientur uitæ æternæ, & fructibus ornabuntur gloriæ. Et hoc modo ſegregabuntur à domino cœleſti paſtore: & paſtor quidem corporalis ſegregat ſecundum naturas corporum, Chriſtus autem ſecundū genera animarum ſegregat homines. Oues ſunt homines iuſti, propter manſuetudinem, quia ipſi neminem lædunt: propter patientiam, quia cùm ab alijs lęſi fuerint, ſuſtinent. Et ſicut oues quando ligantur, aut tacent, aut in ſimplicitate balant: Sic & ſancti cùm læduntur, aut tacent, aut certè in benignitate probati, preces tranſmittunt ad Deum.

Succeſſit hyemi uerna temperies roſis læta & floribus coronata, ſed uobis roſæ & flores de paradiſi delicijs aderant, & caput ueſtrum ſerta cœleſtia coronabant. Aeſtas ecce meſſium fertilitate fœcunda eſt, & area frugibus plena eſt: ſed uos qui gloriam ſeminaſtis, frugem gloriæ metitis, Atq; in domini area conſtituti, exuri

A paleas inextinguibili igne conspicitis: ipsi ut tritici grana purgata, & frumēta preciosa iam probati & conditi, hospitium carceris horreum computatis: nec deest autumno ad munera fungenda, temporis gratia spiritualis. Vindemia foris premitur, & profutura poculis in torcularibus uua calcatur. Vos de domini uinea pingues racemi, & iam de maturis fructibus botri, pressuræ secularis infestatione calcati, torcular nostrum sentitis. Vini uice sanguinem funditis, ad passionis toleran tiam fortes, martyrij poculum libenter hauritis: Sic apud seruos Dei annus euoluitur. Sic spiritualibus meritis & cœlestibus præmijs, agon unus, sed multiplici præliorum numerositate congestus.

Quemadmodum præterita hyeme, & æstate apparente, nauta quidem nauigium deducit, miles uerò arma deterget, equūq; ad bellum parat, & agricola acuit falcem, & uiator fiduciæ plenus longum iter aggreditur, & ad certamina pugil expoliatur, seq; denudat: Sic & nos ieiunio tanquam æstate quadam spirituali apparente, & arma tanquam milites abstergamus, & falcem acuamus tanquam agricolæ, & tanquam nautæ contra undas, contra absurdarum cupiditatum cogitationes opponamur, & tāquam uiatores rectum ad cœlū iter apprehendamus, & tanquam pugiles ad certamina spoliemur: fidelis enim & agricola, & gubernator, & miles, & athleta, & uiator est.

Sunt autem hypocritæ simulatores tanquam prænunciatores alienarum personarum, sicut in theatricis fabulis: non enim qui agit partes Agamemnonis in tragœdia, uerbi gratia, siue alicuius alterius ad historiam uel fabulam quæ agitur, pertinentis, uerè ipse est, sed simulat eum, & hypocrita dicitur: Sic in ecclesijs, uel in omni uita humana, quisquis se uult quod non est, esse, hypocrita dicitur. Simulat enim iustum se, & non exhibet, qui totum fructum in laude hominum ponit.

B I.



SICVT Iacob uirgas populeas, & uirides, & amygdalinas, & ex platanis, & ex parte decorticauit eas, detractisq; corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit: illa uerò quæ integra, uiridia permanserunt, ita effectus est color uarius: Sic iuxta mysticum exemplū illud, non passim uel ubiq;, sed in plerisq; locis corticem literæ detrahimus, & candorem allegoriæ tenemus.

Sicut Iacob luctatus est cum angelo, in quo Deus erat, qui & uictum se fatebatur: Ita luctari debet uerbi Dei amator cū sermone uel scriptura, in qua Deus est, nec dimittere antequam uincat uinci uolentem, sensumq; comprehendat utilem in litera iacentem. Lucta enim pulcherrima est, tandiu perseuerare petendo, donec inueniat: pulsando, donec sibi aperiatur: hæc lucta placet Deo, hac cupit ipse uinci, hac fortitudine opus est ut nobis aperiat & det sanctum.

Quemadmodum qui iaculari discit, destinatum locum captat, & manum format ad dirigenda quæ mittit, cùm hanc uim ex disciplina & exercitatione percepit, quocunq; illa uult utitur: didicit enim nō hoc aut illud ferire, sed quodcunq; uoluerit: Sic qui se ad totam uitam instruxit, non desiderat particulatim admoneri, doctus in totum, non quomodo cum uxore ac liberis uiuat. Si quid oculis oppositum moratur aciem, remouendum est: illo quidem non abiecto operam perdidit, qui præcepit, sic ambulabis, illi manum porrigens: Eodem modò ubi aliqua res obcæcat animum, & ad officiorum ordinem inspiciendum impedit, nihil agit qui præcipit, sic uiues cum patre, sic cum uxore.

Sicut per ianuas & fenestras citò ingreditur latro, & spoliat patremfamiliâs: Sic per os & aures, & oculos hominis, facilè inuenit diabolus occasionem ad animam, & facit eam captiuam.

Quemadmodum igneus homo si in medias incidat stipulas, nihil lædetur, sed

C magis uim exercet suam: nec enim ille quicquam patitur mali, sed qui his reluctantur, ipsi seipsos perdũt: Ita nũc euenit cōcionante Petro: imò potius, ac si quis ignẽ gestans, luctetur cum eo qui importat fœnum. Itidem uidelicet & apostoli illos adorti sunt multa cum fiducia. Quid enim, obsecro, læsit illos tāta multitudo? Nũ illis cum egestate & fame fuit conflictatio? Num cum ignominia & infamia? Nũ impostores esse credebantur? &c. Actorum 2. uide.

Sicut simul ignis, & simul ab ipso lux, neq; prior est ignis, & posterior lux, sed simul sunt: & quemadmodum lux ab igne semper gignitur, & nequaquam separatur ab eo: Sic & filius à patre gignitur, & nequaquam ab eo separatur, sed semper in eo est. Sed lux quæ ab igne inseparabiliter gignitur, in ipso semper manens, non habet propriam subsistentiam præter ignem, nam natiua qualitas ignis est: uerùm filius Dei unigenitus à patre inseparabiliter genitus & indiuisibiliter, & in eo semper manens, propriam habet subsistentiam, præter eam quæ patris est. Et quemadmodum non dicimus alterius substantiæ ignem, & alterius lucem: huncin modum fieri non potest, ut rectè dicamus patrem & filium alterius & alterius substantiæ, sed unius & eiusdem. Et quo pacto dicimus per eam lucem quæ ab ipso est, ignem illucere, & non ponimus organum administratoriũ ignis esse lucem quæ ex ipso est, sed potius uirtutem naturalem: Sic dicimus patrẽ quæcunq; fecit per unigenitum filium eius, non ut per instrumentum seruile, sed ut per uirtutem naturalem & substantialem. Et ut dicimus ignem illuminare, & rursus dicimus lucem illuminare: Sic omnia quæcunq; facit pater, similiter & filius facit: sed lux quidem propriam subsistentiam præter ignem non possidet, filius autem perfecta subsistentia est à subsistentia paterna discreta.

Quemadmodum ignis admotus ceræ facilè mollit eam: Sic & amoris calor D omnem fastum & arrogantiam uehementius quàm ignis soluit.

Sicut enim ignis quanto magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur & inualescit: Ita & cupiditatis rabies, per ea quę adipiscit, auctior et uehemẽtior efficit.

Quemadmodum ignis naturæ quanto cohærebit, tanto magis uires cōsumit: Sic & uerborum timor, quanto mente imprimitur, tanto magis peccatum impudicitiæ nostræ purgatur.

Quemadmodum ignis, si quando arida ligna nactus fuerit, unam pyrā ex omnibus facit: si uerò humida fuerint, neq; in illis operatur, nec illa conglutinat: Ita nihil eorum quæ frigida sunt, unitatem pacis complecti poterit, sed quicquid uelut magna ex parte feruidum fuerit.

Sicut ignis probat ferrum durum: Ita & uini incendio etiam superborum hominum cor liquescit. Omnes sibi in uino æquales uidentur, nullus inferior. Non pauper diuiti cedit, utpote quia pauperem se esse nescit. Non infirmus ualido, cui omnis in bibendo est fortitudo. Non mendicus locupletiori: non ignobilis honorato, sed cùm bibunt, illum regem habent, qui bibendo superauerit uires.

Ignis non modò quum illuminat tantùm, neq; quũ aurum repurgat, uerumetiam quum carbones absumit, maximè suā uim exerit, atq; hac parte perspicuum fit, quod sit ignis: Similiter autem & Christus hoc quoq; argumēto declarabit maiestatem suam, quum absumpserit Antichristũ spiritu oris sui, & aboleuerit splendore aduentus sui.

Sicut ignis ut ligna corripuerit plura, hoc fit uehementior: Ita & alacritas.

Vt ignis ubi fœnum aliquod aut culmum arripuerit, nihil moratur, sed simul ut attigit materiam, lucidam accendit flammam: Itidem & ignis concupiscentiæ quæ est in nobis, simulatq; per oculorum intuitum elegantem ac uenustam attigerit formam, protinus exurit animum. Proinde ne spectes temporariam illam, quæ ex aspectu proficiscitur, uoluptatem: sed perpetuum dolorem considera, qui nascitur

A tur ex concupiscentia: nam illa inflicto uulnere plerunque celeriter auolat, at uulnus non auolat, sed plerunque manet & interficit. Et quemadmodum ceruua confixa iaculo in uitali corporis parte, etiamsi uenatorum effugiat manus, nihil inde fert lucri: Sic & anima accepto cōcupiscentiæ iaculo é lasciuo curiosoque aspectu, etiāsi cum iaculo permittatur abire, tamen ipsa per se corrumpitur ac perit, ubique uidens hostem, & insequentem habens.

Duobus modis ignis extinguitur, scilicet dum subtrahuntur ligna, uel aspergitur aqua: Sic luxuriæ flamma, dum subtrahunt carnis incentiua, uel dum mens irrigatur lachrymarum affluentia, suffocatur ne noceat.

Sicut ignis in ampulla, quando deficit olei alimonia, & iam extinguitur, si parum quis olei infuderit, repentè quod extingui putabatur, & clariorem emittit lucem: Ita & senex Iacob præ tristitia iam extingui uidebatur: ubi aūt agnouit quòd Ioseph uiueret, & quòd dominaretur in tota Aegypto, & uidit plaustra, reaccensus est, & iuuenix ex sene factus.

Quemadmodum ignis sensibilis ea quibus insederit, in suum traducit officiū, omnibusque quomodolibet sibi propinquantibus sui consortium tradit: Haud aliter dominus noster & Deus, qui ignis consumens est, nos per cibum hunc sacratissimum in sui traducit effigiem, deiformesque reddit.

Quemadmodum in aquis ignis durare non potest: Ita neque turpis cogitatio in corde Dei amante.

Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur, uiuacior est qui cum lenta difficilique materia commissus, fumoque demersus ex sordido, eadem non detinet causa, quæ malignè alit: Sic ingenia quæ illustriora, breuiora sunt. Nam ubi incremento locus non est, uicinus occasus est.

B Latet autem mens oppressa somno, tanquam ignis obducto cinere sopitus: quem si paulułum commoueris, rursum ardescit, & quasi euigilat.

In omnes personas hic exardescit affectus, tam ex amore nascit, quàm ex odio, non minus inter seria quàm inter lusus & iocos. Nec interest ex quàm magna causa nascatur, sed in qualem perueniat animum: Sic ignis non refert quàm magnus, sed quò incidat. Nam etiam maximum solida non receperunt, rursus arida, & corripi facilia, scintillam quoque fouent usque in incendium.

Quemadmodum ignis é pilis leporinis aut stipulis aridis emicans, subitò desinit, nisi subsit materia solidior, quæ flammam cōceptam alat: Itidem amor, quem corporum uoluptas aut aliæ friuolæ causæ gignunt, etiamsi uideatur admodum uehemens, tamen diuturnus esse non potest, nihilo magis quàm hæ res unde nascitur. At res solidæ, ueluti ferrū, tardius quidem ignescunt, uerùm ignem semel conceptum diutissimè retinent. Rursum sunt materiæ, quę fumidum & obstrepentum, quædam etiā ingrati odoris ignem reddunt: Talis est amor inter improbos ex turpibus causis conciliatus, iurgijs ac rixis molestus, cōuictus intolerabilis, quē deniq; sequitur fœdę buccina famę. Huiusmodi strepitum ac fumū uidere licet inter nonnullos malis auibus coniugatos, adeò ut sæpe maritum, nonnunquam & coniugem exigat ex ædibus, & uterque uertitur in uulgi fabulam. Purus autē ignis nascitur ex lignis, quæ hinc uocantur acapna, ex cedris odoratus, tranquillus ac purus, si puro linteo ceram puram circumlinas: aut si lino quod uiuum uocant, eò quòd igni non absumitur, suggeras oleum ætate depuratum, nec quicquam aquei liquoris admixtum habens. Talis nimirum non est amor, quem in animis improborum ac stultorum gignit uoluptas, aut ambitio, aut diuitiarum admiratio, aut uitiorum similitudo, sed quem inter pios ac sobrios uirtus conglutinat, qua reuera nihil pulchrius aut amabilius, quæ si cerni queat oculis corporeis, longè plures excitaret in amorem sui, quàm ulla forma aut ullum ornamentum. Sunt

rursus

C rursus materiæ quædam quæ ignem citius extinguant quàm concipiant. Huiusmodi sunt & ingenia hominum quædam, sic ab omnibus gratijs abhorrentia, ut nec seipsos amare possint, tantum abest ut amicitiam cum alijs diu tueri queant. Non mirum autem si sunt & inconstantes, & infelices amicitiæ quas gignit Cupido, quippe cæcus & uolucer. Hic est ille Cupido terrestris, Veneris terrenæ filius, qui temerè immittit nunc in hos, nunc in illos, impuros ac meretricios amores. Cæcus fingitur, quòd talis beneuolentia nō coit iudicio rationis, sed temerario carnis affectu: uolucer, quòd turpis amor facilè uertitur in odium, & alternè nunc bellum habet, nunc pacem, nunc inducias, nunc rursum bellum, nihil constans, nihil tranquillum aut perpetuum: eoq; poetæ amantium impetum furorem uocant nō amorem. Nimirum ubi ratio sepulta est, ibi quid esse potest nisi dementia?

Et sicut ardere ac uiuere nō potest ignis, nisi aliqua pingui materia teneat, in qua habet alimentū: Sic animæ materia & cibus est sola iustitia, qua tenet ad uitā.

Quemadmodum ignis lignis indiget: Hunc ad modum gratia spiritus opus habet promptitudine, & attentione, & sobria mente, ut semper ferueat, ut nisi hęc præsto sint, extinguatur.

Sanè licet tali duceretur impetu, & eo ad multam mentis uteretur maleuolentiam, nequaquam tamen uiri cogitationes firmitudinem habebant, neq; plus proprijs indulgebat considerationibus, quàm dæmoniorum iactationibus: nec sententiam in finem usq;, minus prauitatis arcanum seruabat, sed tanquā Aethnæus ignis in imo montis recōditus sursum tendit, ac ui erumpit in apertum: siue aliud quid hoc est, seu halitu Gigantis supplicium expendentis, eo usq; terribiliter resonans, fumumq; ob prauitatis iudicium eructans, seu spiritus est nimium alicubi assumens augmentum, ita ut retineri nequeat, sed ex peculiaribus erumpens finibus,

D sursum delatus super crateres effunditur excelsos, ac nonnunquam subiectā terram incredibili ac horrendo deuastat fluuio: Ita & Iulianum cernere erat, sub initium quodantenus suijpsius & confictī dogmatis dominari, deceptioneq; res nostras malè afficere: ubi uerò aliquando iræ superabat exæstuatio, haudquaquā prauos mores celare poterat, sed contra Deum, & pium nostrum ordinem aperta utebatur persequutione.

Quemadmodum ignis in ferro, non ex progressu, sed ex participatione: non enim in ferrum ignis currit aut accedit, uerùm in loco remanens, suarum particeps uirium ferrum reddit: cumq; se totum illi communicet, nihil propterea de sua natura, nihil de suis amittit uiribus: Sic & Deus uerbum, nihil ex seipso commotus, cùm nostram accepit humanitatem, neq; item conuersationem commutationemq; aliquam sustinet: & uerbum caro factū est. Nec propterea cœlum suo cōtinente desertum, & terra nihilominus sinu suo cœlestem recepit. Nec tu insuper motum aut descensum diuinitatis meditaberis: non enim ut corpus de loco ad locum migrat. Neq; item diuinitatem in carnem commutatam imaginabere: nam quod immortale est, id & immutabile est. Quomodo igitur, inquis, Deus uerbum humana fragilitate non est correptus aut inquinatus? facilè respondemus. Sicut & ignis de ferri proprietatibus non accipit. Nigrum quidem ferrum ac frigidum est, attamen ignitum ac candens, ignis formam subit. Et quanquam ex eo splendens, ignem tamen sua nigredine non inficit: itemq; ardens flammā sua frigiditate non destruit aut tollit: Sic & humana domini caro, ita particeps diuinitatis facta est, ut propria fragilitate illam minimè contaminauerit: sed quanquam ex humanā debilitate hac uti similitudine necesse est, ne tamen hūc ignem diuinitati omnino similem imaginare: cùm is qualitates recipiat, illa nihil omnino patiatur. Quòd si quæris quomodo mortalis natura ob Dei cōiunctionem communionemq; immortalitatem induerit, disce mysterium: ex hoc enim Deus in carnem uenit, ut

Iohn. 1. a

A insitam carni mortem interficeret. Nam sicut uenenorum antidotum corpori permixtum ac perfusum, omne superat noxiũ ac letale: itemq; ut in domo aliqua tenebræ, luminis aduentu diffugiunt ac pereunt: Sic mors in natura dominans humana, diuinitatis præsentia disparuit. Velut etiam in aqua glacies tantum humido dominatur, quantum nox umbraq; durant: solis uerò calefacientis radijs subitò liquescit: Sic demum mors usque ad Christi aduentum imperauit. Postquam uerò Dei gratia salutaris omnibus apparuit, & iustitiæ sol ortus est, absorpta est mors in uictoriam, & ueræ uitæ peregrinationem nequaquam sustinuit.

Sicut ignis iste communis ubi humidam corripit consperſamq; materiam, plurimum sine dubio fumum suscitat: Sic etiam concupiscentia uehemens illa prorsus ac flammea, quando humentem alicuius ac palustrem succendit animam, multum in ea fumum gignit ac nutrit. Propter hoc etiam rore opus est sancti spiritus, & potentis illius auræ flatu, ut huiusmodi extinguat ignem, fumumq; dispergat, & cogitationem nostram expeditam reddat ac uolucrem.

Non cùm ferueat calefacit ignis, sed quoniam feruet: nec ideo bene currit ut rotunda sit, sed quia rotunda: Sic nemo propterea bene operatur, ut accipiat gratiã, sed quia accepit.

Sicut ignis fomitem si inuenit, ualidioribus flammis exurgit: Ita & quando in iuuenem materia pecuniarum inciderit, tantam accendit fornacem, ut animam iuuenis totam flagrare faciat: nam quando poterit talis continentiæ curã habere, & intemperantiã fugere, & laborẽ pro uirtute, uel aliud spirituale quiddã suscipere?

Neq; ignis aridam nactus materiã cohiberi potest, quò minus uniuersam corripiat, maximè si contigerit uis uenti flammam prouehentis: neq; possibile peccatum quod in uno fuerit, ad uicinos omnes non transire, si spiritus ac uentus iniquitatis eum accenderit.

B Quemadmodum si quis scintillam ignis in fœno aut palea occultauerit, totum inde ignitum necessariò fiet: Sic uerbum Dei tanquam scintilla in naturam nostrã immissum, totã inde inflammauit, atq; ad uitã interitu penitus destructo, reduxit.

Quemadmodũ ignis recordatione corpus non calescit: Sic fides sine charitate non operatur in anima cognitionis illuminationem.

Quemadmodum si insles in scintillam ignis, excitas incendium: contrà, si inspuas extinguis, & utrunq; tibi in manu est, quoniam utrunq; ex ore tuo proficiscitur: Idem fit in inimicitia proximi, si inflatos ac uecordes ingeras sermones, excitas ignem illius, accendis carbones: sin mites ac moderatos admoueas sermones, priusquam exardescat, iram omnem extinxeris.

Sicut cùm ignem tangimus, ignis indicia per impressas nobis adustiones excipimus: impossibileq; est eum, qui ignem tetigerit manu, illæsam illam ab eius incentiua operatione seruare. Cæterùm aut bullæ repentè tactum consecutæ turgescunt, ac dolorosa per feruorem & inflammationem hulcera mox rumpenda minantur: aut iam quoq; facta in manu actia uisuntur hulcera: Ita possibile non est, eum quem ignis amoris attigerit, eiusmodi tactum innocuum inuiolatumq; præferre: sed aut simili ratione bullæ per tactum manus cordi clàm subrepunt atque intumescunt, dirasq; amoris perturbationes feruentibus & æstuantibus, incontinentissimisq; agitationibus pariunt, ac peccati hulcera continuò rumpenda minantur: aut animum totum in intimis iam grauiter exulceratum indicant.

Si quis uidens aliquem accendentem ignem, ac lignis impositis domum incendere, omisso eo qui fecit incendium, flammam accuset, quę correptis multis lignis in altum se sustulerit. Atqui culpa non est ignis, sed eius qui ignem accendit: hic enim ad parandos cibos, ad præbendam lucem, adq; alia id genus ministeria datus est, non ad conflagrationem ædium. Quemadmodum & concupiscentia ad li-

C berorum procreationem uitæq; conseruationem data est, non ad adulterium, scortationes & lasciuias, ut pater fieres, non ut adulter, ut legitimè uerseris cum uxore, non ut contra fas eam corrumpas, ut relinquas tuum semen, nõ ut alienum uitiés: Eodem modo de omnibus membris humanis iudica. Vide Chrysostomum tomo 4. folio 764.

Quemadmodum igitur ignem, & cibum, ac ferrum, necnon alia per sese nec utilia aut noxia esse scimus, sed quemadmodum uidetur utentibus: quin ex reptilibus medicamenta etiam quædam theriacalia temperamus ad salutem: Ita & in illis, siquidem indagationem & contemplationem suscipimus: quum autem ad dæmones & errorem perducit, necnon perditionis profundum, cõtemnimus. Nam licet nequaquam nobis ad pietatem prosint, ex deteriori tamẽ id quod melius est seligimus, ac sermonem nostrum cum illo roboramus: haudquaquam igitur disciplinæ sunt uituperandæ, quemadmodum nonnullis uidetur, sed rudes & imperiti, & qui ita habent, sunt negligendi: uellent enim omnes, tales quales ipsi sunt, esse, quò in communi ignorantia latère, & inscitiæ argumenta effugere possent.

Sicut autem & inter ignem & aquam tenenda est uia, ut nec exuratur homo nec demergatur: Sic inter apicem superbiæ & uoraginem desidiæ, iter nostrũ temperare debemus, sicut scriptum, Non declinantes, neq; ad dextrã, neq; ad sinistrã.

Sicut ab uno igne aurum rutilat, & palea fumat, & sub eadem tribula stipulæ comminuuntur, frumenta purgantur: nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem præli põdere exprimitur: Ita una eademq; uis irruens bonos probat, purificat, eliquat: malos damnat, uastat & exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur atq; blasphemant, boni autem precantur & laudant. Tantum interest, non qualia, sed qualis quisq; patiatur: nam pari modo exagitatum &
D exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat unguentum.

Sicut sub eodem igne aurum rutilat & palea fumat: Ita sub eodem igne electus purgatur, & peccator crematur.

Quemadmodum ex igne naturaliter emicat splendor, ex unguento quoq; præstanti diffunditur odor: Sic è sanctorum commemoratione gestorum, ad omnes prouenit utilitas.

Si quis arrepto igne & ligone domum hanc demoliri & incẽdere, altareq; hoc diruere conaretur: nunquid quotquot hîc estis, lapidibus eum uelut scelestum & improbum obrueretis? Quid igitur agendum cum eo qui flammã infert tali igne uoraciorem? Intelligo autem inuidentiam, non lapidibus ędificatas domos demolientem, neq; altare aureum diruẽtem, sed quod longè parietibus & hoc altari preciosius est, nimirum doctorum ædificium subuertentem & deuastantem, &c.

Quemadmodum igne cum ferro coniuncto, ferrum ipsum quoq; ignem fieri uidemus, cùm tamen in sua maneat natura: Ita & credentium, spiritumq; sanctũ habendum, caro per spiritus energiam transmutatur, tota iam spiritualis facta, erectaq; omnino, ac simul cum anima in sublime erecta.

Quemadmodum si quis de igne diceret, non suscipi ab eo frigidum, sed calidũ semper retineri: non uoluntates, sed stabilem naturæ inclinationem intelligeremus: Sic & in Christo: natura enim insunt in Deo omnia bona, quare non forinsecus etiam sapientia in eo est, imò uerò ipse est fons sapientiæ, ipse propriè atque singulariter sapiẽtia est, cuius participatiõe quęuis rationalis creatura sapiẽs dicit.

Alligabit quis in sinu suo ignem, & non cõburetur? Aut ambulabit super carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit, statim aduritr: Ita uiri tactus & fœminæ sentit naturam suam, & diuersitatem sæpius intelligit.

Quemadmodum igne qui uult calefieri, sufficit si tangat illum: nam si interius mittat manum, pro eo quòd potuit calefieri, comburitur: Sic & qui profundius uel altius

A altius de Deo disputare præsumit, pro eo quòd gloriosius quid uult ostendere, in blasphemiam cadit, dum cõprehendere altitudinē diuinorū dogmatū nō possit.

Sicut ignis qui in spinas inciderit, facilè ipsas absumit: Ita & cogitatio, quæ cõtinua in seipsa omia uersat peccata, quæ à iuuētute fecit, usq; ad senectutē ea exuit.

Quòd uerò in singulos sedisse memoratur, id causæ est, ut intelligatur per plures nō fuisse diuisus, mansisse in singulis totus, sed sicut fieri ignibus mos est. Hæc enim, ut nouimus, habet naturam ignis accensus, ut quanti ad eum, quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint, tantis usum suæ lucis impertiat, tantis ministerium sui muneris tribuat, & nihilominus in sui integritate permaneat: Ita sancti spiritus uirtus quantumlibet effluat, quantumlibet in plurimos gratia diuinæ largitatis exuberet, sicut probatur recipere mensuram, ita nullam sentit expēsam.

Quemadmodum in magnis ignibus succendi incipientibus tenebræ ex fumo plurimo uidentur extolli: Sic in consummatione mūdi ab igne qui accendendus est, obscurabūtur etiā luminaria magna, ut sole obscurato cõsequenter obscuratione solis etiā luna impedita, nec à sole percipere lumē, nec propriū lumē dare sinat.

Si paruus imber ingruit, in angore sumus, & de uniuerso, deq; ipsa, ut dici solet, uita desperamus. Quid igitur uerisimile erit iustum illum Noë tunc fuisse passum, si ad tantam sublimitatem uidisset exaltatas aquas? ideo inclusus.

Sicut imago cùm omnes lineas exprimat ueritatis, ui tamen ipsa caret, non habens motum: Ita & anima imago spiritus solam uim eius exprimere non ualuit, id est, non delinquendi felicitatem.

Quomodo si quis regis imaginē bonā, fabricatam diligēter ex gēmis preciosis à sapiente artifice soluens, subiacentem hominis figuram trāsferat, gemmas illas & reformans faciat ex his formam canis uel uulpeculæ, & hanc malè dispositā
B conformet, & dicat hanc esse regis illam imaginem bonam, quam sapiens artifex fabricauit, omneis gemmas quę bene quidem à primo artifice in regis imagine cõpositæ erant, malè uerò à posteriore in canis figuram translatæ sunt, & per gemmarum phantasiam decipiant idiotas, qui comprehensionem regalis formæ non habeant, & suadeant quoniam hæc turpis uulpeculę figura, illa est bona regis imago: Eodem modo & hi auicularum fabulas assumentes, pòst deinde & sermones & dictiões, & parabolas hinc inde afferētes, aptare uolūt fabulis suis eloquia Dei.

Quemadmodum si quis depictam regis imaginem uideat, & miratus pulchritudinē imaginis, ipsum regem uidere desideret: iure utiq; imago ad eū diceret, qui me uidet, regem uidet: & rursus, Ego & rex unum sumus, quantum ad exactam similitudinem: & rursus, Ego in rege, & rex in me est, quantum ad figuram & formam: figura enim & forma, & species imaginis, species, forma, & figura regis est: Sic & filius dicit, Qui me uidet, uidet & patrem: ego & pater unum sumus: ego in patre, & pater in me est: naturales enim dignitates patris incommutabiliter habet filius, & ideo patris imago est, & ipsum genitorem in se monstrans.

Cùm aliquis uult imaginem pingere, si ante formę liniamenta tenui styli adūbratione imposita præformatio ad suscipiendos ueros illos colores iam paratior inuenitur, sic ut modò adumbratio ipsa deformata stylo domini nostri Iesu Christi in cordis nostri tabulis perscribat. Vnde cõstat habentibus deformationē quādam in hac uita ueritatis & scientiæ, addendam etiam esse pulchritudinem perfectæ imaginis in futuro.

Sicut in imagine sua rex honoratur uel contemnitur: Sic & Deus in homine uel diligitur uel oditur. Non potest hominem odire qui Deum amat, nec potest Deum amare qui hominem odit.

At enim præsentes non nisi ad imagines suas adsunt: Ita planè quemadmodū uulgus existimat, mortuorum animos circa tumulos, & corporum suorū reliquias

C oberrare. Sed postquam Deus ille præsto esse cœpit, iam simulachro eius opus nō est. Quæro enim si quis imaginem hominis peregrè constituti contempletur sæpius, ut ex ea solatium capiat absentis, num idem sanus esse uideatur, si eo reuerso atque præsente, in contemplanda imagine perseueret, eaque potius quàm ipsius hominis aspectu frui uelit? minimè profectò. Etenim hominis imago necessaria tum uidetur, cùm procul abest, superuacua futura cū præsto est. Dei aūt cuius spiritus ac numē ubique diffusum abesse nunquam potest, semper utique imago superuacua est.

Si imagines nobis amicorum absentium iucundæ sunt, quæ memoriam renouant, & desiderium absentiæ falso atque inani solatio leuant: Quanto iucundiores sunt literæ, quæ uera amici absentis uestigia, ueras notas afferunt?

Quemadmodum magnæ desidiæ magnæque socordiæ est, eos despicere quos immutandos in melius non desperamus: Ita eos qui desperabiliter languent curare contendere, stultitiæ ingentis est, atque extremæ dementiæ: quippe ex hoc plus illis audaciæ ac temeritatis adijcitur.

Sicut Imperator per milites suos uindicat suū regnum: Ita & saluator per nos seruos suos defendit unius Dei professionem & disciplinam.

Sicut Imperatoris optimi prouisione urbes omnes, uniuersæ ciuitates, castella singula, manu militari aduersus hostilem muniuntur aduentum, & omnia loca diligenter armantur, ne barbarica incursione deleantur: Ita & Deus, quoniam barbara & agresti mente rabientes dæmones ad pacis euersionem ubique uersantur, ad tutelam nostram constituit exercitus angelorum, ut eorum præsentia dæmonū confringatur audacia, & per eos nobis pacis gratia ministretur.

Imperatori quidem, uel cuilibet habenti potestatem iniuriosum putatur, si personam uilissimam participem sui actus accipiat: Christo autem nostro non iniu-
D riæ fuit sacram ingredienti patriam, facere ingressus sui latronem participem: nam secum eum perduxit, non confundens calcantibus latronis pedibus paradisum, sed honorem præstans paradiso: honor enim loci est, talem dominum promereri, qui & latronem dignum reddiderit paradiso: nam & cùm publicanos & fornicarios ad cœlorum regnum introduxit, non cœlorum regnum infamauit, sed magis honoribus ampliauit, ostendens talem dominum regni esse cœlorum, qui & indignas intantum fecit meliorari personas, ut etiam illius dignitatis gloriam mererentur. Nam sicut homines quibus corpora medendi cura est, amplius admiramur, cū ægrotos omni spe desolatos arte propria curauerint, & summæ reddiderint sanitati: Sic & Christum nostrum iustum est admirari donātem uulneribus sanitatem, publicano & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuam largientem, ut & dignos eos cœlorum amœnitate donaret.

Si is qui Imperatori militat, à susceptionibus litium, actu negociorum forensium, uenditione mercium prohibetur humanis legibus: Quanto magis qui fidei exercet militiam, ab omni usu negociationis abstinere debet, agelli sui contentus fructibus, si habet: si non habet, stipendiorum suorum fructu?

Sicut Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo, præeundo uexilla humeris portare consueuerunt, & his eius declarabitur aduentus: Sic domino de cœlo ueniente, angelorum cœtus & archangelorum multitudo illud signū portant humeris excelsis, & regalem nobis aduentum nunciant: tunc mouebuntur uirtutes cœlestes, & angelos tremor apprehendet, & ubique multa formido.

Apud Imperatores non puniuntur sceleris rei barbari, quod in sua gente commiserint, quia non sibi subditi, sed grauiori nomine hostes habentur, qui sine interrogatione priuati sceleris puniuntur: Ita & Christus suos castigat quos diligit, alienos tanquam generali damnatione impietatis astrictos, pœna dānat æterna.

Sæpenumero fit ut Imperatores eorum qui egregiè sese in pugilum certamine, aut

A ne, aut in reliquis certādi generibus gesserūt, aut caput coronent dexterum: Ita & Deus manū Dauidis (1 Reg. 14) coronauit, quę gladium purū potuerit educere, ensemq; Deo nullo sanguine contaminatum ostendere, deniq; aduersus tantam iracundiæ procellam resistere.

Quemadmodum Imperatores militibus suis, quò pugnent alacrius, solent donatiuum aut epulum aliquod exhibere præter stipendij spem: Ita pastor hic ouibus suis pollicitus uitam æternam, interim uelut arrabonem subinde dat, quasiq; gustum illius æterni conuiuij. Habet nonnihil laboris iter per semitas iustitiæ, sed parata est mensa quietę & hilaris conscientiæ, iuxta illud Salomonis, Secura mens quasi iuge conuiuium.

Quomodo enim potest Imperator militum suorum probare uirtutem, nisi habuerit hostem? Et illi tamen aduersarius exurgit inuito, quia mortalis est, & uinci potest: Deo autem quia repugnari non potest, ipse aduersarios nomini suo excitat: non qui contra ipsum Deum pugnent, sed contra milites eius, ut deuotionem ac fidem suorum uel probet uel corroboret, donec pressuræ uerberibus defluentē corrigat disciplinam.

Sicut si sit aliquis imperitus & indoctus, is quidem sentiens imperitiæ suæ notam siue adhortatione cuiusquam, siue prudentium quorumq; æmulatione pulsatus, tradat se alicui, à quo confidat posse se diligenter imbui, & competenter erudiri. Is ergo qui iam prius obdurauerat in imperitia, si se cum omni animi intentione dat magistro, atq; obtemperaturum se in omnibus repromittit, propositi eius intentione perspecta cōpetenter etiam magister pollicebit ablaturum se ab eo omnem imperitiam, & inserturum peritiam: non quò abnuenti discipulo, uel renitenti hoc se promittat esse facturum, sed offerenti se, atq; in omnem obedientiam B mancipanti: Ita & diuinus sermo promittit his qui accedunt ad se, ablaturū se esse cor lapideum, non utiq; ab his qui se non audiunt, sed ab his qui doctrinæ suę pręcepta suscipiunt, sicut in euangelijs inuenimus ægrotantes accedere ad saluatorē, rogantes ut percipiant sanitatem.

Et sicut ex incarnatione sua nihil cognouimus, nisi quòd uerbum uerum factum caro per spiritum sanctum: Ita hic modus quo fiat inscrutabilis, neq; etiam hoc dictu promptum, quomodo naturaliter per comestionem panis, & uinum & aqua per potionem in corpus & sanguinem comederitis & biberitis, transmutatur, & non fit aliud corpus præter id quod prius erat ipsius: Sic & propositionis panis, uinumq; & aqua per inuocationem & aduentum spiritus sancti supernaturaliter transmutatur in corpus & sanguinem Christi, & non sunt duo, sed unum & idem. Et quemadmodum mors Christi credentibus est facta uita æterna, infidelibus autem domini interfectoribus in supplicium & pœnam æternam: Ita & his qui fide dignè assumunt, in remissionem peccatorum & uitam æternam.

Sicut incendium quando maximè flat, tunc magis opus ut cedatur: Ita & ira flagrantem bestiam, quando maximè effera est, omnes effugimus, ita nos & irascentem. Nec putes hoc esse honorem, alioquin & bestiam honoraremus, & furibundos honoraremus si deuitaremus. Ignominia est & cōtumelia, imò non ignominia & contumelia, sed & misericordia & humanitas. Non uides nautas, quando uehementer flat uentus, detrahere uela, ne subuertatur nauis? Eques quando se equi simul rapiunt, laxat, & non retinet frenum, ne sua spōte uim euacuet. Hoc & tu fac. Ignis est furor, flamma acuta est indiga materiæ, ne suppetas igni materiam, & statim extinxeris malum. Non habet à seipsa robur ira, nisi alius sit qui illam alat. Nullam excusationem habet, ille detinetur furore, & nescit quid facit. Tu considerans illum, quando in eadem incides, & neq; illius exemplo sapientior effi ceris, quali s uenia? Si in cōuiuio quis factus uideret in uestibulo aliquem inebria-

C ri & turpiter agere: deinde ipse ijsdem uitijs irretiatur, nonne post illum hic multo minus uenia dignus fuerit? Sic & hic, ne putemus defensionem dicere, Ego non cœpi. Hoc contra nos est, quia neque illius turpitudine uisa temperatiores facti sumus: quemadmodum si dicat quis, Ego non primus occidi. Eapropter pœna dignus es, quòd neque exemplo uiso melior factus teipsum cõtinuisti. Si uideris ebriũ uomere, dilacerare, disrumpere, oculis toruis uidere, immunditia mensam implere, omnes illum fugere: deinde in illam ipsam incidas ebrietatem, nõne magis eris odibilis? Talis est etiam qui irascitur, plus quàm uomẽs, inflat uenas, incendit oculos, disrumpit uiscera, uomit uerba, illa immunditia magis impura, omnia nõ cõmanducata, sed cruda loquitur, nihilque perfectum, non enim sinit ira: sed sicut illic sæpe humorum nimietas stomachum perturbat, omnia que euacuat: Ita & hic calorис nimietas perturbat animam, nec sinit latere quæ silere deceret, sed dicenda ac non dicenda effutit: non audientes, sed seipsum confundens. Sicut igitur uomentes fugimus, ita & irascentes. Quid faciendum? Puluerem super uomitum illorũ ponemus, tacendo canes uocemus, ut & illa euomita deuorent. Scio quòd hæc audientibus uobis nauseam cient: uerùm tunc sic uos affici uelim, quando illa fieri uidetis, & tunc non oblectari: conuitiator enim immundior est cane, qui ad uomitũ suum reuertitur: ille enim ut semel euomuerit, cessat, nec erit sicut ille: & si iterum eadem uomit, manifestũ quòd eadem edit. Quid igitur illo abominabilius? Quid immundius illo ore, quod eosdem cibos uomitos manducat? quamuis hoc naturę opus, illud autem minimè: imò & hoc & illud præter naturam est. Quomodo? Nõ enim secundum naturam est sine causa conuitiari, sed præter naturam: igitur nihil quidem ut homo loquitur, sed alia ut bestia, alia uerò ut furibundus. Itaque sicut corporum morbus præter naturam est: Ita & hoc. Et quia præter naturam est si in

D illo moretur, paulatim perit. Mallem assidere homini lutum edenti, quàm talia loquenti. Non uidetis porcos stercora deuorare & suauiter glutire? Ita & illi: quid enim fœdius, quàm uerba quæ contumeliosi conuitiatores loquũtur? Nullum autem illis studium est, uel sanum, uel mundum aliquid dicere, sed quicquid fœdũ, quicquid turpe, hoc & facere & loqui solent. Hoc sanè grauius, quòd dum seipsos magis confundunt, alios confundere putant.

Vt incensum quum incenditur, flammam, fumum, odorem ex se mittit: Ita omnino Deo grata, fumum compunctionis ob peccata, flammã charitatis ob amorem cœlestium, odorem deuotionis per ascensionem mentis in Deum.

Quemadmodum incipientibus infirmitatibus possibile est afferre medicinalia adiumenta: Sic incipiẽtibus fame & pestilentijs, & terræmotibus per loca, possibile est quibusdam hominibus ad conuersationem, & fidem, & sapientiam sanctorum purgatoria dare. Si autem incipientibus huiusmodi malis non fuerit facta pia correctio, proficient ad peius fames, & pestilentiæ, & terræmotus, cùm locum habuerit abominatio desolationis, non contenta parte alia mundi.

Si quis incontinentem non erubuerit confiteri, in languorem incontinentiæ reclamanti non denegetur remedium nuptiarum: Quomodo si peritus medicus inquieto ægro, & neganti se posse à pomis omnibus abstinere, concedat aliquantum, ne illa pernitiosa præsumat.

Omnis enim indignatio in tormentum suum proficit, & imperia grauiora sentit, quò contumacius patitur: Sic laqueos fera dum iactat, astringit: sic aues uiscum dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt.

Sicut paruum indumentum maiori corpori non conuenit, aut minori quod grandius est, sed quod cuique commensuratum est, id ei & utile & cõgruum est: Ita & reliqua omnia, lectus, stragula, calidum tegumentum, calciamentum, eius esse debent qui plus illis opus habet, non eius qui ea possidet. Quemadmodum enim

pharma

A pharmaco non qui sanus, sed qui uulneratus est, utitur: Ita & his quæ ad corporis recreationem inuenta sunt, non qui deliciatur, sed qui recreatione opus habet, frui debet. Quoniam uerò uarij sunt hominum mores, nec omnes pari ratione de rebus utilibus iudicant, ne dissidium oriatur, si quisq; iuxta propriæ uoluntatis arbitrium conuersetur, cõuenit unum aliquem, qui intellectu & cõstantia, uitæq; perfectione probatus, reliquos antecedat, proficere ad hoc ut alios instituat, ut quod in illo bonum est, omnibus eum imitantibus commune reddatur. Sicut enim cùm plures pictores unius faciei characterem depingunt, omnes illius imagines similes inter se sunt, propterea quòd ad unius faciei similitudinem formatæ sunt: Ita & multorum mores, si ad unius imitationem fuerint intenti, in omnibus similiter bonum uitæ characterem repræsentabunt: uno atq; reliquis proposito cessabunt singularia aliorum & priuata arbitria, & ad primarium illud & excellens omnes consequenter formabuntur.

Vt indumentum perpetuò nobiscum est: Ita sit & misericordia.

Infans natus si possit uerba loquentis intelligere, cùm ipse loqui nõ possit, nec ambulare, nec aliquid agere, sed sicut eum uidemus infirmum, iacentem, indigũ opis alienæ, tamen modò intelligere possit eum, qui sibi loqueretur, & diceret ei, Ecce sicut me uides ambulantem, operantem, loquentem, post paucos annos talis eris, attendens se & illum, quamuis quòd promitteretur uideret, tamen suam considerans infirmitatem, non crederet, & uideret tamen quod promittebatur. Nobis autem tanquam infantibus in hac carne atq; infirmitate iacentibus, & magnũ est quod promittitur, & non uidetur, & erigitur fides qua credimus quod non uidemus, ut mereamur uidere quod credimus.

Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere uim non potest, ob stomachi temeritudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur: Ita & huic oportebat, quia non B dum poterat capere diuina, prius humana testimonia offerri, id est, Philosophorũ & historicorum, ut suis potissimùm refutaretur autoribus.

Ego, fratres dilectissimi, uestram hodie ad audiendam alacritatem respiciens, & meam ipsius in dicendo debilitatem considerans, quandam similitudinem pueri infantis uidere mihi uideor nondum ablactati, sed ad maternam papillam ob ægrotationem exiccatam anhelantis, cui mater etiamsi sciat se exiccatos habere lactis fontes, uexata tamen & manibus puerilibus pulsata, ubera qualiacunq; præbet: non tam ut infantem nutriat, quàm ut flentem sedet, & ad quietem adducat: Sic itaq; & mihi euenit: licet enim uires nostræ diutina ista & uaria corporis ualetudine exiccatæ sint: paratæ tamen sunt, non quidem ut competenti uos cibo satient, sed ut uobis qualicunq; modo satisfaciant, propterea quòd ingenti charitati uestræ tantùm satis erit, uestrum in me desiderium sola uoce sedare.

Sicut infanti si dederis fragmentum panis, quoniam angustas habet fauces, effocatur magis quàm nutritur: Sic & homini imperfecto in fide, & puero sensibus, si altiora mysteria sapientiæ uolueris dicere, angustam habens fidem & sensum, magis scandalizatur, quàm ædificatur. Et quemadmodum uiro perfecto si dederis lac, fauces quidem eius delectat, membra aũt eius non confortat: de pane enim scriptum est, non de lacte, quia confortat cor. Si autem panem manducet, non tantum fauces eius delectat, quantum præstat ei uirtutem: Sic & uiro perfecto in fide & maturo sensibus, si miracula ostẽderis, delectatur quidem aspectu, nihil autem proficit ei ad ædificationem sensus, aut notitiam ueritatis: si autem uerbum sapientiæ exposueris ei, & ratione delectatur, & ædificatur in fide.

Quemadmodum cùm uidemus infantem plorantem, semperq; cupientem aliquid à nobis accipere, quo nihil illi est opus, tum occultato potius quod concupiscit, ostẽdimus illi manus uacuas, dicentes, Ecce nõ habemus: Itidem & ille, Christus sci-

C stus scilicet Act. 1. quum discipuli interrogarent de regno Israëli restituendo, fecit apostolis. Sed quemadmodum puer ille, si postea nihil ostendamus, instat ploran do, uidens se esse delusum, deinde eo relicto discedimus, dicentes, Vocat me talis, & aliud quiddam eius loco, quod concupiscebat damus, uolentes illum auocare ab eo quod maluisset accipere, extollentesq; illud quod in alterius locum damus: eo dato, repente subducimus nos: Idem fecit & Christus. Illi quærebant accipere, hic negauit se habere: attamen primùm deterrebat. Cæterùm ubi rursus quærerent, iterum negauit se habere, nisi quòd nunc non territat: uerùm posteaq; ostenderat quod fecerat, dicit etiam probabilem causam.

Infantes pueri quoties quidem sine suo periculo feriunt matres, risum illis uel copiosissimum mouent: quantoq; uehementiore cum iracundia percusserint, tanto maiore illas uoluptate afficiunt, ita ut effundantur sæpius atq; incuruentur, & penè dirumpantur risu: sin uerò dum id iugiter infans ac ualidus facit, uulneretur aliquando siue acu circa zonam tunicæ matris affixa, siue gladio maternis pectori bus appenso, ferientis manum excipiente: tunc uerò nunc omisso risu mater, maiore quàm is qui uulneratus fuerat, atq; acriore dolore cõstringitur, & interim quidem curat, fouet atq; alligat uulnus: exhinc uerò maximis minis, ne quid iam tale agat, interdicit, ne rursus patiatur eadem: Itaq; & nos, & idipsum fecissemus, si puerorum hanc esse iracundiam conspiceremus, aut esse hanc infantium plagam, nec summam illis perniciem inferentem. Quoniam uerò post modicum, etsi ipsi modò non sentiant, furore scilicet atq; amentia præcipites, ingemiscent, flebunt & lamentabuntur: nec eiusmodi fletum flebunt, cuius infantes pueri, sed eum qui in exterioribus tenebris, igniq; inextinguibili agitur. Paria item matribus faciamus, hoc tantùm ab eis differentes, quòd nos non cum interminatione aut iniuria uel
D contumelia, ut illæ faciunt, uerùm blandissimè, summaq; cum lenitate ac mansuetudine pueros istos alloquemur: nempe quòd sancti illi uiri nihil ex huiusmodi læ dantur, nihilq; omnino detrimenti patiantur, quinimò & merces illis copiosior & fiducia maior augeatur. Siquidem futura bona adduxerimus in medium, atq; ex his trahere argumenta uoluerimus, affatim fortasse ridebitis: quippe qui eiusmodi risum semper ex instituto uestro ridere soleatis: his tamen quæ ante oculos sunt, quæ tenẽtur profectò creditis, etiamsi millies ridiculosi esse perstiteritis: neq; enim his fidẽ non habere poteritis, ne si uolueritis quidẽ, rebus ipsis ita esse clamãtibus.

Cruenta infantiũ corpora statim ut emittuntur ex utero, lauari solẽt: Ita & generatio spiritualis lauacro indiget spirituali. Nullus enim mũdus à sorde, nec si unius quidem diei fuerit uita eius.

Sicut infantibus maximè opus est foueri sinu, & officio puellarũ, ne pereant, quibus tamen adultis periculum est inter puellas uersari: Ita & feruentis ætatis hominibus opus est, ut ceremoniarum claustris etiam ferreis teneantur, ne impotens eorum anima per uitia præceps eat, & tamen mors eis fuerit, si non opinione iustificationis in eis perseuerarint, cùm docendi potius sint, nõ ideo se fuisse sic incarceratos, ut per hæc iusti sint, sed ne mala facerẽt, & ad iustitiã fidei facilius erudirentur.

Quemadmodũ in infantibus pueris, cũ is qui à patre portatur infantulus, patris ceciderit faciẽ, nihil ex hoc obtunditur dilectionis affectus: Ita & nos cũ ab his qui extrà sunt, cædimur, nihil ex priore beneuolentia remittere omnino debemus.

Quapropter cùm ex infantibus loquentes non fiant, nisi locutiones discendo loquentium, cur eloquentes fieri non possunt, nulla eloquendi arte tradita, sed elocutiones eloquentium legẽdo, & audiendo, & quantũ assequi cõceditur imitãdo?

Sicut infantibus, sic quoq; animalibus principalis partis suæ sensus est non satis dilucidus, non expressus.

Infernus mortuis non expletur, sed quanto plures susceperit, tanto plures desiderat.

A siderat. Imitaẽ eũ auaritia, quę sanari nõ potest, sed qcquid habuerit, plus requirit.

Qui ingenium suum ad poëtas & Philosophos conuertit, quasi qui aureum ha mum mitut in lutosam aquam, quia pro re uili in profundo detinetur, nec potest iactura lucro piscis compensari.

Sicut infirmus donec mediocriter habet aliquam passionem, & sperat se posse curari, seruat se à nociuis escis: si autem intellexerit insanabilem se esse, iam non si- bi parcit: Sic & homo donec mediocriter peccat, & sperat salutem, quantumcunq; potest obseruat se à malo: si autem grauiter peccando cœperit desperare, iam nihil dubitat facere, quasi qui iam peccatis suis uincit iudicium Dei: nesciẽs miser, quia sicut in bono gradus sunt gloriarum, & unusquisq; secũdum mensuram boni sui accipit gloriam: Sic & in malo gradus sunt pœnarum, & unusquisq; secundum mensuram mali sui accipit gloriam. Sicut enim infinitus est Deus in retributione bonorum: Sic infinitus est in retributione malorum.

Sicut infirmus stomachus sanos, & difficilis cõcoctionis cibos nõ suscipit: Ita etiam anima torpida, inflata, æstuans, sterilisq; ac eneruis spiritualem sermonem accipere non poterit.

Qui non intellexerit prius infirmitatem uel ægritudinem suam, medicum quę rere nescit: uel certè cùm receperit sanitatem, non egerit gratias medico, quoniam non prius periculum sui languoris cognouit: Ita & si qui non prius animæ suæ ui tia, & peccatorum suorum cognouerit mala, ac proprij oris confessione prodide- rit, purgari is absoluiq; non poterit, ne ignoret sibi per gratiam concessum fuisse quod possidet, & diuinam liberalitatem proprium bonum putet, quæ res sine du bio arrogantiam generat, & elationem, & denuo ei causa sit ruinæ.

Sicut qui in domo inimicitias habet, & cum uxore sua dissidet, non est fidedi-
B gnus quòd alios conciliet, sed audiet, Medice cura teipsum: Ita profectò & hîc dice tur. Quæ igitur sunt nostræ amicitię? anima dissidet cum corpore, malitia pugnat contra uirtutem. Has soluamus, hoc bellum componamus, & tunc cum pace etiã alijs loquemur, cumq; multa fiducia, non reprehendente nos conscientia nostra. Pugnat ira cum mansuetudine, pugnat auaritia cum contemptu diuitiarum, pu- gnat inuidia cum benignitate: dissoluamus hoc bellum, hos inimicos deijciamus, hos statuamus triumphos, in ciuitate nostra præparemus pacem: ciuitas enim no bis est, & administratio, & ciues, & peregrini multi, sed peregrinorum eiectionẽ faciamus, ita ut neq; domesticos corrumpamus, neq; alienum & adulterinum do- gma introducatur, neq; carnalis sensus.

Istos atroces quõdam inimicos nostros, pacem & quietem nostram uarijs uio lentiarum & insidiarum generibus grauiter infestantes, si sic contemneremus & toleraremus, ut nihil omnino quod ad eos terrendos & corrigendos ualere posset, excogitaretur & ageretur à nobis, uerùm malum pro malo redderemus. Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus phreneticum factum currere uide ret in præcipitiũ, nónne tunc potius malũ pro malo redderet, si eũ sic perire permit teret, quàm si eũ corrigendũ ligandumq; curaret? & tamen tũc ei aduersissimus & mo lestissimus uideret, quãdo utilissimus & misericordissimus extitisset: sed planè sa- lute reparata, tãto liberius ei gratias ageret, quãto sibi eũ minus pepercisse sensisset: & deinde, O si tibi possem ostendere certũ genus hominũ quõdam hæreticorũ, quos multos iam catholicos manifestos habemus, damnantes suã pristinã uitam, & miserabilẽ errorẽ, quo se arbitrabanẽ pro ecclesia Dei facere, quicquid inquieta temeritate faciebãt, qui tamen ad hanc sanitatẽ nõ perducerenẽ, nisi legum istarũ, quæ tibi displicent, uinculis tanquam phrenetici ligarentur: & mox, Quàm mul- ti ex ipsis nunc nobiscum gaudentes, pristinum pondus perniciosi operis accu- sant, & fatentur nos sibi molestos esse debuisse, ne tanquam mortifero somno, ita

C morbo ueternosæ consuetudinis interirent. &c. Nō omnis qui parcit, amicus est: nec omnis qui uerberat, inimicus est. Meliora sunt uulnera amici, quàm fraudulenta oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius decipienti panis tollitur, qui de cibo securus iustitiam negligebat, quā esurienti frangitur, ut iniustitiæ seductus acquiescebat.

Quemadmodum qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere uolens, & se commendare, sine maliloquio non potest esse: necesse est enim ut & isti malè loquatur de illo, & illi malè loquatur de isto: Sic qui emit & uendit, sine mendacio & periurio esse non potest, necesse est ut negociatoribus his iuret, quia non tantū ualet res, quantum comparat eam: & ille iuret, quia plus ualet res, quàm uendit.

Omnis iniuria, seu lingua, seu manu incussa, cùm patientiam offenderit, eodē exitu dispungetur, quo telum aliquod in petra constantissimæ duritiæ libratum & obtusum: concidet enim ibidem irrita opera & infructuosa, & nonnunquam repercussum in eum qui emisit, reciproco impetu sæuiet. Nempe idcirco quis te lædit ut doleas, quia fructus lædentis in dolore læsi est: ergo cùm fructum eius euerteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui: tunc tu non modò inlæsus ibis, quod etiam solum tibi sufficit, sed insuper aduersarij tui & frustratione oblectatus, & dolore defensus. Hæc est patientiæ utilitas & uoluntas.

Quemadmodum minus iniurius est in hominem, qui nō credit illum esse, quā qui credit illum esse crudelem aut uanum: Ita leuius impij sunt, qui prorsus negāt esse Deum, quàm qui credunt illum esse inexorabilem, spoliantes eum ea uirtute, sine qua reges iam nō reges sunt, sed tyranni. At quisquis abiecta spe ueniæ, deijcit sese in desperationis barathrum, is non solùm non credit Deum omnipotentem, existimans aliquod esse flagitium, quod ille non possit diluere, uerumetiam

D facit illum mendacem. Pollicitus est ille per prophetam, se protinus commissorum omnium fore immemorem, simulatq; peccator ingemuerit.

Quemadmodum insania capti res probè non uident, sed pro morbi sui ratione quæuis imaginantur: Sic anima tua ab auaritia obsessa, cuncta aurum, cuncta argentum respicit, libentius uides aurum quàm solem: quæcunq; uides, in aurum uerti cupis, dasq; operam quoad possis & liceat. Quid enim rerum non inuenis? Quid non ob aurum moues? Frumentum tibi in aurum uertitur, uinum in aurū, lanificium dat aurum: omnis mercatura, omnis industria tibi aurum suggerit: deniq; aurum ipsum, aurum gignit, dum seipsum fœnore multiplicat: nec enim satietas aut finis ulla cupiditatis inuenitur. Helluonibus sæpenumero ac pueris appetentibus cibi, ea quæ cupiunt, affatim & ad saturitatem damus, ita ex copia fastidio capiuntur. Auarus aūt non ita, sed quanto plus accipit, tanto plura desiderat.

Sicut tanquam præ se ferebat insaniam salutis nostrę inimicus, qui semper nostris bonis inuidet, ut mox sub initium moliretur insidias, & suo pernitioso consilio nos admirabili hac uita priuaret: Ita contrà optimus & omnipotens Deus, qui sua sapientia res nostras dispensat, uidens diaboli malignitatem, & hominis peccatum, per quod cum muliere deceptus in tantam incidit confusionem, mox assistit, & quasi mansuetus & misericors iudex in tribunali terrore et horrore pleno sedet, & examinat diligenter: per hoc nos docendo, ne quem fratrum nostrorum condemnaremus, nisi causa antea diligenter cognita.

Sicut hi qui per insaniā mēte trāslati sunt, nō iā res ipsas, sed passionis suę phātasias uidēt: Ita etiā mēs auari semel uinculis cupiditatis astricta, semper aurū, semper argentū uidet, semper redditus cōputat: gratius aurū intuetur, q̄ solem uidet.

Quemadmodum insanientes amicorum cura & admonitionibus offenduntur: Itidem infideles. Sed ueluti qui læduntur ab illis, contrà ipsi lædunt: sed tunc maximè & misericordia & lachrymis eos prosequuntur, cùm inde uehementioris morbi

A morbi conjecturam faciant, si amicissimos ignorant: Itidem & nos erga Ethnicos faciamus, & eos muliebri, uel maiori etiã ululatu deploremus, quoniã cõmunem salutem non intelligunt: neq; enim adeò uxorem uirum suum amare oportet, ut nec uniuersum genus humanum, idq; ad salutem allicere, siue Ethnicus sit, siue quiuis alius. Eos igitur deploremus, quoniam uerbum crucis stultitia eis est, cùm sit & sapientia & uirtus.

Quemadmodum insani aduersus seipsos nonnunquam sententiam ferũt: Ita & inuidi solam inuidiosi miseriam disquirentes, eius salute & felicitate anguntur. Hi feris seueriores: illæ enim fame impulsæ nos appetunt, hi beneficos nonnunquam inimicorum loco habent. Feris, inquam, seueriores, dæmonibus pares, & fortasse iniquiores: ipsi nanq; aduersus nos nullo amicitiæ fœdere hostiliter prosequuntur, suo generi minimè insidiantur. Quorum exemplo in Iudæos Christus inuectus est, cùm in Beelzebub eum ejicere dæmonia dixisset: homines autem neque naturæ suæ participes reueriti, eos infesto animo impetunt, atq; seipsos prius, quàm quibus inuident, supplicio afficiunt, animumq; perturbationibus & anxietatibus temerè cruciant.

Quemadmodum nemo manu prehendit eadem instrumẽta ad pugnam, quæ ad agriculturam, sed alia sunt instrumenta eorum qui securè sibijpsis ad acquirendum uictum laborant, & alia uerò arma eorum qui in bello ad pugnandũ in acie collocantur: Ita non eadem loquitur qui adhortatur in sana doctrina, & qui cõtradicentes reuincit: nam aliud est reprehensorij sermonis genus, aliud adhortatorij: alia simplicitas eorum qui in pace pietatem confitentur, & alij sudores eorum qui obiectionibus mendacis scientiæ resistunt. Ad hunc itaq; modum & nos sermones nostros cũ iudicio dispensantes, ubiq; siue quæ cautionis & munitionis, siue

B quæ ædificationis sunt, congruenter usurpantes, & nunc quidem contentiosius his resistentes, qui per diaboli insidias fidei pietatem destruere conantur: nunc uerò simplicius & familiarius illam exponentes his qui in illa ædificari cupiunt, nec aliquid aliud facientes, quàm quod ab Apostolo dictum est, Vt sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere.

Alius autem paruus est intellectu, & pauper lingua, sermonũq; uersutias ignorat, ac captiones sapientum & ænigmata, nec cùm Pirrhonis instantias, ac prohibitiones, uel oppositiones, syllogismorumq; Chrysippi resolutiones, seu ex Aristotelis artibus artes malas, aut Platonicæ facundiæ incantamenta, quæ malè in ecclesiam irrupêre nostram, non secus ac flagella quædam Aegyptiaca.

Dirigenda est omnis animi intentio in spem futuri, quam spem ut planius ac manifestius consequaris, aperire eam etiam sub alicuius exempli conditione non abnuam. Si cui aliquis quinq; hodie ex ære denarios offerat, quingentos uerò aureos in crastinum spondeat, optionemq; offerat utrum æs ad præsens sumere, an aurum mallet in posterum: dubium ne id est, quin præoptet grandia illa munera cum parua mora? Tu quoq; breuis huius atq; æternæ uitæ conditione perspecta, non eligas capere uilia, cùm capere possis speciosa.

Inuidia apostatam tyrannum contra nos excitauit, cuius adhuc relicti sunt carbones, licet flammam euaserimus.

Inuidus uir similis est naui quæ iactatur in fluctibus maris, in perturbatione semper est, ut lupus rapax insanit inaniter, in miseria detinetur, & tabescens, ad nihilum redigitur. Semper furore plenus, particeps dæmoniorum efficitur.

Canis impudens est ira, sed discat audire legem. Nónne si canis ita in caula ferox sit, ut nõ obediat imperanti pastori, neq; illius uocem agnoscat, omnia pereũt ac corrumpuntur? Cum ipsis ouibus pascitur, sed si illas depascitur, inutilis est ac occiditur. Si didicerit te audire, ale canem, utilis est contra lupos, contra fures, cõ-

C tra latronum principem latrans, non contra oues, neque contra familiares: si non audiet, omnia corrumpit: si didicerit contemnere, omnia perdit. Quod igitur in te est mansuetum, ne consumat, sed custodiat ira & pingue faciat: custodiet autem, & in magna securitate seruire faciet, si malas & pollutas cogitationes conficiat, si diabolum persequatur undequaquam: Sic mansuetudo seruatur, quando nunquam imputamus malum quiddam proximo. Sic uenerabiles efficimur, quando non solemus esse impudentes: nihil enim ita impudentem facit, sicut mala conscientia. Quare scorta impudentia sunt? Quare uirgines pudibundæ? Nonne illa propter peccatum, hæ propter continentiam? Nihil enim sic impudentem facit atque peccatum. At dicet quis, quòd & de contrario erubescitur: nam illum de se desperare, alium autem impudentiorem perfrictæque frontis efficit: qui enim de se desperat, audax fit. Impius enim, inquit, si in profundum malorum ingressus fuerit, cōtemnit: qui autem impudens, & roboris expers fuerit, sic audax & pertinax efficitur. Vis discere ut mansuetudo consumatur? quando malæ cogitationes illam perdomuerint, quamuis & hoc contingat, quia non stat canis multum latrans. Neque sic desperandum: est enim nobis fundibula & lapis. Scitote quod dicitur. Est nobis & lancea, & pera, & sica, qua custodiemus cogitationes illæsas. Si canis aduletur quidem ouibus, ferociat autem contra externos & uigilet, uirtus est canis: & licet esuriat, non tangat oues: & licet satur sit, non parcat lupis: Talis & ira sit, licet irritetur, mansuetudinem non amittat: licet quieta sit, contra malas cogitationes insurgat. Suum dominum etiam percutientem nō relinquat, sed agnoscat: alienum autem etiam adulantem impetat. Adulatur diabolus sæpe sicut canis, sed sciant omnes alienum esse: Sic sanè & nos uirtuti, etiamsi onerosa sit, applaudamus, & malitiam, etiamsi exhilaret, auersemur: ne simus deteriores canibus, qui flagellati &
D constricti, non desciscunt.

Quemadmodum nobis per iracundiā inter nos pugnantibus, & mutuo cōflictu collisis, ille, Satan scilicet, tum gaudet tum floret: Ita nobis pacem habentibus & concordibus, iræque moderantibus, rursus contrahitur ac deijcitur, nimirum hostis pacis, & inimicus concordiæ, & inuidiæ pater.

Si is qui iracundus est, uirtutem mansuetudinis cupiat adipisci, sine dubio primò offendit in multis, donec longa meditatione usum multi temporis in naturā conuertat. Et cū obtinuerit quod proposuit, adipiscitur quidem perfectionē mansuetudinis, non tamen ex hoc etiam perfectionem uirtutū omnium possidet.

Irascens insanientibus non minus insanus est. Considera quomodo dæmon subingressus, mente destituit correptos, & quasi insanientes facit, & persuadet ut faciāt planè alia quàm apparet. Neque enim uident illi, neque aliud quiddam utile faciunt, sed quasi correptis sensorijs, & dijudicandi ui amissa, faciunt omnia. Ita sanè & qui irascuntur, non agnoscunt præsentes, non memores sunt amicitię, non amicitiam, non consuetudinem, non dignitatem, neque quicquam aliud in mentē accipiunt, sed iræ uí pressi, in præceps miserabiliter feruntur. Quid igitur illis fuerit miserius, quando uicti & capti ab affectione, etiam homicidium meditantur, sicut Esau frater Iacob?

Vt Ionas quod detrectauit facere, coactus est uel inuitus (puta annūciare Niniuitis subuersionem) Ita religiosus quod sponte non facere uult, uel coactus frequenter facere inuenitur.

Sicut egredientibus Israelitis de Aegypto, exterminata est Aegyptus: Sic & sancti cū de isto mūdo defecerint, casurus est iste mundus.

Qui per obscuram noctem iter faciūt, ut nihil metuēdum sit, metu tamen cōcutiuntur: Sic qui scelus aliquod admittūt, etsi nemo id uideat, nemo reprehēdat, nihilo tamen melius sibi fidunt, sed omnia formidant, omnia suspicantur, quippe qui

A pe qui perpetuis conscientiæ stimulis agitātur, omnia formidolose circūspiciunt.

Frequenter ignorantibus iter, si strata uiarum sequantur, perueniunt quò desiderant peruenire, & carent erroris anfractu: sin autem usurpent scire quod nesciunt, & putent aliqua sequenda compendia, à publici tractus itinere recedentes, erroris labyrinthos frequenter incurrunt, ut eos de itinere deflexisse pœniteat, & ideo post multa laborum dispendia, ad iter quod reliquerant, redire contendunt: Sic accidit his, qui relinquunt uias uerbi Dei.

Vbi complures unà faciunt iter, si quis lentior, ab alijs pergentibus utcunque protrahitur: si quis æquo properantior, à cæteris retardatur: contrà qui solus facit iter, aut studio perueniendi nimium festinat, aut tædio itineris residet & obdormiscit alicubi: rursum, qui solus ambulat, nonnunquam aberrat: inter multos si quis aberrat, non deest qui demonstret uiam: Idem accidit in uita solitaria & gregaria.

Sicut ergo in itinere celerando nihil prodest uiam nosse, nisi conatus ac uires suppeditent ambulandi: Ita uerò scientia nihil prodest, si uirtus propria deficiat.

Sicut ex diuersis itineribus uenientes ad unam mansionem, cōtendunt: Sic & Euangelistæ ex diuersis occasionibus loquentes, in unum sensum ingrediuntur.

Denique infelices Iudæi, & plus infelices hæretici, dum solum literæ aspiciunt sonum, quasi corpus sine anima: Ita sine uiuificante spiritu mortui remanserunt.

Iudæi quum essent luto lateribusque faciendis traditi, mansueti erant, Deumque continuè inuocabant: quamprimum uerò datum esset libertate concessa potiri, & murmurabant, & dominum irritabant, seque ipsos innumeris malis conficiebant.

Quemadmodum Iudæi uictimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent: Sic & iurare permittebatur in Deum, non quòd rectè hoc facerent, sed quòd melius esset Deo id exhibere, quàm dæmonibus. Euangelica autem ueritas non recipit iuramentum, quum omnis sermo fidelis pro iureiurando sit.

Sicut Iudæos circuncisionis signum ab alijs gentibus segregauit, & demōstrabat quòd peculiariter ad Deum pertinerent: Simili modo etiam nos, circuncisio per baptismum euidentiorē facit separationē & discretionem fideliū & infideliū.

Iudas Machabæus dixit, Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta & renouare: Ita spiritus contritus est de peccatis, cordis compunctione, antequam mundetur per confessionem nostræ conscientiæ, & per satisfactionem renouatur.

Sicut enim Iudas, cui buccellam tradidit dominus, nō malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se diabolo præbuit: Sic indignè quisque sumens dominicum sacramentum: non efficit ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit: corpus enim domini & sanguis domini nihilominus erat illis quibus dicebat Apostolus, Qui enim manducabit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.

In humanis iudicijs si quis hoc faceret, & ante accusationem facinora confiteretur, quamuis apud humanum iudicem is sententiam capitalem omnino in suū caput accerseret: At misericordis Dei, & animarū nostrarū medici tanta est tamque ineffabilis bonitas & clementia, ut omnem etiam rationē transcendat. Nam si aduersarium nostrū præuerterimus, diabolum dico, qui in die illo ob faciem nostrā stabit: & iam in præsenti uita, antequam ad tribunal ingredimur, facinora confessi fuerimus, dicendique principium rapuerimus, nostri ipsorum facti accusatores, in tantam misericordiam prouocabimus dominum, ut non solùm nobis donet liberari à peccatis, sed & in iustorum catalogo numerari.

Sicut in humanis iudicijs quando quis sententia lata, ut capite mulctetur, iterū in carcerem conijcitur, & licet ibi multo tempore agat, nihil melius tamen habet defunctis & mortuis, utpote iamper sententiam mortuus: Eodem modo & illi,

C Adam & Eua, ab eo die, à quo mortalitatis sententiam acceperunt, tametsi longo tempore durauerint, nihilominus sententia mortui erant.

Quemadmodum enim iudex subsequi poterit, aliquando etiam imperitus ac rudis: tum quoque quum illum aut ostētatio abstulerit, aut affectus impetus sui tantum festinet atque ingerat, quantum aures pati possunt.

Habeat iudex propositum, quietem ciuitati & pacem genti cui præsidet, prouidere. Huic si offeratur latro honesta forma, ætate satis integer, ex alio latere mater expansis crinibus deprecetur, ut senectutis suæ misereatur: & ex alio uxor, ne uirum suum interficiat, lachrymabili uoce deploret, circunstant & paruuli liberi citò orbi futuri: quid faciet iudex? Miserebitur latronis an non? Quid in commune expedit ciuitati? Si misertus fuerit, reuertitur homicida ad pristinum scelus: sin uerò in iudiciaria seueritate permanserit, unus homo interibit, & uniuerso populo prouidebitur: Sic Deus si pepercerit peccatori, & miserans eius noluerit eum punire pro scelere, quis non accipiat licentiam? quis malorum qui nunc saltem propter supplicia terrentur, non inuadet tempus, ut expleat quæcunque uoluerit, & præceps feratur in uitia? Hæc autem in ecclesia sæpe accidentia possumus considerare. Peccauit quispiam, & post peccatum postulat communionem: si ei conceditur quod rogat, in incommodum omnium uenia procedit, & laxatis frenis sceleribus panditur uia. Sin uerò cum rationabili deliberatione, non ut misericors, nec rursum ut crudelis iudex, sed & quasi uni prouidens, & de omnium salute pertractans, considerauerit populi damnum in unius uenia, haud dubium est quin faciat eijci unum de ecclesia, ut multos saluet incolumes.

Vt tempore instante, quo iudex prodire, & pro tribunali sedere solitus est, custodes carceris, homines quos in uinculis tenēt, omnes carcere educūt, & pro cancello septisque fori collocant squalentes, sordentes, coma expletos nimia, pannis miserrimè obductos: Sic patres statuerant, ut quum breui Christum uelut pro tribunali sedere, in ipsisque Sacramentis apparere futurum esset, homines dæmone agitati illi tanquam uinculis quibusdam retenti adducerentur, nō ut rerum quas cōmisissent, examen subirent modo eorum qui in uinculis sunt, nec ut luerent pœnas, & supplicio afficerentur, sed ut populo uniuersaque ciuitate præsente communes pro his fierent supplicationes, omnes iugi concordia dominum communem orarent pro his, & quòd misereretur, magno clamore contenderent.

D

Si homines iudicem uidentes publicè sedentem, & cōtra reos sententiam pronunciantem, sæpe toto die ibi manent, nec inde abscedunt, donec surrexisse uiderint iudicem: Multo magis nunc nos decebit iudicem uidere bonum Deum, quomodo serpenti grauem pœnam imposuerit, ut per sensibilis huius bestiæ pœnas, qua quasi organo usus est malignus ille dæmon, intelligamus quas illi perpetuas in futuro seculo inflicturus est.

Quemadmodum enim qui dicturus de re quapiam apud iudicem, cogitat uigilantius, & attentius omnes negocij circunstantias perpendit, quàm si semota dicendi solicitudine cogitaret: Ita qui meditatur quid dicturus sit apud sacerdotem, altius considerat magnitudinem ac turpitudinem criminum suorū, repetens quoties in ea relapsus sit, & quandiu in suis tenebris ac sordibus uersatus, quātisque bonis interea seipsum priuauerit, alienatus à Deo, segregatus à communione totius corporis Christi, obnoxius æterno gehennæ supplicio.

Sicut duobus iurgio separatis, unus in medio positus altercantium, litem discordiamque dissoluit: Ita & Christus fecit. Deus nobis iustè irascebatur, & contemnebamus iratum, & dementem dominū declinabamus, & se medium Christus ingessit, & sociauit utranque naturam, & nobis quod imminebat à patre supplicium, ipse sustinuit.

Iustus

A Iustus quamuis cupiat dissolui & esse cum Christo, tamen sumit alimentum, non cupiditate uiuendi, sed officio consulendi, ut maneat, quod necessarium est propter alios: Sic misceri fœminis iure nuptiarum, officiosum fuit sanctis uiris, non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis.

Iustorum uita palmæ comparatur, quia palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superius uerò uisu & fructibus pulchra, inferius corticum suorum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchræ uiriditatis expanditur: Sic est electorum uita, despecta inferius, superius pulchra, in imo quasi multis corticibus obuoluitur, dum innumeris tribulationibus angustatur: in summo uerò illa quasi pulchræ uiriditatis folijs, amplitudine retributionis expanditur. Habet quoque palma, quo à cunctis arborum generibus differt.

Verùm nihil oberit, si sermoni narratiunculam quandam breuem, tanquam condimentum aliquod addamus, quò scientibus memoriam refricemus, ignorantibus autem doctrinam impertiamur. Athenis ex iuuenibus quamplurimi, imò modestiores etiam circa sophisticam desipiunt, non ingeniosiores solùm & nomine obscuri, sed generosiores iam & elatiores, non secusque ac multitudo inter se decertant, quum moribus præditi sint iuuenilibus, & haud facilè cohiberi possint: ac ideo uideo idem illis accidere, quod & equorum ac spectaculorum amatoribus, in cursu equorum aduersariorum: saltant enim, clamant, puluerem in cœlum spargunt, in aurigis sedentes, aërem uerberant, equos digitis tanquam flagellis cũ coniungentibus coniungunt: & quum nullius sint domini, facilè inuicem concedũt aurigas, equos, stationes equorum, præfectos. At qui nam sunt illi? ut plurimùm indigentes ac pauperes, & qui nec tantum habent, ut uno sustineantur die: Eodẽ
B modo & hi, in his admodum pro doctoribus suis confligantur, & aduersarijs indignanẽ, quò ipsi plures existant, ac doctores quorum illi curam gerunt præcipuã, locupletiores reddant, quæ res admodum absurda est, pariter & infelix.

Vidi ego quosdam iuuenes in carnis affectus facilè ruentes, & usque ad mortẽ in uitij consuetudine durantes. Quemadmodum sues qui in cœno sese obuoluũt, cõtinuò sibi lutũ augẽt: Sic hi fœditatẽ ex uoluptate singulis dieb. sibi accumulãt.

L.



QVOD enim nullus labor est uento, puluerem dissipare, quàm lutum in plateis ingredientes propè calcasse nõ sentiunt: Ita pœnę illę inferni: facilè est impios delere atque dispergere, quos peccatorum ratio et in lutũ soluerit, & redegerit in puluerem, non relicta neque substantia firmitatis, quum puluis & lutũ sint: & per id quòd puluis & lutum sunt, in natura tamen pœnalis substantiæ reseruati.

Vt enim quod labore partum est, solicitius conseruari solet: Ita facilè parta, facillimè celeriterque respuuntur.

Dices, Quid mihi opus laboribus & ærumnis? licet absque labore omnia perficere. Hoc sane minimè manifestum est: contingit enim non solùm absque labore non absolui, sed & mori omnia habentem. Veruntamen & hoc manifestum: neque hic sermo tolerabilis est: in certamen traxit, arma posita sunt aurea, opus est ut illa in manus accipias. Si autem uis sine gloria seruari, & nihil boni operari, dico ro, Si bellum insurgat, & rex adsit, & alios quidem uideas in medias turmas hostium irruere, & multa uulnera recipere, uariaque facere: alios autem in singulare certamen descendere & pugnare, alios saltare, alios in equos se recipere, & laudari à rege, cũ admiratione ac plausu & coronis: alios uerò iterum, si nihil patiantur mali, in extremo ordine sedere & quiescere: deinde finito bello, illos quidem uocari ut recipiant donaria magna, & celebrentur: horum autem ne mentionem quidem fieri, sed

C sed salutem illis pro retributione bonorum esse, ex quorum numero esse uelles? Nam si lapideus esses, si & insensatis & inanimatis ignauior, nónne ex illorum numero multis nominibus magis esse uelles? Profectò oro & supplico, nam si etiam pugnantes cadere oporteat, nónne dignum ut hoc cum alacritate eligant? Nónne uides eos qui in bellis istis cadunt, quàm sint clari & nobiles, etiamsi moriantur, & ultrà à rege suo non possint honorari? Longè autem aliter euenit in hoc bello, assiste cicatrices habens, quas concedatur nobis ostendere, &c.

Sicut ex natura sua lac ipsum uitio accedente degenerat, & quadam sui corruptione coalescit: Ita hæc genera doctrinarum quæ initia cognitionis ex innoxioque syncero que lacte deducunt, corrumpuntur in uitia, fiuntque corruptione sui coagulata uel caseata, ne lac sint.

Quantis lachrymis digni, qui tantam debentes mensuram, neque ut negociatores ambimus regnũ cœlorum: tanta nobis pollicetur, & neque sic audimus? Quid huic inimicitiæ comparari poterit, quamuis hi qui insana pecuniarum cupiditate laborant, siue seruos, siue hostes, siue inimicissimos inueniãt, unum hoc expectãt, si possint ab illis pecunias accipere, omnia faciunt, & adulantur, & seruiunt, & seruituti se addicunt, omnibusque se putant esse honestiores, ut quid ab illis accipiant. Pecuniarum enim spes nihil horum illos sinit cogitare: regnum autem non ualet conquirere tantas diuitias, neque tantas multiplices, quamuis neque is qui assecutus est, promittit illud, sed incomparabiliter etiam ipso regno maior est. Quando autẽ & quod promittitur regnum est, & Deus qui illud promittit, magnum utique fuerit illud à tali accipere. Nũc autem perinde fit ac si rex quidem hæredes suos & cohæredes filio uolens post innumera etiã alia beneficia cõciliare, contemnat: princeps aũt latronũ, qui innumeris malis & nos & parẽtes nostros affecit, & impleuit, &

D confundens nostram cùm gloriam, tum salutem, unico duntaxat obolo monstrato adoratur à nobis. Regnum promittit Deus & contemnitur, gehennam apparat diabolus & honoratur: ille Deus est, hic uerò diabolus.

Sicut lampas non ex oleo accenditur, sed ab igne: per oleum tamen nutritur, & nisi oleum ei subministraueris, extinguitur: Sic & fides non ex operibus nutritur uel accenditur, sed ex uerbo Dei, sicut ait Apostolus, tamen per bona opera nutritur: & nisi subministraueris ei opera bona, deficit. Sicut enim non potest in Deũ sperare, nisi qui aliqua opera bona facit: Sic non potest credere Deo, nisi qui facit aliquid dignum Deo: inde est quòd peccatores non credunt Deo, siue quum de gloria sanctorum quis eis loquatur, siue de pœna peccatorum: & dum non credũt futurum esse quod dicitur, neque de bono futuro delectantur, neque de malo terrentur. Verè fatui sunt omnes homines, qui aut solùm existimant sibi posse sufficere ad salutem, quia credunt in Christum, & Christiani dicuntur, & non festinant semetipsos bonis operibus commendare, nec audiunt Iacobum dicentem, Quia fides sine operibus mortua est.

Sicut lana intingitur naturalem habens colorem, ut coloretur purpura, aut alicuius coloris accipiat dignitatem: Sic & nos in mortem descendimus corporales, & resurgimus spirituales.

Sicut lanas quæ subinde in tincturas immerguntur, crebra tinctio profundius operationem recipere fecit: Ita opus est ut & animæ nostræ continuò in diuinos sermones intingantur, ut abluamur quidem à ueteri opprobrio, induamur autem nouam pulchritudinẽ. Enimuero lanæ illæ cùm tinguntur, naturæ suæ nomen amittunt, & tincturæ nomen accipiunt, & non ultrà uocas lanam, sed uel purpurã uel coccinum, uel prasinum, uel tale aliquid, prout colorem tinctæ præbuerit tinctura. Si igitur tinctio naturæ nomen transformat: cur Dei natura non transformat hominem, ita ut is qui antè pulueris gerebat imaginem, post tincturam imaginem

A gínem gerat fulgidam, & plus quàm cœlestem.

Si lapis sæpe ad lapidem concussus scintillas exilire facit, tametsi nihil sit frigidius lapide, nihilq́ igne calidius, attamen cōcussio uicta natura ignē elicit: quod quum in lapillis contingit: Multo magis idem fit & in animabus, quæ mutuum atteruntur, & igni spiritus coalescunt.

Sicuti lapis in aquam cisternæ coniectus, non solùm adiacentem aquæ partē, in quam cecidit, agitat, uerùm orbes alios post alios perpetuis uicibus excitās, eos interdum ad ultimos lacunæ margines agitando producit: Ita & lasciuus obtutus uel sermo uoluptatis delinitus illecebris, in uirginis animam, uelut in undam purissimam uehemēter iniectus, alias post alias quasi in profundo cogitationes amatorias excitat, ipsamq́ totam eius qui fecit imaginē, sauciam fluctibus agitat. Quocirca summo studio oportet uirginem aspectus uocisq́ blanditias, ut pestiferæ ac perditæ uoluptatis illecebras, à sensibus suis quamlongissimè arcere, & aurem quidem intus castissima cogitatione, oculos uerò cautissima auersione munire. Non ignoret sanè prudens uirgo, si huiusce lenocinia per aspectus atq; aurium transitum in animam semel irruperint, fore ut manu quoq; accedente adiutrice ad iritamenta uoluptatis, opus suum omnino cum temporis progressu perficiant. Sicut enim cum legione militum urbis custodiæ præfectus miles, dum domum sibi ad manendum per gyrum circuens quærit: & ut ui exclusus à ianua, aut arte aliqua à domino domus elusus, se aliorsum conuertit: aut occupato primo ingressu facilè ad interiora penetrat, quippiam ex armis illic suis, lanceam scilicet aut galeam, clypeum'ue deponit: ac licet sociorum gratia egressus foris interim esse uideatur, potestate tamen intus est, obq́ id quod ex armis suis ibidem posuit, propriam, suiq́ iuris ac sociorum, quos paulo pòst secum introducturus est, iam fecit domum: Ita

B profectò & uoluptatis ac peccati miles atrox domum sibi per circuitum quærens, aut à primo aditu exclusus aliorsum uertitur, aut anticipans facilem per sensus ad intima transitum, & aliquid armorum suorū, id est, uel aspectus lanceam per oculos eminus uulnerantem, uel galeam, sermonem scilicet uoluptatis opificem per aures penetrantem, uel manuum tactum instar clypei cuiusdam corporis totum ad uoluptatem concitantem in anima uirginis ponens, & si foris esse uideat, peccati perpetratione nondum inquinato corpore, potestate tamen intus est, per arma ibi posita uitians mentem, & propriæ iam uoluptatis aliarumq́ perturbationum domicilium præcipuum animam, quæ horum quippiam susceperit, faciens. Obstruendus est igitur primus per sensus satelliti carnis ingressus, sensusq́ ipsi ut ianuæ ac fenestræ cordis seris ac uectibus undiq; firmandi atq; muniendi, ne per aliquem illorum uersutus ascendens, mortem, quæ contubernalis eius est, secum unà introducat.

Siquidem illud idem uobis propter nos accidisse uidetur, quod ferro ob lapidem magnetem, ut à me & inter uos quoq; pendeatis, ac unum sentiamus: deniq; simus omnes ex quo sunt omnia. Proh catenam admirandam, quam spiritus nectit sanctus, uinculis indissolubilibus compaginatam.

Accipe lapidem & mitte in cœlum, aut siphonem aquę, & eiaculare in cœlum, & uide si possis pertundere cœlum. At grando minimum granum est, & quum cadit super caput hominis, quomodo dolores præstat? Aut uide stillicidium, quod à tegula cadit in terram, & cauat lapidem: Sic igitur minima quæ desursum cadunt super terram, magnam habent uirtutem.

Qui deligit lapidem in fundibulo, similis est ei qui dat imprudenti claritatem, seipsum uulnerat, atq; sibi potius, dum intorquet iaculum, affert periculū. Certè sicut tormento acerbatur, & geminatur malum saxi ruina: Sic insipientis in libertate ruina uehementior est.

C Quemadmodum qui lapidem illò iaculatur, corpus cœleste non attingere, nedum lacerare potest, plagam autem suo capite excipit, quum lapis eodem, unde iaculatus est, redeat: Ita qui beatam illam blasphemat substantiam, ut nunquam offendere eam potest, quũ longe potior atq; excellior sit, quàm ut affici aliquo possit detrimento: Sic ferrum aduersum animam suam acuit & parat, quum se ingratũ domino bene merenti exhibet.

Sicut omnis res quæ percutit lapidem, ipsa quidem colliditur, lapidem autem non lædit: Sic & omnis qui contra Christianitatem agit, se quidem corrũpit: Christianitati autem non nocet, quia ergo magnus lapis est Christus.

Non uidetis quòd hi qui preciosos lapides in mari quærunt, non sedent iuxta littus maris, fluctus numerantes, sed in profundum se demittunt, &, ut ita dicam, quasi in ipsos sinus abyssi descendentes, assequuntur quod tanta opera exquirũt: quamuis quid magnæ utilitatis uitæ huic attulerit illorum lapidum inuentio? Vel nam non magna damna & incommoda inferrent: ex insania enim & rabie, quæ est in pecunias, innumera uidemus sequi mala. Attamen licet tanta inde nascanẽ mala & damna, nõ est tamẽ quod grauet ac deterreat eos qui in his occupati sunt: sed & laborem subeunt, & periculis se exponunt, ut inuenire possint quod quærunt. In diuinis autem scripturis, & in spiritualibus & preciosis illis lapidibus neq; periculum suspicari licet, neq; multus est labor, sed lucrum ineffabile, tantùm ea quæ nostra sunt, cum alacritate afferamus: gratia enim est parata, quærens eos qui se cum largitate suscipiant.

Si id agunt qui preciosos lapides in mari inuenire cupiunt, magnum laborem & molestiam ferentes, periculoq; indomitarum aquarum se exponentes, quò desideratis potiantur: Multo magis nostrum fuerit animum intendere, ut uisis quæ in

D profundo dictorum latent, preciosos illos lapides comprehendamus. Sed ne timueris dilecte, quum audis profunditatem: non enim hic est tanta uis æstuantium undarum, sed spiritus sancti gratia mentem nostram illustrans, & facilè inuenire desiderata concedens, omnem laborem alleuiat. Et gemmas alias inuenisse inuentori non multum prodest, sæpe autem & nocuit, & innumerorum naufragiorum occasio fuit. Neq; tantam in inueniendo habuit lætitiam is qui inuenit, quam tam inuentis illis iniucunditatem attulit, aduersus se inuidorum oculis concitatis, & auaris ad bellum armatis. Et adeò nequit nostræ uitæ prodesse tales reperire, ut & multorum bellorum sit argumentum: auaritię enim materia est, & caminum cupiditatis succendit, captorumq; animam expugnat. Atqui de spiritualibus nostris thesauris nihil taliũ formidare oportet: sed & diuitiæ quæ inde colligunẽ ineffabiles, et uoluptas immarcessibilis, & multo interuallo superat omniũ hominũ lętitiã.

Sicut præterea sunt magni lapides, qui citra afflictionem & lassitudinem mouentis moueri non possunt, de quibus Ecclesiastici 10. Qui transfert lapides, affligetur in eis.

Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamas, aut cædi uel teri potest, se incurrentia ultrò retundit: quemadmodũ quædam non possunt igne consumi, sed flamma circumfusa, rigorem suum habitũq; conseruant: quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi ulla sæuitiæ uestigia tot uerberati procellis ostentãt: Ita sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, ut tam sit ab iniuria, quàm illa quæ retuli.

Latro non armatis insidiatur, sed inermibus, & iniurijs lacessit infirmum, qui se intelligit, uel à forte contemni, uel à potente damnari: Sic Satan etiam solet.

Latrones eodem sale communicantes, aduersus eos quibus communicarunt ut latrones, iam deinceps uerendi non sunt, sed mores illorum communis mensa ita transmutat, efficitq; ut qui bestijs sunt ferociores, ouibus erga complices suos sint

a sint mansuetiores. Nos uerò licet de mensa participemus eadem, cibo communicemus eodem, nihilominus tamen aduersus nosipsos armamur mutuò. Oportebat hoc fieri aduersus diabolum, qui nos simul omnes impugnat.

Quemadmodum latrones, & parietum perfossores, quum quid preciosum rapere uolunt, extincto lumine id aggrediuntur: Sic in peccatoribus corrupta ratio. Etenim in nobis rationis lumen est semper ardens. Quòd si spiritus iniquitatis uehementiori impetu aggressus extinxerit, qua primùm animam obscurauit, expugnauitq; quicquid in ea conditum est, compilat. Quippe quæ quum à libidinis cupiditate capta est, sicut nebula & caligine corporei oculi, sic ab illo mētis prouidentia præoccupata, nihil intueri potest ulterius, non præcipitium, non gehennam, non formidinem, sed insidijs illius obnoxia, facilè à peccato expugnatur. Et tanquam paries sine ostio oculis obiectus, non sinit iustitiæ radium mentes nostras illustrare, quum absurdæ cupiditatis cogitationes undiq; eas obscurent, & fornicaria et mulier mentis oculis obijciatur, & animo insideat atq; appareat. Et quemadmodū cæci licet in ipso meridie sub die uersentur, nullam tamen lucem accipiunt, quum clausos habeant oculos: Itidem & hi quamuis innumera undiq; dogmata eorum insonent auribus, animo hoc affectu præoccupato, his omnibus rationibus obstruunt auditum.

Qui laudis prætextu celat calumniam, comprehensu difficilis est simplicioribus: Similis est autem illi qui uestitu sordido amictus, ambitiosè arrogans est.

Quemadmodum autem non multum laudis illi debetur qui ciuitatem condere & augere potuit, gubernare non potuit: Ita nihil magnifaciunt qui liberis, famulis, & opibus augent rem familiarem, nisi quod partū est, rectè administrent. Iam ut ex multis ciuitatibus cōstat regnum, ex multis domibus ciuitas, ita domus

b ciuitas quædam est ac regnum. Quum regnum dico, gubernationem dico, alienissimam ab omni tyrannide, in qua tamen summa rerum ab uno pendeat: is est paterfamiliâs. Vt uerò nec regnum, nec ciuitas constat absque concordia: Ita res familiaris collabatur oportet, si adsit dissidiū, præsertim inter regni primates, maritum & uxorem. Nec potest esse perpetua cōcordia, ubi frequentes sunt iniuriæ: neq; non potest esse seditio, ubi cōfusus est ordo: legibus igitur excludet utrunq;.

Non omne quod laudamus, omni quod uituperamus esse anteponendum:

c neq; enim quia laudo purgatissimum plumbum, ob hoc illud uituperando auro, pluris æstimo: in suo enim genere quidq; considerādum est. Improbo iurisconsultum multas leges ignorantem, sed eum tamen probatissimo sutori sic præfero, ut ne comparandum quidem reprehendo.

Quid prodest lectione cōtinua tēpus occupare, sanctorum gesta & scripta legendo transcurrere, nisi ea masticando & ruminādo succū bibamus, & transgluttiendo usq; ad cordis intima trāsmittamus, ut ex his diligenter cōsideremus statū nostrū, & studeamus eorū opera agere, quorū facta & uerba cœpimus lectitare?

Sicut leæna iuuencam amico non accedit animo: Ita neq; impudentia tristitiā secundum Deum beneuolè libenter recipit.

Recognoscamus & recogitemus quali honore nobis Dei legatio accipienda. Quid si legatio à rege aut à iudicibus ad nos ueniret? Nunquid non mox alijs curis posthabitis, prompta uoluntate, & cum omni deuotione literas acciperemus, & legentes implere satageremus? Ecce de cœlo rex regum & dominus dominantium, imò & redemptor noster, per prophetas & apostolos dignatus est nobis dirigere literas suas, non ut aliquod seruitium sibi necessarium demandet, sed quæ ad salutem & gloriam nobis prodesse possint, innotescat.

Non perfunctoriè transeamus quæ legimus, ut tunc tantum quum legimus, ea in memoriam eorum redire uideamur, sed etiam quum abest codex manibus,

C tanquam animantia quæ probantur, & munda habentur in lege, etiam quum nō pascunt, ruminare consueuerunt ex semetipsis alimenta sibi recōdita proferentes: Ita & nos de nostræ memoriæ thesauro de interioribus nostris ruminandum nobis pabulum spirituale promamus.

Quomodo in legionibus & exercitu sunt duces, sunt tribuni, sunt cēturiones, sunt ferentarij ac leuis armaturæ, & miles gregarius, & manipuli, commissaq; pugna uacant nomina dignitatum, & sola fortitudo quæritur: Ita & in hoc campo, & prælio, quo contra dæmones dimicamus, non quæruntur nomina, sed opera: & gloriosior ille sub uero Imperatore Christo, nō qui nobilior, sed qui fortior est.

Sicut lemæ quædam oculos opplentes: Ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & non permittit uidere quid oporteat facere.

Leoni si detur intellectus, non continuò culpabit abundantiam herbarū creatam, quia ipse crudis carnibus uescitur, nec dicet illas superfluò à conditore productas, quia ipse earum cibo non utitur: nec iterum homo, quia pane alijsq; aptis sibi utitur alimonijs, culpare debet cur fecerit Deus serpentes, quos cibum uideat præbere ceruis: neq; ouis, aut bos culpare, quòd alijs animalibus carnibus uescida tum est, cum ipsis ad edendum gramina sola sufficiant: Ita ergo & in cibis rationabilibus, diuinorum dico uoluminum, non continuò aut culpanda aut refutanda est scriptura, quæ difficilior aut obscurior ad intelligendum uidetur, uel ea continere, quibus siue insipiens & paruulus, siue infirmior, & minus ad intelligenda omnia ualidus uti non potest, nec cōferri sibi ex his utilitatis aliquid existimat aut salutis: sed considerare debet, quia sicut serpens, & ouis, & homo, ac fœnum, Dei creatura sunt omnia, & diuersitas ista ad laudem spectat & gloriā creatoris, quòd competentem, & in tempore unicuiq; eorum pro quibus creata sunt, uel prębeat,

D uel capiant cibū: Ita & hæc omnia quæ uerba Dei sunt, & in quibus diuersus pro captu animarum cibus est, unusquisq; prout sanū est & ualidum sentit, assumat.

Vt enim hi qui leonem domandum suscipiunt, solent arreptam caniculam baculo in conspectu leonis cedere, ut leo clamore & eiulatu caniculæ territus mansuefiat: Ita Deus proponit publica sceleratorum supplicia, ut horum exemplo reliqui adeoq; maximi peccatores admoneantur suorum peccatorum, & resipiscant.

Vt leonum animaliumq; impetus caueis coërcetur: Sic hominū quorum maximè in seductu orationes sunt, ita tamen delituerint, ut ubicunq; ocium suum absconderit, prodesse uelit singulis & uniuersis, ingenio, uoce, consilio.

Quemadmodum lepores uulpesq; canibus aliam cursus monstrantes uiam, aliam conuersi tenent: Sic huiuscemodi orationis inuolucra spiritualis doctrinæ simplicitatem ac uiam detorquent.

Lepores aiunt eius esse naturæ, ut simul & pariant, & nutriant, & superfœtēt: Sic & pecunia usurarijs uno tēpore datur, fœnus gignit, et superfœtat augescēdo.

Qui ea quæ non intelligunt reprehendentes, lepram, uel scabiē, uel uerrucas legis esse dicunt, promissiuas figuras sacramentorū, similes sunt hominibus, quibus displicent ea, quorū non capiunt utilitatē, uelut si surdus, uidens moueri labia loquentiū, tanquā superfluos oris motus deformesq; reprehenderet, uel si quisquā cæcus laudata sibi aliqua domo, uellet palpando probare quod dicitur, & parietū leuitatem manu pertractans, in fenestras corrueret, easq; uelut inconuenientes illi æqualitati, redargueret, cauernasq; ruinosas putaret.

Quemadmodum leprosi eijciuntur propter lepram ex hominū contubernio: Ita nos eiecti sumus propter peccatū è paradiso & regno cœlesti. Christus autem uenit, ut expiaret peccata, & donaret nobis mundiciam iustitiæ suæ.

Quemadmodū leprosi, agnita miseria & calamitate sua, primū quidē adhibēt fidem promissioni, qua Christus recepit se refocillaturū omnes qui onerati sunt

&ad

A & ad ipsum ueniunt: deinde ex hac fide inuocant eum: postremo, etsi nondum sentiant incolumitatem, tamen obsequuntur uocationi & mandato Christi, quo mittuntur ad sacerdotes. Itaq; quum ambularent ex fide in uocatione Christi, consequuntur sanitatem: Sic & nostra interest, ut postq; agnouerimus magnitudinẽ peccatorũ nostrorũ, & grauitatem dãnationis quã meriti sumus, credamus euangelio Christi, quo propter Christum promittitur nobis remissio peccatorum & uita æterna. Non enim exigitur à nobis ea fides, qua polliceamur nobis externam & corporalem in corporalibus morbis salutem, qualem leprosi consequuti sunt. Nam hoc tempore postquam Euangelium Christi miraculis suis probè confirmatum est, non est nobis ea uocatio proposita, quæ temporibus Christi & Apostolorum eius, omnibus ægrotis, & corpore male affectis, proposita erat: sed ea fides à nobis generali uocatione exigitur, qua polliceamur nobis spiritualia & æterna bona, quæ per Euangelium huiuscemodi miraculis confirmatum, promissa sunt, uidelicet ut credamus quòd hábeamus propter Christum remissionem peccatorum, placatum patrem in cœlis, & uitam æternam: hoc enim Euangelium nõ est adnunciatum propter miracula, quibus ęgroti & leprosi consequuti sunt externam & corporalem sanitatem, sed hæc miracula edita sunt propter illud Euangelium, ut & confirmaretur, & per ipsum omnes credentes ueram & perpetuam salutem consequerentur. Quare exigitur à nobis, nõ ut credamus nos, ab externa lepra, aut febri, aut cæcitate, aut alio id genus corporali morbo ac uitio, quo quis nostrum corpore laborat, admirabili modo, iuxta externum sensum liberemur, nisi quis fortè ad hãc fidẽ personali promissione uocatus fuerit, sed ut credamus quòd multo maius & nobis gratius est, nos ab omnibus malis, à peccatis, à morte æterna per Christum liberari, & in perpetuam iustitiam ac felicitatem transferri: hæc

B enim bona per Euangelium generaliter promittuntur. Deinde ex hac fide inuocãdus est dominus Deus noster per Iesum Christum in omnibus afflictionibus, ut quam salutem nobis promisit, eam etiam re ipsa nobis clemẽter præstet. Postremo, ut leprosi obsequuntur mandato Christi, nondum sanitatem consequuti, ita etsi uocatio Dei uideatur esse contraria promissioni, debemus tamen diuinæ uocationi obsequi, certissimi quòd quæ Deus per Christum promisit, ea constantissimè seruaturus sit: Deus enim satisfacit quidem promissioni suæ, & inuocantem ex fide cõtinuò exaudit. Antequam, inquit, clament, ego exaudiam: &, Quicquid in oratione petieritis credentes, accipietis: attamen priusquam fruimur promissis bonis iuxta externum sensum, solet nobis mandata sua, quæ plerunq; uidentur promissionibus contraria, proponere, & obedientiã exigere, ut interim exerceat & probet fidem nostram. Itaq; si uoluerimus salutem consequi, non est curiose in mandata Dei inquirendum, sed est simpliciter obediendum. At illud quidem diligenter cognoscendum est, num quæ nobis traduntur, uerè sint mandata Dei, ne fortè pro mandatis Dei obtrudantur nobis somnia hóminum. Postquam autem cognouerimus ea quæ proponuntur, uerè mandata Dei esse, ibi nequaquam tergiuersandum, sed simpliciter obediendum est.

Lex Christi onus est alleuians aut iugum liberans, similis pennis auium quæ corpulentiorem reddunt substantiam & agiliorem, grossescit inde natura, unde sarcina alleuiatur, & quantum crescit in massa, tantum decrescit de pondere. Item & quadrigæ comparatur, quæ admota iumento sarcina, quæ ab ipso moueri non poterat, auget quidem, sed portabiliorem facit: onus oneri addit, & minus onerat.

Sanè nequaquam rerum & ordinis apud nos laudo confusionem, quum aliquando peruersè à quibusdam præsidetur in gradibus, siquidem non omnes accusare audeo, neq; uisum est: obiter tamen legem laudo naturarum, quæ prius gubernatori remum in manus dat, indeq; in proram deducit, & ulteriora concredit.

C Itaque tandem super gubernacula, cum multa maris experientia, & uentorum statuit cognitione: Pariter & in rebus fieri solet bellicis, miles sub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam in ducem euadit, siquidem ordo ipse optimus est incipientibus, pariter & utilissimus: res uerò nostræ multum dignæ essent, si ita sese haberent: nunc autem sanctissimus apud nos periclitatur ordo, ne præ rebus cunctis sit ridiculosissimus: non enim ex uirtute magis quàm ex malitia oritur præsidentia, neque digniorum, sed potentiorum sunt throni. Samuel inter prophetas futura præuidēs, sed & Saul adiectus. Roboā Salomonis inter reges: quin & Hieroboā seruus & desertor. At nec medicus, nec pictor ullus est, qui nō prius ægrotantium considerat manus, aut colores temperat multos, & declinat figuras. Cathedra uerò sine ullo acquiritur labore, non secus ac quum fabulæ gigātes fingunt: unius diei sanctos facimus, ac sapiētes esse iubemus eos, qui nulla præditi sunt sapientia, & qui nihil ad gradum, præterquam uelle adferunt. Et hic quidem inferiorem amat locum, & humilis consistit, quum dignus sit sublimi, ac multum in literis exercitatus diuinis, multūq; carnis ad spiritus domauerit subiectionem: alius uerò sedet arrogās, superciliaq; tollit cōtra meliores, nec tremit ob thronos, minus horret aspectum modestè seorsum aspiciens, sed longè se uiribus suis, & seipso se meliorem censet, malè sentiens, ac sapientiam à potestate desumens.

Est enim ex legibus nostris hæc una admodum laudanda, & optimè per spiritum lata, quæ possibilitatem honestati admiscuit: & ita statuit, ut quemadmodum serui obtemperant dominis, & uxores uiris, & ecclesia domino, & discipuli pastoribus & magistris: Ita etiam homines cuncti potestatibus subditi sint sublimioribus, non solum propter iram, sed & propter conscientiam, ac ideo & tributum soluant, & legem nequaquam ob malefactorum prohibitionem odio habeant, nec

D gladium expectent, sed timore purgati à potestate laudent. Atqui & amussis hæc est unica: recto eī parcit, superfluū uerò abscindit: unus est sol, attamē sanos illuminat illos, cū debiles magis obscuret. Vis ut aliquid etiā de nostris dicere audeā? Vnus est Christus, sed in ruinā positus est, & in resurrectionē, in ruinā infidelib. in resurrectionē credētibus. Et his quidē petra est offensionis & lapis scādali, qui nō cognouerūt nec intellexerūt, sed in tenebris ambulāt, uel idola colunt, aut usq; ad literā uidēt, & super hāc nec illuminari uolūt nec possunt: alijs aūt lapis angularis & petra laudabilis, qui colligantur sermone, & in ipso ambulant: aut si uis margarita illa, quā bonus ille mercator, omnibus quę habebat diuenditis, emit. Nobis autem, fratres, tale quid accidit, quum uitam nostram emendare nolumus, sed cōtra potestatem indignamur, quale & his qui Agonotheten incusant tanquam malum, quum ipsi certaminibus sint ignaui, aut medicum tanquam imperitum & temerarium incisionibus & adustionibus: quum ipsimet malè sint affecti, & austerioribus indigeant remedijs.

Quemadmodum in libra cōtingit, ut si alteram pessundes lancem, alteram ex aduerso leuiorem constituas: Sic & corpori & animæ solet euenire: alterius pondus excedens, leuius necessariò reddit alterius: corpore nanq; se molliter habente, ac sagina abdomineq; prægraui, necesse est ut mens eneruis ac debilis ad proprias actiones existat. Contrà uerò anima bene habens, & ob cœlestium meditationem bonarumq; actionum exercitationem, ad propriæ magnitudinis sublimitatē euecta, facit ut corporis habitudo tabescat. Idem quoq; præceptum & debilibus utile, & ualentibus accommodatum: in morbis nanq; laborantibus medici mandare solent, ut sibi ipsis attendant, nec quicquam eorum quæ ad procurandam sanitatem pertinent, negligant. Similiter & huiuscemodi præcepti sermo nostrarum medicus animarum, animam à peccato læsam modico isto subsidio curat. Attende igit tibi ipsi, ut pro admissi proportione auxilium ex tali cura suscipias.

Sicut

A Sicut lignum iuxta aquam plantatum sterile esse non potest: Ita qui frequenter usu legi Dei studet, non potest eius operis non habere affectū. Lignum dat fructū tempore suo. Omnis plantatio fructum dat tempore competenti. Sic & hic qui legi Dei obtemperat, fructū habebit tēpore præfinito: humore decurrentis aquæ uegetatum lignum, folia continet suā. Sicut ergo lignum auxilio decurrentis aquę siccitatem non sentit: Ita & hic qui legi Dei studet, accedente tentatione, præsidio Dei tutus, non amittit, sed acquirit salutem.

Sicut non potest fieri, ut ligna mittendo extinguas ignem: Sic fieri non potest, ut rationem reddendo places hominem malū. Et sicut ignis quanto magis ligna susceperit, in maiorem flammā erigitur: Sic animus malus quanto magis ueritatē audierit, tanto amplius in malitiam excitatur.

Quemadmodū obliqua linea fit, si nunc in curuum, nunc in conuexum deducatur: Sic item cor obliquum est, quod nunc per iactantiam arrogantiam que effert, nunc per calamitates & dolores deijcitur.

Tales sumus quasi lippiētes, cum producunt ad uidendū lumen, si forte antea uisum omnino nō habebant, & recipiunt eundē uisum, per diligentiā medicorū utcunque reparare: & quum probare uult medicus quantū salutis eis accesserit, tentat & eis ostendere quod uidere desiderant, & nō poterant. Et quum uiderint fulgorem, in ipso reuerberantur quodammodo, & respondent medico demonstranti: Iamiam uidi, sed uidere non possum. Quid ergo facit medicus? Reuocat ad solita, & addit collyrium, ut ad illud quod uisum est & uideri non potest, desiderium nutriat, & in ipso desiderio curetur plenius, & si qua mordacia reparandæ sanitati adhibētur, fortiter ferat, ut amore illius lucis accensus, dicat sibi, Quando erit ut illud firmis oculis uideam, quod saucijs infirmisque non potui? Vrget medicum, &
B rogat ut curet. Ergo fratres si forte tale aliquid scilicet in cordibus uestris sit, utcunque erexistis cor uestrum ad uidendum uerbum, & ipsius luce reuerberati ad solita recidistis, rogate medicum ut adhibeat collyria mordacia, præcepta iustitiæ. Est quod uideas, sed non est unde uideas. Nō mihi antea credebas, quia est quod uideas, duce quodam rationis adductus propinquasti, intendisti, palpasti, refugisti: scis certe enim quod uideas, sed idoneum non te esse qui uideas, ergo curare. Quæ sunt collyria? noli mentiri, noli periurare, noli adulterari, furari: sed consuesti, & cum aliquo dolore à cōsuetudine reuocaris, hoc est quod mordet, sed sanat. Nā dico tibi liberius ex timore & meo, & tuo, si curari restiteris, & esse idoneus ad perfruendum hac luce n eglexeris, ualetudine oculorum tuorū, tenebras amabis, & amando tenebras, in tenebris remanebis, & remanendo in tenebris, etiam in tenebras exteriores proijcieris: ibi erit fletus & stridor dentium.

Quemadmodum prima illa, ut antiqui uocabāt, literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat: Sic liberales artes non perducunt animum ad uirtutem, sed expediunt.

Quemadmodum minima litera & apex legis reputantur ad syllabas & integras dictiones legis: Ita Pharisæi reputarunt internam & ueram iustitiam, ad externam, ac senserunt in lege maxime omnium externam iustitiam requiri.

Quemadmodum expers literarum quum etiam libros intuetur, scripturæ uim non intelligit, neque nouit quod oculorum sensu percipit: qui autem in literis eruditus est, multam in his cōditam uim, & totas uitas & historias & epistolas inueniet, uerùm harum ignarus chartas duntaxat & atramentum putabit, expertus & uoces accipiet & alloquetur absentem, & quodcūque uoluerit, per literas rursum rogabit: Eodem modo in mysterio usu uenit. Increduli quamuis audiant, non tamen uidentur audire: fideles autem per spiritum experientiam assequuti, in absconditis uirtutem intuentur.

C Quemadmodum in literarum exercitijs, & studijs, & in disciplinis sunt doctores: Ita & in ecclesia.

Quemadmodum inepte quidam deformibus literarum figuris elegantes aliquot appingunt, cœnoq; permiscent unguentum: Et nobis eodem modo princeps animi facultas, diuinę contemplationis capax, uitiosa pariter & fallaci inaniū rerum imaginatione confunditur.

Sicut qui literas docent, timorem discentibus & terrorem inducunt, non utiq; necessarium magistris, sed ualde discipulis profuturum: & sicut illos exhorrent, qui sine timore & sine spe sunt: sciunt enim eos ad eruditionem peruenire nō posse: Ita eos dilectionem habere commemorant, qui timentes eos, & in eos qui sperant in eruditione eorum: & hoc de hominibus, tantum longe est à comparatione Dei, quantum longe est à diuinitate humanitas, sed comparatio ad apertionem rei dictæ, ad spem nos & misericordiam diuinam impellat, ut eorum participes faciat, super quos beneplacitum est domino.

Quum scribimus literas, facit eas primo cor nostrum, deinde manus nostræ: literæ fiunt primò à corde, deinde à corpore nostro. Manus seruit imperanti cordi, easdem literas facit & cor, & manus. Nunquid alias cor, alias manus? Nam aliud est manus, aliud cor: eadē quidem facit manus, sed nō similiter. cor enim facit eas intelligi inuisibiliter, manus autem uisibiliter. Ecce quomodo fiunt eadem & dissimiliter: Sic pater facit, quæ filius similiter.

Quomodo in his nostris literis non potest quis ad legenda uerba texendaq; procedere, nisi prius ab elementis cœperit: Ita etiam in scripturis diuinis non ualemus ea quæ maiora sunt nosse, nisi ab ipsis ethicæ mandatis habuerimus exordiū, secundum illud quod propheta dicit, A mādatis tuis intellexi: quòd uidelicet post

D opera cœperit habere scientiam secretorum.

Qui litem agunt apud homines, quoties de causa periclitantur, si queant, appellant aliud tribunal, quanquam incerti an illic sint experturi iudicem æquiorē. neq; enim raro fit ut qui appellauit, suo malo appellarit: Nobis autem, charissimi, longe tutissimum est non contendere cum iustitia Dei, hoc est, non iactare aduersus stimulum calces, sed protinus appellare tribunal misericordiæ. Et in humanis quidem iudicijs nihil aiunt esse tutius, quàm si quo liceat fuco pernegare crimen intentatum: & Rhetores miserrimum causæ statum esse docent, quam uocant deprecationem, quum reus dicit, Peccaui, ignosce: hic contrà nihil tutius quàm ultrò confiteri quicquid admissum est, & implorare iudicis misericordiam.

Quemadmodum hi qui sunt in littore constituti, erga eos qui in mari naufragium patiuntur, misericordia mouentur: non tamen ob hanc curam & misericordiam propriam amittunt securitatem: Sic nec illi qui proximorum peccata lugent & queruntur, propriam lætitiam obscurant, non amittūt: quin potius ob has pro fratrib. lachrymas effusas lætitiā augēt, digni facti qui gaudio dominico potianť.

Qui male loco separantur, sermone uerò colligantur, tātumq; in uicem discordant, quantum oculi strabi, idem uidentes, & non uisu, sed positione dissidentes, quibus, etsi quòd strabi sint, obijci possit, non tamen quòd cæci.

Vt loca grauia etiam firmissimam ualetudinem tentant: Ita bonæ quoq; menti, necdum adhuc perfectæ & conualescenti, sunt aliqua parum salubria.

Sicut integrè loquimur, cū de aliquo qui in ciuitate solus est, dicimus, Omnes iste hic literas docet: non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicunq; ibi literas discit: Ita rectè dicimus, Omnes Deus docet ad Christum uenire, non quia omnes ueniūt, sed quia nemo aliter uenit. Cur omnes nō doceat, Apostolus aperuit, quantum aperiēdum iudicauit: quia uolens ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, tulit in multa patiētia uasa irę suæ quæ perfecta sunt in perdi

A in perditionē, & ut notas faciat diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Videntur mihi hi qui loquuntur uerbum ueritatis, & qui illuminant animas hominum, similes esse radijs solis, qui ut processerint & apparuerint mundo, celari ultrà aut occultari nullatenus possunt, dum non tam uidentur ab hominibus, quàm uidere omnibus præstant.

Quemadmodum uasta ac perpetua nubium densitas radios solis nunquam sinit uim sui fulgoris ostendere: Ita & uini ac deliciarum euaporationes cerebrum non secus quàm scopulum nactæ, illumq; crassa nube tegentes, non permittunt libere usquam se extendere, uerùm in tenebris perpetuis detinent eum, qui sic miserabiliter iacet affectus.

Sicut lucendi potestas ab igne separari non potest: Sic à patre lumen quod ex eo nascitur, inseparabile est.

Quemadmodum si lucerna quæ noctu præluxit, iam orto die uetet nos obtueri solem, non solùm non præstaret officium, uerumetiam læderet: Itidem & lex, si obstaret ad meliora pergentibus.

Sicut lucerna non quidem ex oleo accenditur, sed per oleum nutritur: Sic fides non quidem ex opere nascitur, sed per opera enutritur.

Quemadmodum lucerna quando ipsa illustris est, innumeras alias incendere potest: extincta uerò neq; seipsam illuminat, neq; alias lucernas incēdere ualet: Ita habet & uita munda. Si lumen quod in nobis est, splendidum fuerit, innumeros tam doctores q̃ discipulos uelut archetypo proposito faciemus.

Vt lucerna lucente fur non ingreditur: Sic lumine uirtutis uestræ fulgente illi capientur, à uobis præsertim sermonibus erudientibus redarguti.

B Vt enim lucerna quamprimum accenderis, nequit se continere, quin ex omni parte lucem suam spargat: Ita postquam fides in Christum concepta est, fieri non potest, quin lux bonorū operū ex ea effulgeat. Da ignem qui non caleat, & dabis etiam ueram fidemquæ non ad facienda opera quęuis bona ardeat.

Sicut lucernæ claritas destruitur solis aduentu: Ita & Ioannis pœnitentiæ baptismum, superueniente Christi gratia, uacuatum est.

Sicut ad comparationem lucernæ tenebræ non tantùm obscuræ, sed etiam sordidæ sunt: ad comparationem autem stellarum lucerna caligo est: ad solis comparationem stellæ nebulosæ sunt: ad Dei autem claritatē sol nox est: Ita quæ ad nos licita & munda sunt, ad Dei autem dignitatē illicita & quasi immūda sunt. Quanquam enim bona sunt, Dei tamen personæ non competunt. Nunquid tunica mediocris hominis, quamuis munda, imperatori tamen sordida & illicita est, similiter & saxonicia senatori?

Vt enim quis nocte egressus lucernam antè fert, & quò pedem inferat, contuetur, atq; ad singulos gressus natum se esse existimet, ut rursum postquā natus est, nullus esset, lumine præeunte solicitus esset: Ita unusquisq; nostrum manens in se uerbum Dei in omnes operum processus, tanquam lucernam prætendit. Omnis enī doctrina cœlestis dux nobis ad iter uitæ est, quæ lucernæ modo in hac nocte seculi præferenda est, quum aliquid aut agimus, aut cogitamus, aut loquimur, ut ea in omnem progressum cuiuscunq; operationis utamur.

Quemadmodum si in nocte tollas lucernam è domo, superest ut nihil uideant oculi, nihil operentur uirtutes, nec agnoscatur rerum dignitas, sed per ignorantiā aurum perinde conculcetur ac si ferrum esset: Ita in intelligibili gubernatione impossibile est illam insititiam manere uitam absq; spiritu, nihilo profectò magis q̃ exercitus in recto ordine manere potest absente duce, aut chorus in consonantia, nisi adsit chori præfectus, qui temperet harmoniam.

C Quemadmodum magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occasiones intentus spectat: nec enim refert quàm multa sciat, si sciat quantum uictoriæ satis est: Sic in hoc studio multa delectant, pauca uerò uincunt.

Quemadmodum in sudatione luctatorem sudore, & puluere, & calore multo, & laboribus, & miserijs pugnare decet: Sic iusto multa hic tolerare expedit, generoseque ferre uniuersa, si claram hinc coronam sit accepturus. Nam etsi corpus illud laudamus, quòd & frigora illæse, & calores ferre posset, egestatemque & famē, itineraque & miserias alias: Multo magis animam dicere beatam decet, quæ fortiter generoseque dolorum inuasiones quasque sufferre, mentemque suam in cunctis potest seruare liberam. Sicut igitur ea quæ ocio & licentia uictitat anima, facilè à passionibus uincitur: Sic quæ continuò in agone pro pietate uersatur, robusta inuictaque perseuerare consueuit.

Si quis id quod bonum est, alicuius rei gratia exercet, nō tamen planè uirtutis gratia, ad bonum tamen illud aliquando peruenit, idque assequitur, quemadmodū is qui lucri causa nauigat, eò peruenit quò tendit, etiamsi non lucretur: qui enim bonum propter seipsum honorat ac fouet, quoniam rem amat stabilem, firmam etiam circa illud habet animi propensionem, ita ut diuini quod patiatur, & Dei illud dicere possit: Ego ille quidem sum, nec immutor, nequaquam igitur transmutabitur, nec transponetur, neque unà cum temporibus ac rebus cōcidet alius ex alio factus, ac multos assumens colores, quemadmodum polypi à petris quibus adhærent: manet tamē ille idē solidus in dissolubilibus, & inuertibilis in uertibilibus, petra ut arbitror, contra uentorum impetum & undarum, quia non concutitur, neque

D absumitur ab his quæ illam oppugnant.

In ludo literario ubi pueri prima elementa suscipiunt, abecedarij dicuntur quidam, alij syllabarij, alij nominarij, alij iam calculatores appellātur: & quum audierimus hæc nomina, ex ipsis qui sint in pueris profectus agnoscimus: Similiter & in liberalibus studijs, quū aut locum recitare, aut allocutionē, uel laudem, aliasque per ordinem materias audierimus, ex materię nomine profectum adolescentis aduertimus. Quomodo ergo & per hæc locorum quasi materiarum nomina memorantur, non credamus in diuinis eruditionibus profectus indicari posse discentium? Et sicut illic singulis quibusque dicendi materijs immorantes, quasi mansiones in eis quasdam facere uidentur, & de una ad aliam, ac de alia item ad aliā profisci: Ita etiam hic mansionum nomen, & profectio ab una ad aliam, & ab alia iterum ad aliam, quur non profectum mentis indicare credatur, & incrementa significare uirtutum?

Turpè esset si ludorum præfecti athletis dona non darent quæ promiserunt, etiam operarios conductos mercedem ferentes dimittimus: Et quisquam à Christo patrefamiliâs in uineam uocatus, illi non donatus abibit?

In ludis ac certaminibus qui ad palæstræ labores assueti sunt, haudquaquam plagarum dolorem uerentur, sed gloriosi præconij desiderio ducti, statim è uicino aduersarios contemptis laboribus iamiam subeundis, adoriuntur: Sic item pietatis studioso si aliquid acerbitatis aut incommodorum obuenerit, animi lætitiam minimè poterit obscurare. Quoniam, ut ait Apostolus, tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uerò spem, spes autem nō confundit, quia charitas Christi diffusa est in cordibus nostris.

Vt lumen ex oleo luminis habet causam: Ita ut lucem spiritualis gloriæ retineamus, doctrina atque operatio præstat: ut caput nostrum sedes scilicet & prudentiæ, uitæ, & omnium sensuum, oleo operationis doctrinæ pinguescat.

Lumen

A Lumen hoc sensibile quod oculis usurpamus, siue sol sit, siue candela, intuentibus planè indicat, quid sit aurum, quid argentum, æs item, quoniam & colorũ figuras, necnon plantarum atq; animalium differentias idem docet. Sed hæc solũ uident qui habent acres oculorũ obtutus: cæci nihil uident. His itaq; similes sunt qui ueritatẽ intueri nolentes amant in tenebris ignorantiæ uersari, ueluti aues illę, quæ noctu tantùm uolant, ut ululæ & noctuę, hæ lucem odiunt, amant tenebras. Sed his quidẽ nemo sanæ mentis indigneẽ atq; succenseat, natura enim ab initio genus hoc uitæ illis addixit. Qui uerò ultro sese tenebris addicũt, nolentes cognoscere ueritatem, quomodo quæso ueniam consequentur.

Quomodo lumen lucernæ ad solis radios obscurar̃, & uelut alia quędam cęca materies contenebrescit: sic licet fulgeat iustorum omnium lumen ante homines, non tamen fulget ante Christum. Luceat lumen uestrum, nõ simpliciter dictum est, sed luceat ante homines. Ante Christum non potest lumen fulgere iustorum. Vt splendor lunæ, & micantia cœli sydera, priusquam sol oriatur, in stationibus suis rutilant, orto uerò sole absconduntur: Sic lumen ecclesiæ, ut lumẽ lunæ, priusquam oriatur lumen illud uerum solis iustitię, resplendet & clarum ante homines, quum autem Christus uenerit ante eum, contenebrescet.

Vidisti quomodo lumen quum apparuerit, dispellit tenebras? Ita & uirtus si conspicua fuerit, & malitiam effugat, & erroris tenebras abigit, mentemq; uidentium excitat ad Deum glorificandum.

Sicut enim si uideamus aliquem uix posse scintillam luminis, aut breuissimæ lucernæ lumen aspicere: & eum cuius acies oculorum plus de lumine capere, quã suprà diximus, non ualet, si uelimus de claritate ac splendore solis edocere, nõnne oportebit nos ei dicere, quia omni hoc lumine quod uides, ineffabiliter & inæstimabiliter melior ac præstantior est solis splendor? Ita mens nostra cũ intra carnis

B & sanguinis claustra cõcluditur & pro tali materiæ participatiõe hebetior atq; obtusior redditur, licet pro comparatione naturæ corporeæ longè præcellens habeatur, tamen quum ad incorporea nititur, atq; eorum intẽtionem rimatur, tunc scintillæ alicuius lucernæ uix obtinet locũ. Quid autem in omnibus intellectualibus, id est, incorporeis, tam præstans omnibus, tam ineffabiliter & inæstimabiliter pręcellens est quàm Deus? Cuius utiq; naturam humanæ mẽtis intendi atq; intueri, quamuis purissima mens ac lympidissima, nõ potest.

Sicut deficiente lumine lucernæ, paulatim minuitur lumen: Sic cœlestium luminum deficiẽte nutrimine, sol obscurabitur, iam non habens super se uenientia spiramenta ab eis. Maiore autem luminari hæc patiente, multo magis & luna nec ipsum poterit exhibere splendorem igneum illum, & secundum defectiones suas apparentem.

Luna quum uideatur una esse per substantiæ immutationem, tamen semper à semetipsa alia est semperq; diuersa, & sic etiam in ipsa constat quòd una multæ sint: Sic ergo & nos, qui adhuc insipientes sumus & imperfecti, quia semper mutamus sententias, & semper diuersa cupimus & sentimus, unus nõ possumus dici.

Sicut luna de sole dicitur percipere lumen, ut per ipsam etiam nox possit illuminari: Ita & ecclesia suscepto lumine Christi, illuminat omnes qui in ignorantię nocte uersantur. Si uerò quis in hoc proficiat, ut iam filius Dei efficiatur, sic ut in die honestè ambulet, quasi filius Dei & filius lucis, hic ab ipso Christo illuminatur, sicut dies à sole.

Quemadmodum lana quosdam colores secum ducit, quosdam nisi sæpius macerata & recocta, non perbibit: Sic alias disciplinas ingenia cùm accepere, protinus præstant: hæc nisi altè descendit & diu sedit, animum non colorauit, sed infecit, nihil ex his quæ promiserat, præstat.

C Gratulandum quum lupi, bestiæ, de ecclesia separātur, ne columbas, ne oues Christi sæua sua & uenenata contagione prædentur. Cohærere & coniũgi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cũ serenitate, pugna cum pace, cum fœcunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas: nemo putet bonos posse de ecclesia discedere. Triticum non rapit uentus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit. Inanes paleæ tempestate iactantur, inualidæ arbores turbinis incursione euertuntur.

Luporum catuli, etsi præ ætatis imbecillitate nondum ouiculas prædentur, lupi tamen sunt, & lupinum ingenium gestant: Ita homines natura corrupti peccatores sunt, etiãsi externũ peccati factũ nondũ cõspicuè in oculos hominũ incurrat.

Si uideres aliquem à ianua reijcere lutum, deinde uideres contra se iacere acsta re, & omnia capite assumere, nõ solùm non misereris, sed etiam indignareris, & diceres illum iustè passum esse. Et ne stultus sis, omnes ad illum loquerentur. Nunc autem uides quòd diaboli est diuitiarum cupiditas, uides quòd innumera mala affert, uides illũ sicuti luti aceruos facere cogitationes fœdas, et nudo capite accipiens immunditiam illius non intelligis: parum declinare oportebat, & ab affectione liberari: quemadmodum si ille locum declinans liberetur: Sic & tu accipe tales rationes, & fugias peccatum, & repellas concupiscentiam.

Sicut materiam luti sol iste uisibilis stringit & indurat: Ita sol iustitię his ijsdem radijs quibus illuminat populum Israël, Pharaonis cor cui inerant luteæ cogitationes, prò ipsis motuum suorum qualitatibus indurabat.

Lux quæ ab alia effulget, ipsa affert opinor, exteris agnitionẽ fulgurantis substantiæ, implicitam sensibus, semper per oculos, uel alio modo applicando se familiariter corporibus. Hæc quid est secundum naturam? Nónne promicans & effulD gurans eius radix & origo? Verùm sermo sit ordinatior, sumpta in exemplum solis & radij ex eo promanantis natura: quid enim secundum naturam est ille splendor qui ex eo progreditur, declarant. Nunquid solis natura uerè diuisionem, hoc est, sectionem, & defluxum, & passionem quandam inexplicabilem perfert, quũ effundit & substantialiter ex se lumen emittit? sed est quidem perfectè in ipso, licet emanet, habet quoq; iterum in se propriũ lumen, quod non eradicatur dum diffunditur, & uidetur quodammodo iam per hoc & in propriam diuersitatem currere. Vbi enim ratio solem seorsim separauerit, imaginatur quis illum esse per se secundum substantiam. Lumen autem quod in ipso, & ex ipso promanat, propriũ quidem esse eius, ueruntamen in diuersitatem indiuisibilem, quę nudis & solis cogitationibus concipitur, bene dispensat. Propterea opinor, nullum cordatum, uel sapientem dubitaturum ridiculum esse, si quis ob processionem ex ipso sole ad externa, solis originem esse antiquiorem, uirtutem uerò luciformis efficaciæ, quæ in illo est, aliquantulo posteriorem. Idem sanè esset dicere solem non esse, uel non habere coëxistens. id per quod intelligitur hoc quod est. Itaq; hanc sensibilium exemplorum uim rectè ut figuram quandam si in attentissimis cogitationibus acceperis, diuinam natiuitatem non corrumpes, nec sectiones & defluxus, & passionem insipienter admittes. Natiuitas enim summæ omnium substantiæ, passionum expers est, & etiam substantialis prolis existentia, & libera est à sectione, & concurrit cum gignente, nec deuitari potest quin simul intelligatur & incedat simul. Sapiẽs enim Ioannes testimonium perhibuit filio, quòd temporali initio careat, dicens, In principio erat uerbum: & iterum, Qui est, qui erat, qui uenturus est.

Et ut lux esse sine igne non potest: Sic uita sine luce.

Quemadmodum noctu lux exiguè lucens, maiorem claritatem ostentat eo, qui pariter interdiu apparet, propterea quòd noctu profunda obscuritas circumfusa eius auget splendorem: interdiu uerò quasi certamine tenui ac debilissimæ lu

ci eum

A deum ualētissimo solis fulgore suscepto obscurari magis minorem claritatē oportet: Sic etiam tenuis notæ bonum, si per contentionem cum malis examinari contingat, fit ut optimum, maximū, excellentissimūq; esse uideatur. Quemadmodū tenebris profundis parua aliqua scintilla, aut obscurissima nocte minima lux splendorē latè ostendat, at si ei cum suis similib. bonis cursum contentionēq; proponas, tunc optimè despicies id quod uerè est optimum, quum si aliter feceris, ordinem prorsus perturbes atq; confundas.

Illibabilis est tanquam lux & claritas solis, quia ut sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani.

Lux mundi sunt etiam Apostolici doctores, quia sapienter & fideliter tractando & retractando sacram legis & prophetarum scripturam, quicquid in ea quasi carnaliter sonat, ita sermone uiuido condunt, ut spiritualiter sapiat, & quod erat clausum, patescat: quod obscurum & tenebrosum uidebatur, lucidum & clarum fiat. Quàm magna & ampla ciuitas, quam is quē cœlū & cœli cœlorum capere nequeūt, inhabitat: qui in mōte nisi in altitudine cœli, iuxta illud, Cōuersatio nostra in cœlis est, non potest abscondi, non patitur ratio consilij diuini ut abscondatur & incognita sit, quæ ad hoc ædificata est, ad hoc mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, ut omnes qui inter aduersarios periclitantur, inter Iudæos, hæreticos, pro fide agonizantur, recurrere sciant ad ciuitatem istam, & in ea communiri, de ea sumptis suis armari, ut habeant unde animam, pro qua illis res est, defendere possint.

Si lux ista uisibilis, nullis immunditijs, quibus superfusa fuerit, uiolatur, nec radiorum solis nitore, quem corpoream creaturam esse non dubium est, loca ulla sordentia uel cœnosa contaminantur: quid illius sempiternæ & incorporeæ lu-

B cis essentiam potius qualibet sui qualitate polluere, quæ se ei, quam ad imaginem suam condidit, sociando creaturæ, purificationem prēstitit, maculam non recepit, & sic sanauit uulnera iniquitatis, ut nulla pateretur damna uirtutis.

Quemadmodum lux sensibilis præcepto domini producta, & tenebræ illæ uisibiles absconditę: Sic & lux mentalis tenebras errorum effugauit, & ad ueritatem errabundos manu duxit.

Quemadmodum lux quantumuis hominum multitudinem illuminaret, nihil splendoris remitteret: Itidem Deus & antequam mundum condidit, & postquam conderet, idem perfectus atq; integer permanet, nihil tanto & admirabili opificio minor, nihil imbellior.

Attende candorem lucis: in cœlo est, & expandit candorem per terras omnes, per maria omnia, & utiq; corporalis lux est: si separas candorem solis à sole, separa uerbum à patre. De sole loquor, lucernę una flammula tenuis, quæ uno flatu possit extingui, spargit lucem suam super cuncta quæ subiacent: uides lucem sparsam à flammula generatam: emissionem uides, separationem non uides. Intelligite fratres, sic trinitatem, patrem, filium, spiritum sanctum sibi cohærere, & omnia opera unius Dei esse: hæc esse patris, hæc filij, hæc esse spiritus sancti.

Quemadmodum si quis lucis huius lychniæo & aquam inspergeret & puluerem, etsi nihil horum inspergeret, sed oleum duntaxat eximeret, lucem extinguere: Ita habet & donū spiritus: siue nanque res terrenas, & rerum fluxarum curas inspersseris, extingues spiritū, siue etiāsi tu nihil tale feceris, aliunde tamen tentationis uehemens impulsus, instar cuiusdā uenti irruerit, & flamma ualida nō fuerit, aut parum olei habuerit, aut foramen non obturaueris, uel ostium non occluseris, omnia peribunt.

Quemadmodum lucis radij habitum inter se iuxta naturam habent indiuisibilem, & nec à luce segregantur, aut inuicem abscinduntur, sed ad nos usq; gratiam

C luminis mittũt: Eodem etiam modo saluator noster, & spiritus sanctus genuinus
patris radius, ad nos usq; ueritatis lumen subministrat patriq; communicat.

Quemadmodũ sine mixtura lucis nihil splendidum est, nihil atrum nisi quod
tenebras habet, aut aliquid in se traxit obscuri: quemadmodũ sine adiutorio ignis
nihil calidum est, nihil sine aëre frigidum: Ita honesta & turpia, uirtutis & mali-
tiæ societas efficit.

Sicut luxuriosus à perfruenda uoluptate passionis impeditur, quum qui ualde
lasciui muliebresq; sunt, eos ueluti mancipia mulieres contemnant, nec ipsis un-
quam uiris uti dignantur, sed cædentes atq; despuentes, huc atq; illuc circundu-
centes, ac omnia imperantes, solummodo irrident atq; illudunt: Sic eo qui pluri-
mum sibi arrogat, & inanis cupiditate gloriæ furit, ac magnum quendam atque
sublimem seipsum arbitratur, nihil profectò deiectius: quum enim genus huma-
num contentiosum sit, nullum magis oppugnat, quàm elatos, arrogantes, ac ina-
nis gloriæ seruos.

Quemadmodum copiosa lympha contegens maria, hoc est, inundans & su-
perbulliens, in omnem hinc inde locum effunditur: Cõsimili ratione cognitio do-
mini exuberabit, & super omnes fundetur.

Verùm tu quod natura lynces insitum habent, ne post tergum respiciẽtes me-
minerint priorum, & mens perdat quod oculi uidere desierint: Ita nostræ es ne-
cessitudinis penitus oblitus, ut illam epistolam, quam in corde Christianorum scri
ptam Apostolus refert, nõ parua litura, sed imis, ut aiunt, ceris eraseris. Et illæ qui
dem, quas diximus, feræ, sub frondente captantes arboris ramo fugaces capreas,
aut timidum ceruos animal comprehendunt, currentemq; frustrà prædam, dum
hostem suũ secum uehit, rabido desuper ore dilaniant: & tam diu meminere præ-
D dandi, quàm diu uenter uacuus siccum famæ guttur exasperat. Vbi uerò sangui-
ne pasta feritas uiscera distenta compleuerit, cum saturitate succedit obliuio, tam
diu nescitura quid capiat, donec memoriã reuocauerit ẽsuries: tu necdũ satiatus ẽ
nobis, cur finem iungis exordio? Qur amittis antequam teneas? Nisi fortè negli
gentiæ semper excusatione socia, afferas te non habuisse quod scriberes, quũ hoc
ipsum debueris scribere, te non habuisse quod scriberes.

M.


MAGNANIMOS nos natura produxit, & ut quibusdam animalibus
ferreum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pauidum: Ita no-
bis gloriosum & excelsum spiritum, quærentem ubi honestissimè,
non ubi tutissimè uiuat, simillimum mundo, quem, quantum morta
libus passibus licet, sequitur æmulaturq;.

Si magnetis lapis tantam naturæ uim habet ut ferrum ad se trahat, & transfun
dat se in illius speciem, ita ut plerisq; experiri uolentibus, quum plures annulos fer
reos ad eum lapidem admouerint, omnes pari teneat modo: deinde si ei annulo
cui adhæserit lapis, alium admoueas annulum, & rursus per ordinẽ singulis sub-
stituas, licet in omnes penetret per ordinem ex illo lapide uis naturæ, tamen prio-
res nexu uehementiore constringit, posteriores remissiore: Quanto magis huma-
ni generis conditio atq; natura ex puriore statu in deteriorem lapsa est, quando nẽ
quiorem attigit? Nam si per eas species minuitur natura, quæ non sunt culpæ ca-
paces: quãto magis per animos atq; artus labe pollutos scelerũ uirtus eius hebetat?

De curatione infidelium Græcorum ser. 5. de natura hominis, lapidis quem
magnetem uocant, eam esse uim constat, ut omnem aliam materiam quietam es-
se, immotamq; dimittat: ferrum uerò duntaxat ad sese trahat, nonnunquam uerò
altè à se sublatum quasi ostẽtet, tametsi nullis id ipsum rebus ab inferiori loco suf-
fulciatur, nec supernè aliquo nexu uisibili colligetur, sed eius lapidis incubãte uir-
tute,

a tute, occulta nobis ratione suspensum sit. Tale uerò quippiã & diuinis scripturis, & in uerbis quæ de Deo fiunt, solet contingere, ut facilè is cognoscet, qui diligenter aduertet: plurimi enim, imò, ut ita dicam, cũcti ferè mortales aurem illis accommodant: soli uerò capiuntur, qui alumni sunt fidei, quum tamẽ ab inferiori loco nullius terrenæ felicitatis solatio teneantur, neq; quicquam appareat unde à superiori loco uincti dependeant, sed ad occultas duntaxat rerum spes, mentem animumq; accommodent.

Proprium est magnitudinis ueræ, non se sentire percussam: Sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit. Sic irritus ingenti scopulo fluctus assultat. Qui non irascitur, inconcussus in iniuria perstitit: qui irascitur, motus est.

Interior ergo magister est qui docet, Christus docet, inspiratio ipsius docet. Vbi illius inspiratio & illius unctio non est, forinsecus inaniter perstrepũt uerba: Sic sunt ista uerba, fratres, quæ forinsecus dicimus, quomodo est agricola ad arborem: Forinsecus operatur, adhibet aquam, & diligentiam culturæ quamlibet forinsecus adhibet, nunquid poma format? Nunquid nuditatem lignorum uestit umbra foliorum? Nunquid tale aliquid intrinsecus agit? Sed quis agit hoc? Audite agricolam Apostolum, & uidete quid sumus, & audite magistrum interiorem. Ego plantaui, apollo rigauit, sed Deus incrementũ dedit. Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hoc ergo uobis dicimus, siue plantemus, siue rigemus loquendo, non sumus aliquid, sed ille qui incremẽtum dat Deus, id est, auditio illius quæ docet nos de omnibus. Nos qui forinsecus loquimur ad aures nostras, ita sumus quasi operarij adhibentes culturam forinsecus ad arborem, sed incrementum dare non possumus, nec fructus formare. Ille autem qui nos creauit & redemit, & uocauit per fidem, & per spiritum suum habi-

b tans in nobis, nisi loquatur nobis intus, sine causa nos perstrepimus.

Si magister discipulum se sequi præcipiens, quocunq; duxerit, quum deinde præoccupantem eum, & ex se omnia discere uolentem intueretur, errare eum permitteret, & sibi ipsum ad doctrinam non suffecturum ostendens, tunc præcepta sua induceret: Itidem Deus præcipit, ut principio per creaturæ comprehensionem se homines sequerentur: quod quum nollent, experientia sibi eos non satis esse ostendens, tunc ad se aliter allexit, dedit pro libro mundum: nõ tamen in hoc Philosophi curam ullam adhibuerunt, neq; ei obtemperare uoluerunt, neq; quam prę ceperat uiam ingredi passi sunt. Idcirco alteram induxit priore certiorem, quæ sua debat, non satis sibi per seipsum hominem esse. Tunc enim cogitationes excitare, & per creaturam erectos animos exteriori uti sapientia oportuit: nunc autem nisi quis stultus efficiatur, hoc est, nisi omnem ratiocinationem, & omnem euacuet sapientiam, & fidei totus inhæreat, impossibile est quempiam saluari. Non paruum igitur, ex quo uiam facilem reddidit, morbum inde diuulsit, ne scilicet homo gloriaretur, ne ue magnam de se opinionem excitaret.

Vt is qui in sole magistrum alloquitur, non magnopere curat intueri umbrã manuum ipsius motum consequentem, totiusq; formæ lineamenta imitantem, sed totus ex ore præceptoris pendet: Ita & uirgo nihil penitus lineamenta corporea, formosa illa sint an informia, curans, sed illa & quæ illorum sunt, irridens, & ad præceptorem sponsumq; suum tota intentione conuersa, hunc semper in luce candidissima per uitæ conuersationem alloquitur, solicita quippe est quomodo placeat domino: placet autẽ, si se illi talem iugiter offerat, qualẽ ipse fingere uoluit.

Quemadmodum magistri ludi pueris, qui à matribus suis commẽdantur eru diendi, prima tradunt elementa, quos qui ab illis postea suscipiunt, sublimioribus & perfectioribus doctrinis imbuunt: Ita & beatus Moses, & doctor gentium, ac filius tonitrui fecerunt: nam Moses quidem quum primus omnium instituendam susce-

C susceptisset humanam naturam, docuit auditores prima elementa. Ioannes autem & Paulus, his quæ à Mose acceperant, postea perfectiora tradiderunt.

Quemadmodum magistri alicuius præsentia puerorũ tumultum sedat: Sic ieiunium ciuitatis turbationem frenat.

Quemadmodum magistri, etsi multos habeant discipulos, unicuiq; tamen artem tradunt: Sic & tu multos tibi beneficio tuo obnoxios reddito, & omnes dicẽt quòd huius paupertatem leuasti, & illum periculis: & ille perijsset, nisi diuina gratia, & tua opera fretus esset. Et hunc morbo, illum calumnia liberasti, peregrinum hospitio accepisti, alium nudum uestisti. Innumeris diuitijs & thesauris hæc uerba meliora sunt, quæ longè magis quàm uestes, quàm equi, quàm mancipia, omnes in se conuertunt. Illa quidem & grauem se uideri faciunt, & tanquam communem inimicum odio haberi.

Sicut apud magistros literarum uidemus, quorum alius puerulum de gremio matris acceptum, & ignarum omnium, atq; incapacem maiorum, primis tantummodo imbuit elementis: quem rursus alius magister accipiens, perfectioribus instituit disciplinis: Ita & Moses ignaram omnium & rudem hominum naturam, &, ut ita dicam, nuper à lacte depulsam, prima diuinæ cognitionis edocet elementa. Ioannes uerò & Paulus uelut à Mose iam quæ prima sunt imbutos homines, ad excelsiora & perfectiora deducunt, non ut quæq; prima sunt destruentes, sed tanq; fundamẽto cõpetenter posito, superponentes totius ædificij celsa fastigia.

Si Magistratus in theatris, mimis, & athletis, & gladiatoribus, aliisq; huiusmo di generibus hominum totum penè patrimonium suum largitur ac prodigit, ut unius horæ fauorem uulgi acquirat, nihil sibi ulterius profuturum: Tu dubitas & cunctaris munificus esse in huiusmodi largitionib. in quibus iudex residet Deus,

D fauentium & acclamantium uulgus est angeli. Vbi omnes qui à seculo fuerunt sancti, laudatores & prædicatores tui sunt, ubi laus & fauor non simul cũ die cessat, sed cum seculis permanet. Vide Ambros. in sermone 81.

Legimus aliquando multos Magistratum aut uitasse, aut susceptũ deposuisse, quòd non placeret collega. Ea cura si prudentiæ laudem habet in functione muneris ad summum annui: Quanto magis idem facere conuenit in deligenda collega muneris œconomici, quod ad finem usq; uitæ tibi gerendum, nec fas est semel admissam collegam mutare? Minor quidem est prouincia domus, quàm reipublicæ: sed hæc habet tibi charissima pignora. Paucorum est cura, sed quibus posthabenda sunt omnia. Iam quis est qui non optat liberos prospera ualetudine proba&q; indole preditos? Si nihil aliud, certè in hoc erat deligenda coniunx, nisi forte nihil referre putamus, unde nascantũ homines, quibus modis enutriantur, quibus institutis & exemplis imbuantur, formentur, & educentũ à teneris annis. Ad conuiuium uocati excusamus, si sit inter cõuiuas futurus, cuius mores displiceãt: neq; cum quibuslibet eadem naui aut curru uehi sustinemus: Et in asciscẽda uxore nullus adhibetur delectus, sed ferè clanculum seu furtim potius inter uix puberes, inter bene potos, per lenones ac lenas coit matrimoniũ, idq; inter Christianos, quum ne gentium quidem leges agnoscant tale coniugium. Hinc nimirum inter nos tot pœnitenda matrimonia, tot male cohęrentia, dum uterq; lupum, ut aiunt, auribus tenet, quem nec retinere nec amittere potest; hinc infelicia diuortia, hinc unius sponsi decem interdum sponsæ.

Quum maleficus quispiã condemnatur, quòd filiũ regis aut principis iugulauerit, & tu interim uelut innocens securè cãtares ac luderes, donec terrificè coprehensus cõuincereris, quòd homicidiũ subornasses: ibi reuera tibi latissimus terrarũ orbis in angustũ contrahi deberet, presertim si conscientiæ quoq; testimoniũ te destitueret. Ita longè pauidior fieri debes, cũ Christi passionẽ animo recenses.

Mirum

A Mirum scilicet ut malum uires suas habeat, nisi quòd hæreses apud eos multũ ualent, qui in fide non ualent. In pugna pugilum & gladiatorum, plerunq; non quia fortis est, uincit quis, aut quia non potest uinci, sed quoniam ille qui uictus est, nullis uiribus fuit: adeò idem ille uictor bene ualenti postea comparatus, etiam superatus recedit. Non aliter hæreses de quorundam infirmitatibus habent quod ualent, nihil ualentes si in bene ualentem fidem incurrant. Solent quidem isti mo riones etiam de quibusdam personis ab hęresi captis ædificari in ruinam. Quare il la uel ille fidelissimi & prudentissimi, & usitatissimi in ecclesia, in illam partem transierunt? Quis hoc dicens, non ipse sibi respondit, neq; prudentes neq; fideles, neq; usitatos æstimandos, quos hæreses potuerint demutare? Et hoc mirum, opinor, ut probatus aliquis retro, postea excidat? Saul bonus præ cæteris, liuore postea euertitur: Dauid uir bonus secũdum cor domini, postea cædis & stupri reus est. Salomon omni gratia & sapientia donatus à domino, ad idolatriam à mulieribus inducitur: soli enim Dei filio seruabatur sine delicto permanere. Quid ergo si episcopus, si diaconus, si uidua, si uirgo, si doctor, si etiam martyr lapsus à regula fuerit: ideo hæreses ueritatẽ uidebuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas? nemo sapiens est, nemo fidelis, nemo maior nisi Christianus: nemo autem Christianus, nisi qui ad finem usq; perseuerauerit. Tu ut homo extrinsecus unumquemq; nosti, putas quod uides: uides autem quousq; oculos habes, sed oculi, inquit, domini alti. Homo in faciem, Deus in præcordia contempla tur: & ideo cognoscit dominus qui sunt eius: & plantam quam non plantauit, era dicat: et de primis nouissimos ostendit, & uentilabrum in manu portat ad purgan dam aream suam. Auolent quantum uolunt paleæ leuis fidei, quocunq; afflatu tentationum, eo purior massa frumenti in horrea domini reponetur. Nónne ab

B ipso domino quidam discentium scandalizati deuerterunt? nec tamen propterea cæteri quoq; discedendum à uestigijs eius putauerunt: sed qui scierunt illum uitæ esse uerbum, & à Deo uenisse, perseuerarunt in comitatu eius usq; ad finem, cùm illis, si uellent, & ipsis discedere placidè obtulisset. Minus est si & Apostolum eius, aliqui Phygelus, & Hermogenes, & Phyletus, & Hymenæus reliquerunt: ipse tra ditor Christi de Apostolis fuit. Miramur de ecclesijs eius, si à quibusdam deseruntur, cũ ea nos ostendunt Christianos, quæ patimur ad exemplũ ipsius Christi.

Nihil est malum nisi boni priuatio, sicut & tenebræ, luminis est carentia, bonũ enim lumẽ est intelligibile, simul & tenebræ intellectuales sunt malum. Quod hominibus est mors, hoc angelis est lapsus: post lapsum non est illis pœnitentiæ locus, ut neq; post mortem hominibus.

Sicut malitia & uiuentes & mortuos affligit & torquet: Ita uirtus ante cœlestis regni participationem sectatores suos & spe bona, & incredibili fouet uoluptate.

Sunt mala in quibus homines non audent opem polliceri, ueluti sunt morbi, in quibus medicus dicit, malum est immedicabile, non admoueo manum. Sunt uulnera quibus chirurgi nolunt admouere manus. Sunt infeliceter apud Turcas captiui quibus nec pontifex, nec Cęsar potest opitulari: sed nullum est mali genus unde non eripiat ille, qui suscitat etiam mortuos, qui potest & ab inferis reuocare iam olim sepultorum animas.

Primus gradus est abijcere mala: Sic medici primùm corpus inaniunt, ut pòst inferant succos meliores: Euome & tu peccator ex animo tuo prauas cupiditates, quæ militant aduersus Deum, libidinem, auaritiam, luxum, arrogantiam, iracundiam. Quum persistens in peccatis implorat Dei misericordiam, nónne perinde facit qui hostes armatus gladium & clypeum tenens petat pacem?

Omniũ animos mala aliena ac repentina solicitant: quemadmodũ aues etiã inanis furidę sonus territat: Ita nos non ad ictũ tantùm exagitamur, sed ad crepitũ.

C Non polluunt mali bonos, in eodem agro, in eadem area, in eisdem pascuis, in eisdem retibus constituti, quia non eis cõmunicant boni, sed altari & sacramentis Dei. Communicant autem malis, qui consentiunt malis factorũ. Scriptũ est enim: Non solùm qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus.

Sicut mali consuetudine familiaribus suis multũ nocent, quemadmodum Paulus inquit: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Sic & bonorum familiaritas appropinquantibus illis maxima commoda affert.

Sicut mamilla nutricis cum omne suũ impleuerit officium, & puerum ad mensurã firmioris ætatis adduxerit, inutilis iam uidet: & parentes qui prius necessariã esse filio eius iudicabãt mamillã, mille iam postea irrisionibus prosequunt. Pleriq; autem eam nõ solùm uerbis horribilem faciunt, sed etiam amaris quibusdam herbarum succis obliniunt, ut cum sermone nequiuerint importunũ iam circa illam desiderium pueri cõpescere, ipsis saltem illud rebus extinguant: sed etiã Christus à malo illam esse dixit, non ut ostenderet à diabolo ueterem esse legem, sed ut etiã uehementius ab antiqua eos uilitate reuocaret: & Iudæis quidem ista dicebat, utpote insensatis, & in eadem impietate durantibus, uelut quadam amaritudine, ita captiuitatis timore eorum circumliniens ciuitatem, eamq; quasi inuiam solitudinem faciens. Quia uerò ne hoc quidem illos ab ea poterat arcere, sed rursus illam uidere cupiebant, sicut ad mamillam pueri recurrentes, perfectè illam occuluit destruendo, et plurimos eorum in longinqua dispersit, sicut pleriq; abductos à matribus uitulos includunt, ut eis tempore ipso persuadeant à solito nutrimento lactis arceri. Si uerò diaboli esset testamentum uetus, nequaquã coli simulacra uetuisset, ex aduerso aũt eiusmodi cultum etiã præcepisset: hoc enim diabolus fieri nolebat.

Vt non est attendenduum ad opera seu acta referentis imperialia mandata: Ita
D nec priuatorum, sed tantùm summi regis attendenda iussio.

Sicut fidele mancipium cũ seruum fuga lapsum nonnullis etiam cõmuni domino preciosis ablatis omni animositate contra eius retentores insistet, nec antè delinquit, nisi eum præsentauerit domino: Sic & mare conseruum agnitum (Ionam scilicet) non alieno patrocinio, nullius postulato subsidio, sed propria uirtute commotum, ut sibi redderetur exposcit.

Mãna habet omne delectamentũ & omnis saporis suauitatẽ: Et diuinus sermo omnibus congruens, qualitati audientiũ condescendit, quem dum electus quisq; utiliter iuxta modũ suũ intelligit, quasi acceptũ mãna in uoluntariũ saporẽ uertit.

Mansuetudo pectora nostra magis quàm uehemens austeritas extimulat, & plaga ferit maiore: quemadmodũ eñ percutiẽs obdurata corda, nõ tam facilè sentire facit, ut si eadẽ prius mollia faciat ac tenera: Ita & hoc loco, Petrus Act. 2. prius oportebat mollire, & tunc pungere: mollit aũt non furor, neq; accusatio uehemẽs, neq; cõuitia, sed mãsuetudo: nam ille quidẽ iracũdus auget morbũ: hic autem qui mitis est, imminuit. Atq; ita si uolueris quempiã qui iniustè egit corripere, magna cum mansuetudine illum alloquere.

Quemadmodum si manus fuerit à corpore diuulsa, spiritus ex cerebro descendens, atq; in illam sese effundere quærens, si non inuenerit in corpore, extra illud utiq; nec exilit, nec perforato illo ad manum auulsam egreditur, sed quam in corpore positam non inuenit, non contingit etiam: Ita & hic, nisi charitate colligati fuerimus, spiritus subministrationem non capiemus.

Quo nitidiores manus, eò grauius quoq; minor in eis næuus offendit: & sicut preciosam uestem exigua quæuis macula turpius decolorat: Ita à nobis multò maior iustitia exigitur, cum in aliis næuus, in nobis grauis macula.

Vt intentam manum deiicere aliquis casus potest, & emissa tela declinare: Ita iniurias qualescunq; potest aliqua res depellere, & in medio intercipere.

Licet

A Licet quis margaritam in luto conculcet, nihilominus illius demonstrat pulchritudinem: Sic uirtus, & quocunq; eam proieceris, suã declarat uirtutem, etiam in seruitute, etiam in carcere, etiam in afflictione, etiam in prosperitate.

Sicut qui mare nauigarunt, & innumeras procellas tulerunt, multasq; hyemes perpessi sunt, & cum multis bestijs certarunt, antequam merces referunt, non paruum peregrinationis suæ lucrum reportant, eò quòd aliquanto fidentiores sunt, ac pelagi sæuitiam minus horrent: nanq; intrepidè, & uoluptate quadam transmarinas peregrinationes aggrediuntur: Ita & qui in præsenti uita propter Christum multas fert afflictiones, multaq; grauia patitur, etiam anteaquam regni cœlorum magnã illam retributionem assequatur, magna hic potitur fiducia, animámq; suam ita excelsam efficit, ut posthac grauia omnia quasi è sublimi derideat.

Quemadmodum mare sese tollente, & fluctibus undiq; ad summum eleuantibus, sub procella scapha inundatur: Sic & anima undiq; mœrore circundata, uelocius demergitur, ni quempiam dantem habuerit manus: & quæ salutaris in peccatis est mœstitia, exitialis immoderata fit.

Sicut mare aduersis excitatur procellis, insilit, & tempestatem nauigantibus facit: Ita & seculum perfidorum conspiratione commotum perturbat fidelium mentes, & tanta peruersitate agit inimicus, ut quod prius euitandum sit, ignoretur. Si enim potestas desinit esse aduersum nos, priuatorum mentes exagitat: si & hi cõpescantur, per domesticos conflat incendium. Et si hoc positum fuerit, arte sua inter ipsos germanos facit discordia, ut quatuor angulis pulsata domus, ex aliqua parte faciat ruinam, propter quod uno consilio fugiendum est hinc Christianis.

Si hi qui magnum mare littorali parant nauigatione transmittere, altioris cõpendium cursus, itidem ut nos fiduciæ infirmitatem, uitantes, agrum & urbes lit-
B tore deductas, capti locorum decore frequenter inuisunt: Quanto magis nos in tanto non elementorum, sed gestorum cœlestium siti profundo, uiciniores legere portus, & frequentes amare debemus excursus, ne quis longæ nauigationis tędio fatigatus, fastidio uomitum tenere non possit.

Quemadmodũ hi qui mare nauigant, solis æstũ libẽter perferũt: Sic illi quibus odio sunt uitia, reprehensionẽ diligũt: ille enim uẽtis aduersaf, hęc uerò affectibus.

Sicut mare cũ insanit, sedatur: Ita & natura commota metu Dei refrenatur.

Quod ut manifestius fiat, imperfectum licet & non implens similitudinem, tamen per quod possit intelligi quod dicitur, sumamus exemplum. Mare certè immensum est, & capacitas eius soli Deo nota: ex hoc si quis uelit multis hominibus, secundum id quod gestare queunt, tradere, necesse est ut ad mensuram unicuique tribuat, & partes eius mensuram recipiant, cuius solidum immensurabile est: Ita & spiritus sanctus immensus quidem est, & nullo fine cõduditur, tamen unicuiq; datur secundum quod expedit.

Sicut mare feruens quiescere non potest, sed redundant fluctus eius, & reuoluuntur ad littora, atq; iterum resorbentur, & in se fracti lutum efficiunt, quod pedibus conculcatur: Sic impij æternæ conculcationi subiacebunt, quorum nullum est gaudium, & qui nulla pace requiescunt, in eo quòd impij perseuerent.

Quemadmodum in imo maris fundo positi solem uidere nequiremus propter instar densæ cuiusdam materiæ incumbentem desuper aquæ copiam & molem: Ita & in oculis mentis fit cęcitas cordis, quando animum nullus concutit metus.

Sicut maris fluctus neq; numerari neq; terminari queunt, semper nouis succrescentibus: Ita & turbationes eorum qui in uestibus luxuriant, nemo dinumerarit.

Sicut in tempestate maris magnus est tumultus, magnus clamor: & nec ad tempus potest quis philosophari: Sic neq; in ira: sed si quid philosophicum uel dicendum uel faciendum, oportet prius in portu esse. Non uides quomodò quando

C uoluerimus de aliquibus necessarijs loqui, locos à turbatione mūdos obseruamus, ibi tranquillitas, ibi silentium, ut ne expellamur: Si autem qui foris est tumultus impedit, multo magis interna turbatio.

Velut emenso iam mari magno, iam littus cernimus, & intentionis nostræ uela deponentes, non eodem quo prius impetu ducimur, sed tantùm adhuc ex impulsione pristini flatus imus: Quasi anxietatis nostræ uentus cecidit, sed tamen eius uis iam se ipsa tranquillior usq; ad stationem nos littoris impellit.

Sicut deprehensi mari Syrtico, modò in sicco relinquūtur, modò torrēte unda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia & amore cæco rei: nam mala pro bonis petēti periculosum est assequi. Vt feras cū labore periculoq; uenamur, & captarum quoq; solicita possessio est, sæpe enim laniant dominos: Ita habentis magnæ uoluptates in magnū malum euasere, captæq; cepere: quæ quo plures maioresq;, eo ille minor ac plurium seruus est, quem felicem uulgus appellat.

Qui uitam agunt in mari, in ipsum profundum sese demittunt, ac preciosos lapillos his qui uersantur in terra, deferunt: Nos uerò diuinarum scripturarum mare scrutantes, in ipsum spiritualis sapientiæ profundum, quantum quidem in nobis est, decurramus, & uobis adferamus thesaurum bonum melius ornantem animas, quàm ornant regum capita è gemmis contextæ coronę: nam harum quidem pulchritudo simul cum ipsa uita marcescit. Cæterùm qui doctrina spiritus coronat animam, quum hic interim cum omni mentis securitate uitæ tempus exigit, tum post huius uitæ finem cum fiducia accedit ad tribunal Christi, plenus uirtute, & ab omni uitio purus.

Sicut assidua est in mari tempestas: Sic in isto mundo persequutio Satanæ, ubi nunquam tranquillitas est, sed ascendentibus undis, id est, tentationibus impellentibus & impulsis, inuicem se percutiunt aquæ, & inuicem se frangūt & confrinD guntur, & inuicem se cōfringentes quendā irrationabilem sonū dant: Sic seipsos homines occasionibus huius mundi ex ipso mundo nascentibus, quasi undis, se inuicem comedunt & impugnant, & ex se quasi insanas uoces pelagi demittunt.

Quemadmodum si cuipiam eorum qui iactantur in mari, & portum percontantur, alter non portum, sed aliam pelagi partem turbulentiorem ostenderet, & cum gratia persuadere posset, ut eò se sequeretur: Et medicus quum saucium hominem, & qui medicinam exposceret, non per medicinam, sed per ustionem rursum sanum reddere polliceretur, id ad habendam fidem alliceret, magnæ profectò uirtutis esset: Itidem Apostoli non per signum, sed per id quod signis contrarium esse uidebatur, uicerunt. Quod & in cæco operatus est Christus, quem quum sanare uellet, per rem oculis contrariam cæcitate liberauit, quippe qui lutum oculis imposuit. Vt igitur per lutum cæcum curauit, orbem terrarum per crucem ad se allexit, quod scandali incrementum, nō abolitio uidebatur: Eodem modo in creatura fecit, mare contraria per contraria constituens. Arena igitur mare muniuit, ut eius uis illius imbecillitate cohiberetur. Aquæ terrā imposuit, ut solutę & diffluentē, graue & densum insidere faceret. Per Prophetam rursum ligno paruo ferrum suspendit. Eodem modo cruce orbem terræ allexit. Vt enim aqua terram, sic crux orbem terræ sustinet.

Quid si in mari portus aliquis munitionibus suis ruptis, infestus & periculosus esse nauibus cœperit, nónne nauigantes ad proximos portus naues suas dirigunt, ubi sit tutus & salutaris introitus, & statio secura: Aut si in uia stabulum aliquod obsideri & teneri à latronibus cœperit, ut quisquis ingressus fuerit, insidiantium illic infestatione capiatur, nōne commeantes hac opinione comperta, stabula illa in itinere appetunt tutiora, ubi sint fida hospitia, & receptacula commeantibus tuta: Quod necesse est apud nos esse frater charissime, ut fratres nostros, qui ia-

ctati

A ctati Martiani scopulis petunt ecclesiæ portus salutares, suscipiamus prompta & benigna humanitate, & stabulum cōmeantibus præbeamus, quale est in Euang. quo a latronib. sauciati et uulnerati suscipi, foueri & tutari ab stabulario possunt.

Hi qui in mari nauigant, quum periculum passi fuerint, omnia quæ in naui habuerint, contemnunt, atq; in mare proijciunt, ob hoc ut ipsi euadant: Sic & quicunq; diuitum quum in corporis infirmitatem inciderint, omnem substantiam suam libenter offerunt, tantùm ut corporis incolumitatem recipiāt. Sic Iob omnes diuitias contemnit, &c.

Eoq; natura toruum quiddam ac ferocculum addidit maribus, blandū ac molle fœminis. Fortassis ridicula uidebitur collatio, sed tamen ad docendum quod instituimus apta. Qui bestias, aut feras, aut equos indomitos tractant, nihil prius discunt, quàm quibus rebus irritentur aut mitigētur. Leones aspici limis indignantur, tauri puniceo colore efferantur, lynces sonitu tympanorum in rabiem aguntur, sic ut seipsas dilanient: elephanti suis stridore terrentur, & in coitu deprehendi indignè ferunt: equus ferociens palpo & popismate mitescit. Huius generis alia sunt innumera, quæ qui obseruant, facilè uitant quod offendit, & adhibent quod irritatas bestias mitigat: itaq; tutò uersantur cum natura noxijs ac feris animantibus: Idem si fiat inter coniuges, facilè constabit conuictus tranquillitas, & si quid dissidij fuerit subortum, haud magno negocio sopietur.

Si maritus peregrè proficiscens, amico suo commendet uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conseruet, ne ab aliquo sanctitas & castitas adulteretur: Christus dominus & Deus noster ad patrem proficiscens, sponsam suam nobis commendauit: utrum'ne eam incorruptam & inuiolatam custodiemus, an integritatem eius & castitatem mœchis & corruptori-
B bus prodemus? Qui enim baptisma ecclesiæ cum hæreticis commune facit, sponsam Christi adulteris prodit.

Cæterùm ubi currus bouem agit, hoc est, ubi præposterus est ordo, ibi summa est infelicitas. Hic bifariàm peccatur utrinq;, sunt enim mariti qui cōiuges opulentas honestoq; loco natas, quoniam arte carent eas moderādi, deprimunt & abijciunt, quò dignitate detracta, facilius imperent submissioribus: qui quidem, mea sententia, nihilo consultius faciunt, quàm illi qui quoniā ob humilitatem aut imbecillitatem corporis, siue ob imperitiam artis equestris, non possunt in equos generosos & altos conscendere, docent illos flexis genibus summittere sese. Tales ni mirum uidere est & àmicos, & principes quosdam: illi uiles ac depressos reddunt amicos, quò magis habeant obsequentes: hi populum & finitimos lædunt attenuantq;, quò suam augeant potentiam. Atqui quemadmodum qui sic tractat amicos, iam & ipse ex amico transijt in dominum, habetq; pro amicis seruos & adulatores: Itidem princeps, qui non nisi malo suorū ac finitimorum nouit ornare potentiam suam, ex principe uidetur in tyranni nomen degenerasse, nec iam habet ciues aut socios, sed mancipia & hostes dissimulatos. Cæterùm qui callet artem gerendi principatus, populum quem nactus est humilem, euehit ad dignitatem: sin nactus est præpotentem & illustrem, erigit animum suum, ut præclaris uirtutibus industriaq; moderandi, ditionis suæ splendorem æquet aut etiam superet: Idem multo magis oportet fieri in amicitia, cui si desit æqualitas, iam amisit amicitiæ nomen. Proinde si quid habet uxor eximiæ dignitatis, ne deprime quod eminet, quemadmodum agasones solent eminentem clitellarum partem impositis saxis ad æqualitatem redigere: uerùm adnitere potius, ut decoribus uirtute partis assurgas ad uxoris dignitatem. Certè non inuidebit uxoris splendori, qui semper cogitarit id quod res est, omnia bona cōiugis magis esse uiri quàm uxoris: Eodem animo sunt erga familiam, perinde quasi singulis inuideant, non ferunt erectos ani-

C mos, nec perpeti queunt nisi abiectissimos, tum denique agnoscunt pro suis. Tales, opinor, famulos suos uerterent in asinos si possint, quo magis haberent obnoxios seruituti. Hic locum habet Mimus ille celebris: Male imperando summum imperium amittitur. Non est speciosa res imperare asinis, aut hominibus haud ita multum ab asino differentibus, sed erectis, liberis, & excelsis ingenijs liberaliter imperare præclarum est. Hic uxor ita cedit uiro, ut socia sit imperij, ut latus uiro claudat: peccant igitur mariti, qui uxores, quantum possunt, uertunt in ancillas: nec minus peccant hi qui suapte culpa uxores sibi uertunt in dominas.

Igitur quum sit sublime excelsumque martyrium, nunc magis est necessarium, quo mundus ipse subuertitur, partimque orbe cõcusso, natura deficiens ultimi exitus monimenta testatur. Nam & quum cœlo imber incumbit, pluuias & triste prætẽdit: quoties atra tempestas horrenti imminet pelago, per interapertam fluminum noctem coruscantium fulmina relucescunt, sed & quum magnis mare fluctibus uoluitur, paulatim unda se tollit, paulatimque æquor albescit, donec certa sit postmodum ruere, ut in illis quibus retunditur saxis, spumam altius iaciat, quàm undam tumidum pelagus expuebat: Sic quum sublime excelsumque sit martyrium, nunc magis est necessarium, quo mundus iste subuertitur.

Mater modò lactat filium, nutrit, fouet, modò flagellat & increpat: magis tamẽ procedit de pietate materni pectoris fouere, nutrire, quàm flagellare: hoc naturali pietate facit, illud à filio prouocatur: Ita & filius Dei naturaliter bonus nobis exhibet pietatem, prouocatus nostris peccatis facit ultionem.

Mater amans quoties lactantem habens puerum, non potest illi largiter præbere lactis fontem, attamen quanquam lacte caret, mammam tamen dat: ille uerò acceptam trahit sugitque, ore uexatam papillam calfaciens, plus quàm erat elicit alimenti: mater uerò dolet quidem, dum ipsius distenduntur ubera, nec tamen repellit puerum, mater enim est, & omnia præoptat perpeti potius, quàm ut partũ suũ contristet. Itaque si matres erga fœtus suos tanta charitate afficiuntur, multo magis oportet nos erga uestram charitatem similiter affectos esse: nam spiritus nixus flagrantiores uehementioresque sunt, quàm naturæ. Itaque tametsi nobis mensa multã habet penuriam, ne sic quidem tamen eam occultabimus, sed omnia in medium proferentes apponemus uobis. Quòd si paucula hæc sunt uiliaque, præbebimus tamen: nam & ille cui talentum erat creditum, non quia quinque talenta non attulit, ob id incusatus est, sed quòd unum illud detinuerit, dedit pœnas. Siquidem hoc est quod quæritur apud Deum & apud homines, non, multa ne aut pauca deponas, sed ne oblationem offeras facultatibus inferiorem.

D

Sicut piæ quæque matres, aut nutrices cũ fortè natos suos ad requiem prouocãt, in gremios positos complecti brachijs, ad se constringere, ac tunica operire faciem & oculos solent, ut obscurior eis aër redditus, somnum illis per quietem facilius inuitet: Ita & Deus tanquam uelamen quoddam per uniuersum mundum tenebras obducens, hominum genus ad silentium gratissimæ quietis inuitat.

Quapropter necessum est ut quæ dicta sunt, summatim paucis repetamus: Sic & matres facere solent, quum poma, aut bellaria, aut aliud simile quippiam in puerilem immittunt sinum: ne per puerorum negligentiam excidat aliquid eorũ quæ data sunt, contractam undique tuniculam cingulo subijciunt, quò sint in tuto: Idem nos faciamus, orationem in longum porrectam contrahamus, memoriæ que custodiæ deponamus.

Quemadmodum si quis inuenta preciosa materia, quum non sit artifex, contempta illa magnum damnum accipiat, utpote margarito, uel conchylijs, uel alio tali quopiam reperto & neglecto: Sic & nos si ignorauerimus nostram naturam, ipsam ualde contẽnemus: si aũt sciuerimus, multũ adhibebimus studium, & maxima lucra faciemus.

Eodem

a Eodem modo, quo matrimonium dici non potest, ubi mulier uiros multos habet, sed hæc aut meretrix, aut adultera nominabitur: à qua enim pudor, castitas, fides abest, uirtute carcat necesse est: Sic & religio deorum impudica est & incerta, quia fide caret, quia honor ille instabilis & incertus, caput atq; originē nō habet.

Vnde uerus ille mediator inquantum formam serui accipiens, mediator effectus est Dei & hominum homo Christus Iesus, quum in forma Dei sacrificium cum patre sumat, cum quo & unus est Deus, tamen in forma serui sacrificium maluit esse, quàm sumere, ne uel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturæ. Per hoc & sacerdos est, ipse offerens, ipse & oblatio: cuius rei sacramentum quotidianum esse uoluit ecclesiæ sacrificium, quum ipsius corporis ipse sit caput, & ipsius capitis ipsa sit corpus, tam ipsa per ipsum, quàm ipse per ipsam suetus offerri. Huius ueri sacrificij multiplicia uariaq; signa erant sacrificia prisca sanctorum, quum hoc unum per multa figuraretur, tanquam uerbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo ueroq; sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt.

Sed quo pacto reformaretur, & rursus aliquid fieret, id quod uehementer medelam reijceret, tanquam inobediens, & quod minimè propter longi temporis superbiam corrigi posset. Nempe ut mãsueto & humano curationis modo ad correctionem induceretur, quum neq; ramus incuruus subitam inflexionem & producentis manus uiolentiam ferret, citiusq; frangeretur, quàm derigeretur. Neque equus ferox et adultus, absq; assentatiōe et demulsione, freni susciperet tyrannidē.

Tale est enim hoc, quale si quis æger ad medelam sui, medicum pariter & ueneñarios inuitet, quum illi nocere quidem possint, curare non possint: uerus autē medicus uenenis illorum recuset sua medicamēta miscere, ne aut pernicies bono, b aut sanitas nocentibus adscribatur. Dicis ergo, Indignatur, aut inuidet Deus, si cum ipse benefaciat, alijs gratiæ referantur. Etiam si non indignetur, non uult tamen erroris autor existere, ut sui operis beneficio inani idolo fides detur. Quid certè tam impium, tam ingratum, quàm à Deo beneficium consequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam?

Medendi periti cùm uident notas ægritudines, ut ipsi appellant, medicinam quidem non adhibent, sed tamen medicinæ tempus expectant, nec deserunt inualidum, sed leuioribus uerbis, aut quibus possunt, palpant delinimentis, ne aut intermissa ægritudo desperatione animi grauescat, aut crudior medicinā respuat, eò quòd ad maturitatem peruenire nequeat, si indigestæ insolens rerum huiusmodi medicus adhibeat manus. Siquidem & pomum quum immaturum exagitatur, citò perit: Sic etiam cum ijs agendum, qui hęresi aliqua infecti sunt. Difficile quidem imbuti animi infidelitatis uenenis, abolere possunt impietatis suæ glutinum, si tamen in his uirus infaustum inoleuerit, nec facilè his credendum putes. Nerui enim sunt, & quidam artus sapientiæ, non temerè credere, maximè in causa fidei, quæ raro perfecta est in hominibus.

Quemadmodum qui perpetuò mitigat in medicando, remissum hominem facit: Ita semper asperis uti sermonibus, magis exacerbat hominem, eoq; bonū est ubiq; moderatis uti. Dissimile.

Nec omnino ullum medicamentum sanat, nisi quod opportunè adhibueris. Multi postea cogitantes quæ audierunt, ipsi se grauius & seuerius arguerunt, & quamuis perturbatiores à medico uiderentur abscedere, paulatim uerbi uigore in medullas penetrante sanati sunt: quod non fieret, si semper expectaremus periclitantem putrescentibus membris, quando eum liberet aut secaret: quod nec ipsi corporis medici attendunt, qui terrenæ mercedis intuitu curant. Quoties enim quisq; reperitur, qui ferrum eorum aut ignem non ligatus expertus sit, quum &

illi

C illi rariores sint, qui uolentes ligati fuerint: plures enim resistentes, & mori se malle clamantes, quàm illo curari modo, uix lingua ipsa eorum relicta libera, omnibus membris constrinxerunt, neque ad suum, neque ad reluctantes, sed ad ipsius artus arbitrium; quorum uocibus conuitijsq; dolentium nec commouetur curantis animus, neq; secantis manus. Medicinæ autem cœlestis ministri, aut per odiorum trabem cernere stipulam in oculo fratris, aut tolerabilius mortem uidere peccãtis, quasi uerbũ indignantis audire: quod nõ ita accidisset, si tam sanũ animũ curãdo alterius animo adhiberemus, q; sanis manib. illi medici aliena mẽbra pertractant.

Sicut iuxta Dei sententiam uulneri medicamentum, si adhuc ferrum in eo manet, non proficit: Ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, uel odium manet in pectore.

Vt quędam medicamentorum genera sunt ita comparata, ut non in singulis tantùm ægritudinibus utilia sint, sed omnibus in commune medicantur, habẽtq; in se uirtutem generalis auxilij: Ita & fides catholica non aduersus singulas tantũ pestes, sed contra omnes morbos opem medelę impertit, non infirmanda genere, non uincenda numero, non diuersitate fallenda, sed una atq; eadem aduersus singula omniaq; consistit.

Hoc me docuisti, & quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentiæ molestia transeo, in ipso transitu insidiaẽ mihi laqueus concupiscentiæ. Ipse enim transitus uoluptas esset, non est alius qua transeatur, quàm quô transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi, adiungit se tanquam pedissequa periculosa iocunditas, & plerunq; præire conatur, ut eius causa fiat, quod salutis causa me facere uel dico uel uolo, necidẽ modus utriusq; est. Nam quod saluti satis est, delectationi parũ est.

D Medicamenta quędam sunt dulcia, quędam austera, nonnunquam & amara, & tamen in suis quæq; locis remedia tribuunt, si cum mensura & temporis opportunitate sumantur: Sic etiam correptionibus utendum est.

Sicut medicina languenti corpori: Sic uerbum prodest animæ ægrotanti.

Quomodo medicina non est causa mortis, si ostendat uenena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem, & uel se interficiant, uel insidientur inimicis: Sic lex data est, ut peccatorum uenena monstret, & hominem malè libertate sua abutentem, qui prius uidebatur improuidus, & per præcipitia labebatur, freno legis retineat, & compositis doceat incedere gressibus, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literę, id est, uiuamus sub præcepto, qui prius in modum brutorum animalium, dicebamus, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, &c.

Incassum sumitur medicina, si post instauratam sanitatem, per uitæ incontinentiam, qui conualuit, in pristinum incidit morbum, quin imò relapsus in ægritudinem periculosior esse solet, & exitio propior, quàm prior ille languor: & quos prima ualetudo aduersa non extinxit, sæpius iterata post redditam incolumitatẽ ægrotatio sustulit ẽ uita: Haud secus frustrà pœnitentiæ medicamentum sumitur, si post eam peractam, ad præteritæ uitæ sordes reditur.

Neq; qui laudat beneficium medicinæ, prodesse morbos dicit & uulnera, à quibus illa hominẽ sanat: sed quanto maioribus medicina laudibus prædicatur, tanto magis uituperantur & horrentur uulnera & morbi, à quibus liberat quę ita laudatur: Sic & laus & prædicatio gratiæ, uituperatio & damnatio est delictorum.

Sicut medicinę apud ægros usus, etiam apud sanos horror est: Ita dementiam quamuis pœna digni inuocent, etiam innocentes colunt.

Medicinæ peritiam qui gerunt, dicunt, Serpentũ uenena depelli medicamentis nihilominus confectis ex serpentibus: Ita & sacrificiorum dæmoniacorum usus per

A rus per sacrificia Deo oblata depellitur: sicut & mors Iesu mortem peccati credentibus non sinit dominari.

Sicut is qui sequestrat se, & segregat ab omnibus actibus, ut disciplinam medicinæ aut philosophiæ consequatur, non utiq; continuò ut se huiusmodi tradiderit disciplinis, ita perfectus erit, ut non inueniatur in aliquo peccare, imo potius plurima delinquendo uix ad perfectionem aliquando perueniet: & tamen statim ut se ad huiusmodi scholas tradidit, certũ est eum uel inter Philosophos numerari: Ita & de sanctis accipiendum est, quòd statim quidem ut mancipat se quis studijs sanctitatis, secundum hoc quod proposuit, sanctus appelletur: secundum hoc uerò quod necesse est eum in multis delinquere, donec usu & disciplina ac diligentia, abscindatur ab eo consuetudo peccandi, etiam peccator appellabitur.

Medicinalis disciplinæ studiosi aiunt, ad quasdam corporũ curationes necessariam esse non solùm sectionem ferri, uerumetiam adustionem: nam ad eos qui canceris ueterno computrescunt, eãdem rem siue nouaculæ laminam, siue quodcunq; acutissimi ferri genus adhibent, ut per ignem radices canceris euellantur: per incisionem autem putrida caro truncetur, & uia pateat medicaminibus inijciendis. Quis putas nostrum canceris, ut ita dicam, habet simile peccatum, ut non ei sufficiat aut simplex acumen ferri, aut sola ignis adustio, sed utraq; adhibeant, quò uratur & secetur? &c. In Ezechielem Homil. 5. plura legis apud Origenem.

Sicut hi qui medicinali remedio potari disponunt, si non fuerint diligenti abstinentia præparati, fructum remedij sentire non possunt: Ita & hi qui post crapulam ad ieiunium ueniunt, remedium non agnoscunt.

Sicut medulla quandiu in arbore fuerit sana, semper floret, quum autem per-
B comesta fuerit, tota paulatim marcescendo siccatur: Sic & quandiu sunt fideles, stat iste mundus.

Medicus ubi ægroto morbum patefecerit & grauitatem illius, toto deinde studio laborat eum ab eo morbo reuocare, ne tandem intereat, & uitæ patiatur dispẽdium: Optimus itidem medicus animarum, ubi latentem Iudæorum aperuit languorem, quòd scilicet filij essent diaboli, & eius desideria studerent explere: acrioribus interrogationibus eos nunc ad salutem reuocat, & ad ueritatem audiendam exhortatur, quasi aspera quædam medicamenta putrido uulneri admouens, quæ totam eius saniem & putredinem exedant.

Medicus peritissimus si ægrotis omnibus det præcepta, quibus pristinam sospitatem recuperent, quorum hi obtemperantes medico restituantur incolumitati, illi uerò recusantes morem gerere rectè consulenti, ægrotent amplius, & tandẽ extinguantur: tum medicus ille rectè dixerit se uenisse, ut omnibus sanitatis beneficium impendat, suo tamen aduentu effectum esse, quòd plerig; deterius se habuerint, & uitam cum morte commutauerint: nullus tamen sanæ mentis interitũ illorum medici culpæ adscripserit, sed ægrotorum incontinentiæ, qui suo indulgentes animo, salutaria illius præcepta neglexerunt: Sic Christus uerus medicus nulli causa est perditionis.

Neq; quum medicus quis dicatur, erga omnes quasi medicus agit, sed erga illos tantùm qui ægritudinis suæ intellecto languore confugiunt ad misericordiam eius, ut possint consequi sanitatem: Ita arbitror etiam de spiritu sancto, in quo omnis est natura donorum: alijs nanq; præbetur per spiritum sermo sapientię, alijs sermo scientiæ, alijs fides, & ita per singulos qui eum capere possunt, hoc efficitur: uel hoc intelligitur ipse spiritus, quo indiget ille qui participare meruerit.

Accedit medicus ad languentem, quantum ars patitur & industria, medicamina non cessant: sed si aut ægritudo tanta sit ut repugnet curationi, aut ipse inualidus per impatientiam doloris contrà faciat quàm iubetur, relinquit medicus, de-

B sperat

C illi rariores sint, qui uolentes ligati fuerint: plures enim resistentes, & mori se malle clamantes, quàm illo curari modo, uix lingua ipsa eorum relicta libera, omnibus membris constrinxerunt, neque ad suum, neque ad reluctantes, sed ad ipsius artis arbitrium; quorum uocibus conuitijsq; dolentium nec commouetur curantis animus, neq; secantis manus. Medicinæ autem cœlestis ministri, aut per odiorum trabem cernere stipulam in oculo fratris, aut tolerabilius mortem uidere peccātis, quasi uerbū indignantis audire: quod nō ita accidisset, si tam sanū animū curādo alterius animo adhiberemus, q̃ sanis manib. illi medici aliena mēbra pertractant.

Sicut iuxta Dei sententiam uulneri medicamentum, si adhuc ferrum in eo manet, non proficit: Ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, uel odium manet in pectore.

Vt quędam medicamentorum genera sunt ita comparata, ut non in singulis tantùm ægritudinibus utilia sint, sed omnibus in commune medicantur, habētq; in se uirtutem generalis auxilij: Ita & fides catholica non aduersus singulas tantū pestes, sed contra omnes morbos opem medelę impertit, non infirmanda genere, non uincenda numero, non diuersitate fallenda, sed una atq; eadem aduersus singula omniaq; consistit.

Hoc me docuisti, & quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentiæ molestia transeo, in ipso transitu insidiat mihi laquens concupiscentiæ. Ipse enim transitus uoluptas esset, non est alius qua transeatur, quàm quô transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi, adiungit se tanquam pedissequa periculosa iocunditas, & plerunq; præire conatur, ut eius causa fiat, quod salutis causa me facere uel dico uel uolo, nec idē modus utriusq; est. Nam quod saluti satis est, delectationi parū est.

D Medicamenta quędam sunt dulcia, quędam austera, nonnunquam & amara, & tamen in suis quæq; locis remedia tribuunt, si cum mensura & temporis opportunitate sumantur: Sic etiam correptionibus utendum est.

Sicut medicina languenti corpori: Sic uerbum prodest animæ ægrotanti.

Quomodo medicina non est causa mortis, si ostendat uenena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem, & uel se interficiant, uel insidientur inimicis: Sic lex data est, ut peccatorum uenena monstret, & hominem malè libertate sua abutentem, qui prius uidebatur improuidus, & per præcipitia labebatur, freno legis retineat, & compositis doceat incedere gressibus, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literę, id est, uiuamus sub præcepto, qui prius in modum brutorum animalium, dicebamus, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, &c.

Incassum sumitur medicina, si post instauratam sanitatem, per uitæ incontinentiam, qui conualuit, in pristinum incidit morbum, quin imò relapsus in ægritudinem periculosior esse solet, & exitio propior, quàm prior ille languor: & quos prima ualetudo aduersa non extinxit, sæpius iterata post redditam incolumitatē ægrotatio sustulit è uita: Haud secus frustrà pœnitentiæ medicamentum sumitur, si post eam peractam, ad præteritæ uitæ sordes reditur.

Neq; qui laudat beneficium medicinæ, prodesse morbos dicit & uulnera, à quibus illa hominē sanat: sed quanto maioribus medicina laudibus prædicatur, tanto magis uituperantur & horrentur uulnera & morbi, à quibus liberat quę ita laudatur: Sic & laus & prædicatio gratiæ, uituperatio & damnatio est delictorum.

Sicut medicinę apud ægros usus, etiam apud sanos horror est: Ita clementiam quamuis pœna digni inuocent, etiam innocentes colunt.

Medicinæ peritiam qui gerunt, dicunt, Serpentū uenena depelli medicamentis nihilominus confectis ex serpentibus: Ita & sacrificiorum dæmoniacorum ulcus per

A rus per sacrificia Deo oblata depellitur: sicut & mors Iesu mortem peccati credentibus non sinit dominari.

Sicut is qui sequestrat se, & segregat ab omnibus actibus, ut disciplinam medicinæ aut philosophiæ consequatur, non utiq; continuò ut se huiusmodi tradiderit disciplinis, ita perfectus erit, ut non inueniatur in aliquo peccare, imo potius plurima delinquendo uix ad perfectionem aliquando perueniet: & tamen statim ut se ad huiusmodi scholas tradidit, certū est eum uel inter Philosophos numerari: Ita & de sanctis accipiendum est, quòd statim quidem ut mancipat se quis studijs sanctitatis, secundum hoc quod proposuit, sanctus appellatur: secundum hoc uerò quod necesse est eum in multis delinquere, donec usu & disciplina ac diligentia, abscindatur ab eo consuetudo peccandi, etiam peccator appellabitur.

Medicinalis disciplinæ studiosi aiunt, ad quasdam corporū curationes necessariam esse non solùm sectionem ferri, uerumetiam adustionem: nam ad eos qui canceris ueterno computrescunt, eâdem rem siue nouaculæ laminam, siue quodcunq; acutissimi ferri genus adhibent, ut per ignem radices canceris euellantur: per incisionem autem putrida caro truncetur, & uia pateat medicaminibus inijciendis. Quis putas nostrum canceris, ut ita dicam, habet simile peccatum, ut non ei sufficiat aut simplex acumen ferri, aut sola ignis adustio, sed utraq; adhibeant, quò uratur & secetur? &c. In Ezechielem Homil. 5. plura legis apud Origenem.

Sicut hi qui medicinali remedio potari disponunt, si non fuerint diligenti abstinentia præparati, fructum remedij sentire non possunt: Ita & hi qui post crapulam ad ieiunium ueniunt, remedium non agnoscunt.

Sicut medulla quandiu in arbore fuerit sana, semper floret, quum autem per-
B comesta fuerit, tota paulatim marcescendo siccatur: Sic & quandiu sunt fideles, stat iste mundus.

Medicus ubi ægroto morbum patefecerit & grauitatem illius, toto deinde studio laborat eum ab eo morbo reuocare, ne tandem intereat, & uitæ patiatur dispēdium: Optimus itidem medicus animarum, ubi latentem Iudæorum aperuit languorem, quòd scilicet filij essent diaboli, & eius desideria studerent explere: acrioribus interrogationibus eos nunc ad salutem reuocat, & ad ueritatem audiendam exhortatur, quasi aspera quædam medicamenta putrido uulneri admouens, quæ totam eius saniem & putredinem exedant.

Medicus peritissimus si ægrotis omnibus det præcepta, quibus pristinam sospitatem recuperent, quorum hi obtemperantes medico restituantur incolumitati, illi uerò recusantes morem gerere rectè consulenti, ægrotent amplius, & tandē extinguantur: tum medicus ille rectè dixerit se uenisse, ut omnibus sanitatis beneficium impendat, suo tamen aduentu effectum esse, quòd pleriq; deterius se habuerint, & uitam cum morte commutauerint: nullus tamen sanæ mentis interitū illorum medici culpæ adscripserit, sed ægrotorum incontinentiæ, qui suo indulgentes animo, salutaria illius præcepta neglexerunt: Sic Christus uerus medicus nulli causa est perditionis.

Neq; quum medicus quis dicatur, erga omnes quasi medicus agit, sed erga illos tantùm qui ægritudinis suæ intellecto languore confugiunt ad misericordiam eius, ut possint consequi sanitatem: Ita arbitror etiam de spiritu sancto, in quo omnis est natura donorum: alijs nanq; præbetur per spiritum sermo sapientię, alijs sermo scientiæ, alijs fides, & ita per singulos qui eum capere possunt, hoc efficitur: uel hoc intelligitur ipse spiritus, quo indiget ille qui participare meruerit.

Accedit medicus ad languentem, quantum ars patitur & industria, medicamina non cessant: sed si aut ægritudo tanta sit ut repugnet curationi, aut ipse inualidus per impatientiam doloris contrà faciat quàm iubetur, relinquit medicus, de-

C sperat huiusmodi hominem & recedit, ne inter manus suas expirans causam interitus eius ad se retorqueat: Sic ergo & nos, ne in sanctorum angelorum manibus, qui ad nos curandos à domino destinati sunt, moriamur, relinquunt nos desperātes animam nostram, & aiunt, Non est malagma imponere, neq; oleum, neq; alligaturas, quia appropinquauit in cœlum iudicium Dei.

Sicut medicus est qui medicinalem didicit disciplinā, & potest medicari quasi medicus, etsi ægrotantes non ei credant corpora sua, medicus est: sed & gubernator est qui didicit gubernatoriam artem, & potest ea sicut cōuenit uti, etsi nō crediderit ei aliquis gubernacula nauis, tamen est gubernator: Sic episcopi etsi ab hominibus non agnoscantur, tamen apud Deum.

Quemadmodum si medicus ille (nihil enim uetat eodem exemplo denuò uti) postea quam indulsit appetitui laborantis, mox phiala è suis ædibus allata præscribat, ut ex hac sola bibat aquam: deinde persuaso ægroto, clam his qui ministrant, præcipiat confringere phialam illam, ut eum clàm nihilq; suspicantem auocet ab illa cupiditate bibendi frigidam: Itidem fecit Deus permittēdo sacrificia: mox ubi per breue tempus sacrificassent, diruit ciuitatem. Et quemadmodum ille fracto uase, ita Deus subuersa ciuitate, uel inuitos illos abducere uoluit à uictimis. Etenim si claré palamq; dixisset, desistite, haudquaquam facilè ab immolandi insania destitissent. Nūc autem loci adempti necessitate, clanculum ac dissimulanter illos ab
E duxit ab oblationum insania. Sit igitur medicus quidem ipse Deus, phiala uerò ciuitas, sit ægrotus ille morosus Iudæorum populus. Deniq; frigida potio, sit uictimarum permissio concessioq;. Quemadmodum igitur medicus fracto uase ægrotum cohibet ab intēpestiuo frigidi potus appetitu: Sic et Deus euersa ipsa ciuitate, adeoq; funditus diruta, ut omnib. facta sit inaccessa, Iudæos à sacrificijs abduxit.

D Quemadmodum medicus bonus uidens morbum augeri, & hulcus incurabile fieri, statim sectione utitur, ut omnem morbi causam aboleat: Sic dominus uidens malitiam & morbum incrudescere eorum qui turrim Babel ædificarant, nō usq; in finem permittit, sed suam declarat erga illos bonitatem.

Quemadmodum medicus si morbum sectione indigētem curare cessat ac moratur, statim incurabilis erit morbus, & inutile, alioquin utile remedium faciet: Ita & senex ille Eli, quum deberet filios suos pro peccatorum qualitate emendare, nimia usus lenitate illos arguit.

Imperitus est medicus, qui tumentes uulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus uiscerum, uirus incensum, dum seruat, exaggerat. Aperiendum uulnus est ac secandum, & putredinibus amputatis, medela fortiore curandum, uociferetur & clamet licet, & conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias aget postmodum quum senserit sanitatem: Sic oportet Dei sacerdotem nō obsequijs decipientibus fallere, sed remedijs salutaribus prouidere.

Perinde quasi si quis medicus ingressus ad ægrotos, prius sciscitetur an uelint curari, ne dum ipse curam susceperit, & illi nolint, inutilis existat curatio, nimirū his qui laborant aduersus artem medici pugnantibus: Sic & dominus eos qui sanabantur, percontabatur, nec nisi fidentibus conferebat beneficium, ut per fidem & beneficium conseruari possent: per fidem enim dignoscitur animi propositum.

Neq; enim quis ex hoc medicus esse cognoscitur, si rectè ualeat ipse, nisi & alijs morbo laborantibus ostendat artem. Neq; sol si radios in sese contrahat, cognoscetur esse lumen, nisi eos in orbem hunc proferat, eiusq; tenebras sua luce discutiat: Ita seruator non opus habebat salute, sed ex eo quòd cæteris benefaceret, uelut ab omnibus agnosci seruator omnium.

Medicus mercedem accipit, & tamen si reualuit ægrotus, uult prædicari quòd talem sanarit. Chirurgus qui dentem nec sine mercede, nec sine magno hominis

cruciatu

A cruciatu eduxit, seruat illum & ostentat dicens, hūc ego ex ore illius extraxi. Quare quęrunt & hanc gloriam? Vt uberior sit quęstus. Et dominum qui tanto maiora præstat nobis, fraudabimus sua gloria? fraudabimus suo lucro? Lucrum illius est, ut plures ad ipsum confugiant & seruentur, illius lucrum est hominum salus.

Fidelis medicus ægro desperato uniuersa concedit quæ appetit, ægro uerò, de cuius salute spes habetur, multa negat: Sic dominus reprobis abundantiam bonorum temporalium tribuit, ut si quæ bona egerunt, in mundo isto mercedem recipiant. Alijs uerò merces seruat̃ ad futurū seculū, ne istis transitorijs contẽtentur.

Dicere solemus, Vt quid mihi sic fecit deus? Quare hoc? Ecce iniqui regnant, iusti affliguntur, uincit cum iudicat̃. Vt medicus qui desperatis iubet ad uelle seruiri, & omnia quæ desiderant, præcipit non negari: quos autẽ scit posse saluari, iubet eos arctari, amaris potionibus potari, ferro secari, cauteriari: sic fiet ut dum saluati fuerint abstinentes, & mortui fuerint desiderijs proprijs acquiescentes, iustificabitur medicus in sermonibus suis, dicetur ei, Nos te iniustè culpabamus, dum ligares, dū secares homines bonos, & malos nec secares, nec affligeres: insuper etiã permitteres suis desiderijs frui. Huc accedit ut dicamus de Deo, Quia quem diligit Deus, corripit.

B Cæterùm corrigendus est: facias igitur hoc modestè ac humaniter, & nequaquam ut inimicus, nec ut medicus incidens, ac non solùm agnoscito quemadmodū inuri aut incidi debeat, sed & teipsum ac propriam cognosce infirmitatem: quur enim si oculorum teneris morbo, sol tibi uideatur obscurus? Quid autem si cuncta tibi circumuerti uideantur, quum tu nauseam patiaris, aut etiam sis ebrius? ignorantiamq; propriam aliorum esse censes. Proinde multum iactari & tolerare oportet, priusquam alterius cognoscatur impietas: nequaquam simile est plantam excindere, aut florem etiam odoriferum ac hominem. Imago Dei es, & imaginem Dei condemnas? Iudicaberis & tu qui iudicas, alienum iudicas seruum, & quem alius gubernat: Ita fratrem tuum probato, tanquam & tu eadem mensura sis iudicandus, ac ideo haudquaquam in abscindendo festinè aut confestim membrum alienes: incertum enim est, ne ideo quod sanum est corrumpatur, uerùm admone, hortare, increpa, medicamenta habes, regulas habes, Christi es discipulus, humilis & mansueti, qui iniquitates nostras portauit. Quòd si primùm tibi resistit, longanimis esto: si uerò secundò, desperare noli, adhuc sanandi tempus est: at si tertiò, fias agricola humanus, dominū roga ne excindatur aut odio habeatur sterilis & inutilis illa ficulnea, sed ad illam te conuerte, & eius curam gere, eamq; stercorato per confessionem quæ occultè prodit, & manifestis pudorẽ inijcit, ac turpiora rectius instituit: quis scit utrum immutetur ac fructum ferat, Iesumq; à Bethania redeuntem pascat? Affer remedium aliud cōtra fratris putorem, siue sit uel esse putetur, tu qui spirituali unguento inunctus es, quod pigmentarij arte sit confectū, & hoc bono tuo tribuas odori. Non est echidnæ uenenum malitia illius, ut percussus cōfestim dolore corripiaris & corrumparis, ac ideo uenia tibi danda, si bestiam illam fugeris ac occideris. Igitur si potes, fratrem curato: sin minus, in hoc saltem eris securus, quòd nequaquam illius particeps fueris prauitatis, odorem in suauis animi eius, morbus quem tua forsitan abiget fragrantia, quum superauerit.

Sicut medicus nihil nō facit, ut graui morbo impliciti cōfirmentur: Et sicut clementissimus pater filios, qui nobilitatem suam ignauia amisere, paterna indulgentia ad pristinam felicitatem reducit, cupit.

Medicus quum putrefacta uulnera secat, habet adstantes sibi, ut uideant quomodo sanet ægritudines arte: Multo magis cū Propheta & rex Dauid secatur, cūctos oportet adstare, ut uideamus quomodo putredinem malam euadere possimus, & ab intolerabilibus uermibus liberari.

C Vt medicus de ægroti salute desperans, & imminentem sæpius ei prædicens interitum, nisi ea quæ reparandæ sanitati apprimè necessaria sunt obseruet: Sic Christus facit, Iudæos admonens, ne in peccatis moriantur.

Bonus medicus qui animaduertit habitiores fieri eos quorũ curam gerit, propter crapulã, ad sanitatẽ per continentiam reducit: Ita & eximius animarum nostrarum medicus dimittit paulisper nos tentari, ut sentiamus quantum damni ex prosperitate acceperimus: & quando scit profutura remedia, tunc celeri nobis subsidio concedit, ut à tentationibus liberemur, & suæ prouidentiæ curam ubertim declarat. Itaq; etsi aliqui præditi uirtute in tentationes incidant, ne turbentur, sed hinc meliorem spem concipiant, quia afflictiones & tentamenta præmiorum eis sunt materia. Quòd si in peccatis fuerint, & aduersa eis eueniant, ne propterea grauatim ferant, scientes quia semper peccatores purificãtur aduersis, modò grato animo suscipiamus ea quæ eueniunt: grati enim famuli est, nõ solùm gratum esse domino, quando ubertim pro sententia omnia succedunt, sed & ut in aduersis eandem gratitudinem declaret. Sic enim patriarcha Abraham gratus fuit Deo, & tantam apud Deũ obtinuit fiduciã, & dona accepit, quę supra humanã sunt naturã.

Medicus hunc morem habet, quamuis uideat morbos esse grauiores, quàm ut arte curari possint, non omittit tamen officium suum, sed omnem artem suam profert, an fortè possit ægrum uel longo tempore reparare: quòd si nihil amplius proficit, habet excusationẽ maiorem, eò quòd nihil prætermittit, quod ad se pertinet. Id sanè & cum Sodomitis factũ est: iustus enim qui uersabatur in medio talium, etiam sic mãsit iustus, uitamq; optimã egit. Illi aũt propterea omni uenia sunt destituti, quod non solùm à malitia non cessarunt, sed & magis auxerunt peccata.

Sicut bonus medicus, etsi tempus medicinæ non sit, tamen uisitationis speculam antè præmittit: deinde nõ negligit iustæ expectationis excubias, & paulisper

D passionibus cedens, operitur facultatem medendi, quæ quum fuerit oblata, suum non intermittit officium. Ita ergo & sapiens uerbis ac disputationibus tanquam medicus medicamentis contrarias curare desiderat passiones.

Medicus si serpentis interius inueniat uulneris cicatricem, quum debeat resecare hulceris uitium, ne latius serpat, tamen à secandi urendiq; proposito lachrymis inflexus ęgroti, medicamentis tegat quod ferro aperiendum fuit, nõnne ista inutilis misericordia est, si propter breuem incisionis uel exustionis dolorem corpus omne tabescat, uitæ usus intereat: Rectè ergo & sacerdos uulnus, ne latius serpat, à toto corpore ecclesiæ, quasi bonus medicus debet abscindere, & prodere ulcus criminis quod latet, non fouere, ne dum unum excludendum non putat, plures faciat dignos, quos excludat ab ecclesia.

Sicut bonus medicus poculum quod ægro daturus est, prior gustat, ut peritiã artis suæ antè in seipso demonstret, & experimentum æger accipiens, securus sit de poculo, securior de salute: Ita Christus indixit ieiunia, & primùm ut bonus humani generis medicus ieiunauit.

Nouit bonus medicus, quæ esca cui apta sit infirmitati, & cui tempori ad profectum ualetudinis. Interdum opportunitas escæ sanitatem reddit, quòd si importunè aliquis accipiat aut non conuenienter, implicatur periculo. Ergo quia nescimus nos quid oremus & quomodo oporteat, postulat pro nobis spiritus sanctus.

Si quis medicus multorum corporibus sanitatem medendo pepererit, uel ad meliorem hæc deduxerit ualetudinem, haudquaquam id sine diuino instinctu fecisse uidebitur: Quanto magis qui plurimorum animas curat, & ad meliora traducit, & ex Deo qui omnibus præest, ut pendeant facit, edocetq; ad eius uoluntatem quæcunq; gesserint, ut referant homines, declinẽtq; uel minima quæq;, quæ illum factis dictis ue & cogitatione offendunt, non nisi summa cum ratione & numine quodam

A quodam diuino omnia facere existimandus est?

Quemadmodum medicus quispiam, si medicam artem eos docere uellet, qui pauca in ea malè & perperàm cognoscerent, non facilè doceri paterentur: qui autem nihil scirent, hi maximo quæ dicerentur, acciperent: Sic Philosophis accidit. Indocti magis crediderunt, quippe qui in ultimam dementiam non uenerant, ut seipsos sapientes arbitrarentur. Hi nanque maximè stulti sunt, qui cogitationibus suis, quæ nisi per fidem inueniri nequeunt, se inuenturos pollicentur. Etenim cũ faber forcipe ignitum ferrum accipiat, si alius id digitis accipere contendat, ultimã illius amentiam conīectabimur: Iidem & Philosophi per seipsos huiusmodi inuenire conati, fidem coinquinarunt.

Sicut medicus optimus, & pater communis, & curator, & tutor, omnia agit, omnia curat, impedimenta remouet, offendentes reprimit, ubique circumcursat: neque enim sicut is qui in prælio rem perficit, sed sicut is qui ad paratam ac promptã uenit uictoriam, trophæa statuit, suffodiens, destruens, deijciens diaboli munitiones & ministrorum machinationes, & uniuersum tandem orbem ad Christi exercitum ducit, & neque parum respirat ab his ad illos, ab illis ad alios transiens, quasi militum dux quidam optimus, quotidie afferens trophæa, imò singulis horis sola tunica indutus, irrumpens in aciem, aduersariorumque ciuitates, & tela, & lanceas, & iacula, & omnia in suum ius cogens: Talis erat lingua Pauli, etenim loquebatũ solùm, & uelocissimè in bellis cadebant sectæ: dæmones quidem abigebat, homines uerò qui ab illis detinebantur, ad se abducebat.

Quemadmodum si quis pater medicus, secans aut inurens filium suum, dupliciter nomine angitur, & quòd ægrotat filius, & quòd adigatur ipse admouere manũ, & secare: altera autem ratione exhilaratur, spe nimirum sanitatis recuperandæque salutis: Huncad modum & ego Paulus, delinquentes in mœrorem conijciens, ipse mœreo: alia uerò ratione nonnihil exhilaror, spem propter emendationis uestrę.

Perinde ac medicus animaduertens ægrotum præparatos sibi cibos & pharmaca degustare, ipse prior degustat, ut persuadeat ægro, quò confidat sumere audacter pharmacum: Huncad modum dominus uidens nos metuere mortem, gustauit eam prior, quum non esset ei necessarium: non enim hoc illi ex debito incũbebat, quòd mortem nimirum gustaret, sed totum istuc ex gratia egit, ut ostensa morte nihil aduersus Christum habente impium, quippe quæ eum retinere non potuerit, persuadeat etiam nobis aduersus illam confidere.

Sicut gaudet medicus, quando ad eum ægrotantium multitudo prosequitur: Sic lætatur rex, quando eũ magni exercitus manus armata circũdat: Sic exultat sacerdos, quando eum audientium populus magnus auscultat.

Sicut artifex medicus si uiderit egrotantis colorem, intelligit speciem passionis ipsius: Sic & Ioannes mox ut uidit Pharisæos uenientes ad se, intellexit cogitationes eorum prauas.

Sicut nouitius medicus intrans in ciuitatem, & uolens ostentationes dare artificij sui, omnes uenientes ad se curat, & non tantum cogitat de mercede accipienda, quantum de opinione sua commendanda: quum autem manifesta fuerit fama eius bona, tunc secundum laborem suum incipit exigere & mercedem: Sic & dominus incipiens prædicare, non secundum iudicium quosdam, sed omnes indifferenter sanabat: postquam uerò illum omnis Iudæa cognouit, beneficia sanitatũ digno precio fidei uenũdabat, dicẽs unicuique: Fiat tibi secundũ fidem tuã: nouit tamen omnes, sed illos quos secundũ præscientiã suã antè præparauerat, quòd ueniret.

Curat medicus ægrotum, sed negligenter, & desidia medici uirus alta uulneris serpit: Quanto igitur melius remoueri huiusmodi medicum qui tempus terit, quum profectum nullum sentiat uulneratus, ut curandi officium ad eum medicũ

C transferat, qui maturius possit ægroto sua diligentia subuenire? Nonne clementior est, qui repellit nihil proficientem, quàm qui retinet ad discrimen ægroti? Constitue aliquem præpositum ædificantibus uel etiam texentibus, qui debeat summam operis explicare, utrum is tibi probabilior uidetur, si in id diligenter insistat, ac si quem forte incuriosum aduerterit de his qui operantur in domo aliqua cõstruenda, repellat eum, melius credens non ædificare, quàm hiãtibus rimis ædificata dissolui, atq; aliquem in eius substituat locum, qui cum diligentia ædificet? Similiter etiam textrini præpositum, repulsorem negligentium, ut substituat diligentes, ne longa textrinum corrumpat incuria, non magis probabis, quàm illum qui desides in sua negligentia perseuerare patiatur? Transi nũc ad eos qui mandata ædificãt, & legem intexunt, & animam uniuscuiusq; receperunt sanandam: nónne si quis eorum ædificat domum Dei cum iustitia, texit indumentum cum diligentia, sanat animam cum gratia, opus bonum facit? Si uerò incuriosus ac remissus aliquis fabri textoris medici spiritualis locum occupet, ut sacerdos summus, ut presbyter, ut minister altaris sacri: nónne commodius est non subire unumquenq; id muneris quod implere non queat, quàm subeũtem, neq; ipsum strenuè suscepto fungi munere, & eripere locum alteri qui nauiter eum possit tueri?

Quomodo odit medicus ægritudinem ægroti, & id agit curando, ut ægritudo pellatur, æger leuetur: Sic Deus gratia sua hoc in nobis agit, ut peccatum consummatur, homo liberetur.

Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste cædẽdo, sed ambo diligendo. Si aũt istos negligãt & perire permittant, ista potius mansuetudo falsa crudelitas est. Si enim equus & mulus, quibus non est intellectus, morsibus, calcibus resistunt hominibus, à quibus eorum curanda uulne

D ra contrectantur, & quum inter dentes eorum & calces sæpe homines periclitentur, & aliquando uexentur, non tamen eos deserunt, donec per dolores & molestias medicinales reuocent ad salutem: Quanto magis homo ab homine, frater à fratre, ne in æternum pereat, non est deserendus, qui correctus intelligere potest, quantum sibi præstabatur beneficium, quando persecutionem perpeti querebatur?

Sicut medicus non habens necessitatem ex cibis qui ægroto proponuntur, gustare, sed illi consulens, primus ex illius cibo degustat, ut persuadeat ægroto prom ptius illos cibos accipere: Sic etiam dominus, quoniam omnes homines mortem timebant, persuadens eis ut fiducialiter ad mortem accederẽt, & ipse gustauit mortem, nullam habens necessitatem.

Sicut arte medici fit in oculis caligantibus, ut possint uidere quod non uident, nec tamen non ipsorum est uisio quam medicina contulerit: Ita in cordibus tardis & hebetibus, per spiritum sanctum acies obducta tergitur, & de uero lumine tenebrosæ iam & deficientes lucernæ lumen accipiunt, nec tamen nisi ipsarum erit quicquid fulgoris acceperint.

Si quis contra præceptum medici, sumptis malorum ciborum succis, & corporis turbata temperie, uel febres, uel quoslibet huiuscemodi incurrerit morbos, certum est quòd nõ propter medicum, sed intemperantiam suam, pestem languoris acceperit. Si uerò medici præcepta custodiens in sospitate perduret, utiq; per medicum dicetur habere gratiam sanitatis: Hoc ergo modo cõsequenter uidebit Deus ipse per se reddere unicuiq; secundum opera sua, quæ bona sunt: mala autem uenire intelligentur, non à Deo, sed ex pessimis intemperantiæ succis, atque cruda prauitate gestorum.

Quum enim à domino iudicamur, ab eo corripimur, ut ne cum hoc mũdo damnemur. Si patienter fert homo ferrum medici secantis aut urentis, ut tollatur uitium corporis, qua fronte recusat ferre Dei manum animæ salutem procurantis?

Ideo,

a Ideo, inquit, obmutui, quoniam tu fecisti: tuo permissu mihi percellit os conuitiator, quemadmodum Satan tuo permissu uexauit beatum Iob. Agnosce quid lateat in organo. Exemplum nobis exhibent taurorũ certamina. Taurus ad primũ aspectum sese mouentis machinæ, oris rictu aut cornuta fronte minitantis, metu resilit: sed mox deprehendit homines esse, qui latentes intus machinam mouent. Eos igitur conatur impetere, machinæ latera concutiens. Sentit hoc brutum animal, & homo non sentit hominem maledicum esse Satanæ machinam atq; organum: illi indignare, non homini, in illum molire uindictam. Nulla autem tibi uindicta speciosior, illi grauior, quàm si confitens culpam tuam patienter feras manũ domini. Ad tempus molestum esse potest, quod facit dominus, sed perniciosum esse non potest: cruciat flagellum, sed expecta sanitatem.

Obest ad existimationem medico scire quid prosit, & quid noceat ægro, nisi cognitione ea quemadmodum oportet, utatur. Et ideo non est cognitio bona, nisi ea utaris, ut oportet. Grauat enim scire, quod uel exequi uel uitare nõ possis. Grauat scire sine usu, atq; opere cognitionis profundæ.

Ad medicũ decem uadunt, decẽ habentes species infirmitatũ. Non omnes eodem modo curat, sed alium alio, alium illo, utputa sanat emplastro, alij aliud tribuit medicamentum, nonnullis quod cauterium nũcupatur, imponit, alium amara, alium dulci temperat potione: cuiusdam uerò uulnera crassiore unguine delinit: Sic & sermo Dei pro qualitatibus hominum loquitur, nec passim sapientiæ suæ ingerit Sacramenta.

Considera medicum, si cessauerit à sectione eius uulneris quod secandum est, si non usserit id quod indiget cauterio, uidelicet propter dolores, qui ex talibus remedijs consequũtur, quomodo crescat infirmitas, & in deterius uetus humor exu-
b beret. Si uerò temerarius ad uulnus sector accesserit & inusserit plagam, curat eũ qui secatur & uritur, quia paululum seueritatis assumpsit, licet uisus fuerit ægrotanti ad horam non misereri: Ita & Deus non unum hominem, sed uniuersum curat orbem, cœlestia, & terrena, & omnia ubiq; dispensat. Et quum hoc prouideat quod uni commodum sit, multo magis prouidet quid toti mundo conducat & hominibus uniuersis. Prouidet quidem & ea quæ uni expediũt, uerùm ita ne unius utilitas omnium damno sit. Idcirco & ignis æternus præparatus est, & gehenna, & tenebræ exteriores: quæ omnia non tam ob eum qui puniendus est, quàm propter uniuersos homines constituta sunt.

Bona igitur & seueritas, quia iusta, si bonus iudex, id est, iustus: item cętera bona, per quæ opus bonum currit bonæ seueritatis, siue ira, siue æmulatio, siue sæuitia: debita enim omnia hæc sunt seueritati, sicut seueritas debitum est iustitiæ. Vindicanda erat procacitas ætatis uerecundiam debentis: atq; ita non poterunt iudici exprobrari quæ iudici accedunt, carentia & ipsa culpa sicut iudex. Quid enim si medicum quidem dicas ẽsse debere, ferramenta uerò eius accuses, quòd secent, & & inurant, & amputent, & constrictent, quando sine instrumento artis medicus esse non possit? Sed accusa malè secantem, importunè amputantem, temerè inurentem, atq; ita ferramenta quoq; eius ut mala ministeria reprehende. Perinde est enim quum Deum quidem iudicem admittis, eos uerò motus & sensus per quos iudicat, destruis?

Medicum in scripturis diuinis dominum nostrum Iesum Christum, etiã ipsius domini sententia perdocemur, sicut dicit in Euangelijs, Non indigent sani medico, sed qui malè habent: non enim ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Omnis autem medicus ex herbarum succis, uel arborum, uel etiam metallorum uenis, uel animantium naturis, profutura corporibus medicamenta componit. Sed herbas istas si quis fortè antequam pro ratione artis componantur, aspiciat,

C ciat, siquidem in agris, aut montibus, uel fœnum uile conculcat & præterit. Si uerò eas intra medici scholam dispositas per ordinem uiderit, licet odorem tristē forte & austerum reddant, tamen suspicabitur eas curæ uel remedij aliquid continere, etiamsi nondum quæ uel qualis sit sanitatis ac remedij uirtus, agnouerit. Hæc de communibus medicis diximus. Veni nunc ad Iesum cœlestem medicum. Intra ad hanc stationem medicinæ eius ecclesiam, uide ibi languentium iacere multitudinem. Venit mulier, quæ ex partu immunda effecta est, uenit leprosus, qui extra castra separatus est pro immunditia lepræ, quærunt à medico remedium, quomodo sanentur, quomodo mundentur: & quia Iesus hic qui medicus est ipse, est & uerbum Dei, ægris suis non herbarum succis, sed uerborum sacramentis medicamenta conquirit: quæ uerborum medicamenta si quis incultius per libros tanquā per agros uideat esse dispersa, ignorans singulorum dictorum uirtutem, ut uilia hæc & nullum sermonis cultum habentia, præteribit. Qui uerò ex aliqua parte didicerit animarum apud Christum esse medicinam, intelliget profectò ex his libris qui in ecclesia recitantur, tanquam ex agris & montibus salutares herbas, adsumere unumquenque debere sermonum duntaxat uim: ut si quis ille est in anima languor, non tam exterioris frondis & corticis, q̄ succi interioris hausta uirtute sanet.

Sicut euenire assolet ut malum medicum expertus, etiam bono timeat se committere: Ita erat ualetudo animæ meæ, quæ utique nisi credendo sanari non poterat, & ne falsa crederet, curari recusabat, resistēs manibus tuis, qui medicamēta fidei cōfecisti, & sparsisti super morbos orbis terrarū, & tantā illis autoritatē tribuisti.

Quid de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum mora præsidij, & periculū extendat dilatione remedij, quò preciosius aut famosius curet? Talis & in Deum Marcionis dicenda sententia est, mali permissorem, iniuriæ fautorem, gratiæ leno

D cinatorem, benignitatis præuaricatorem, quam non statim causæ suæ exhibuit.

Sicut enim medici sinunt in sæui morbi hulceribus humorē colligi, & deinde remedia apponunt: Ita & peccatū oportebat omnes suas species indicare, & deinde magnum medicū imponere pharmaca. Et propterea expectauit Christus, donec diabolus malitiæ mensuram impleret, & tunc demū incarnatus est, & omne genus malitiæ per sanctam uitam suam sanauit.

Vt medici ægrotos frigidam petentes consolātur, & se daturos dicunt, sed fontem causantur et uas, & tempus, & multa huiusmodi, nam si repentè negarent, eos in insaniam uerterent: Sic & nos erga pecuniarum amatores faciamus, & cum dicunt, Diuites esse uolumus, nolumus quāprimum dicere malum esse pecunias, sed assentiamur, dicamusque quòd & nos quoque id uolumus, sed in debito tēpore, sed diuitias ueras, quæ immortalem habent uoluptatem, quæ tibi & non alijs conferunt, sepænumero & inimicis.

Medici corporum ægrotantibus assistentes, & iuxta disciplinam artis suæ uolentes curare eos qui in infirmitatibus constituti sunt, uident tristia, iniocunda pertractant, & in alienis calamitatibus mœrore proprio conficiuntur. Semper eīm conuersatio eorum in gemitu, semper in curis est, nunquam cum lætis consortiū habent: cum uulneratis, cum his quorum carnes incommodis uarijs debilitantur, qui febribus æstuant, qui dolore torquentur, iugi seruitio perseuerant. Et si quis eorum uult implere medicinam, non indignatur, non obliuiscitur propositi artis suæ, postquam cum his fuerit, quos sermo præfatus est. Hæc idcirco dixi, quia & prophetæ medici quodammodo sunt animarum, & illuc semper ire iubentur, ubi languentes sint: non enim necesse habent sani medico, sed hi qui se malè habent. Quod autem à deliciosis ægrotantibus medici patiuntur, hoc sustinent prophetæ ac magistri ab his qui curari nolunt. Odio quippe habentur, quasi præcipientes aduersum desideria languentium, quia prohibent delicijs & cibis uarijs uti eos,

qui

A qui quum sint infirmi, nolunt escis infirmorum uesci. Fugiunt ergo inobedientes atque languentes medicos, & maledictis atque iniurijs repellunt, eaque prorsus eis faciunt, quæ faciat quis inimicis & hostibus suis: abominantur enim eos quasi inimicos uenire, quasi id tantummodo desiderantes, quomodo dolores & uictus parsimonia ex eorum dispositione nascantur, quomodo acutissimo ferro corpora secant & execrantur eos, quasi autores tantorum cruciatuum, & non sanitatis, quæ ex doloribus redditur. Populus igitur ægrotabat uarijs languoribus, & misit illis medicos prophetas Deus.

Solent medici præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, uerbi gratia, ad discutiendam caliginem uisus: sed quum transierit uisum cibi illius aut poculi uirtus, paulatim purgat aspectum, & tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille uel potus profuit oculis. Sed & in alijs similiter corporis partibus eadem fieri solent: Hoc ergo modo credendum est etiam de scriptura sancta, quia utilis est, & animæ prodest, etiamsi sensus noster ad præsens intelligentiam non capit, quoniam, ut diximus, & bonæ uirtutes quæ nobis adsunt, reficiuntur in his sermonib. & pascunt, & cōtrariæ torpescūt his meditationib. & effugantur.

Sicut medici amaritudines quasdam medicamentis inserūt salutis prospectu & sanitatis languentium: Ita & salutis prospectu medicus animarum nostrarum amaritudines nos uitæ huius uoluit pati in diuersis tentationibus, sciens quia finis amaritudinis animæ nostræ dulcedinem salutis acquirat: sicut & è cōtrario finis dulcedinis quæ est in uoluptate corporea, ut diuitis illius exempla docuerunt, amarum finem reddit in infernum pœnarum.

Medici primùm apponunt cataplasmata magis efficacia: & dein rupto uulnere, ea quæ leniunt. Patres quoque quum uiderint filios suos incompositis moribus, B prius grauiter uerberibus corripiunt, & dein admonent & solantur: Hoc modo & nos, quamuis heri uehementiori sermone usi fuerimus, hodie tamen blandius uobis loquemur, & sicut nostra ipsorum membra curabimus.

Sapientes medici quoties membra putrefacta secturi sunt, aut lapides in meatibus affixos extracturi, aut aliud aliquod naturæ uitium correcturi, non id faciūt eo qui laborat in angulum adducto, sed eo in medijs foris deposito, conglomeratoque prætereuntium spectaculo, ita demum admouent sectionem: hoc autem faciunt non quòd uelint humanas traducere calamitates, sed ut unicuique propriæ sanitatis commēdent curam: Itidem & scriptura facit, ubi quem arripuit peccantiū, proponit eum in sublimi suggesto, non in medijs foris, sed in media terra: & posteaquam totius orbis circumsteterit theatrum, tum curationem adhibet, erudiens nos, ut circa propriam salutem cautiores simus. Videamus igitur quo pacto sacerdos tunc, 2. Paral. 26. illum corrigere sit aggressus. Non dixit, O impie, ô sceleratissime, omnia subuertisti confudistique, ad extremam impietatem prorupisti: neque sermonem accusationis in longum produxit, sed quemadmodum hi qui secant, hoc breuiter facere student, celeritate sectionis cruciatus sensum fallentes: Itidem & hic asperitatem obiurgationis paucis uerbis constringens, regis iracundiam cohibuit: quod enim est in his qui laborāt sectio, hoc est in his qui peccāt redargutio.

Si medici pharmaca dare uolentes, ut putridum & corruptum humorem expurgent, à corporali hac uoluptate abstinere præcipiunt, ita ut pharmaci efficaciæ desit obstaculum, & operari suamque uim illa declarare possint: Multo magis nobis spirituale hoc remedium, hoc est, utilitatem quæ ex ieiunio est suscepturis, tenuitate uictus nostram mentem expurgare & leuiorem reddere conuenit, ut ne ebrietate demersa, infrugiferam & inutilem utilitatem, quæ ex illo est, efficiat.

Sicut igitur medici cum fastidientibus ægrotis porrecturi sint saporis amari medicamentum, dulci ipsum liquore aspergunt, atque adeò salutarem amaritudinē

C tegunt: Sic etiam illa philosophia uetus, sententijs suis, fabularum, carminum, ac cantus amictu uelatis, antiquos illos animos cepit, neque aliter quàm dissimulata disciplinæ molestia ad institutionem illexit.

Sicut medici, quando ægrotant, aliorum medicorum auxilio indigent, & infirmitas obliuioni dat artē: Sic & in propheta Dauid, quē Nathan propheta curauit.

Quum medici uasa quædam angusta ore, pleniora desuper, intus concaua, leui lucernæ concepto lumine affigunt corpori, quemadmodum calor ille omnem in se rapiat humorem. Quis igitur dubitet quòd ignitus æther, & magno feruens uapore inflammaret atque exureret omnia, nisi lege quadam sui prohiberetur autoris, ut nec flumina, nec lacus, nec ipsa maria uim eius possint restinguere? Et ideo desuper aqua impetu quodam descendens, in tantos plerunque imbres rumpitur, ut flumina, lacus repentè repleantur, ipsa maria exundent: unde frequenter & solem uidemus madidum atque rorantem.

Sicut medici interdum quum possint celerius obducere uulnerum cicatrices, præsentem dissimulant & differunt sanitatem, melioris sanitatis firmiorisque prospectu, dum melius esse norunt moram facere in tumoribus uulnerum, & maligni humoris fluentes paulisper sinere meatus, quàm festinare ad superficiem sanitatis, & obtrusis in uenis fomitem uenenati humoris includere: qui utique exclusus à salutis meatibus serpet sine dubio in interiora membrorum, atque ipsa uitalia ulscerum penetrabit, non iam morbum corpori, sed uitæ illaturus exitium: Hoc ergo modo & Deus, qui noscit occulta cordis, & prænoscit futura, per multam patientiam indulget fieri quædam, quæ extrinsecus incidentia hominibus prouocent proferri, & in lucem procedere passiones, & uitia quæ celantur intrinsecus, ut per hæc expurgari & curari possint hi, qui per multam negligentiam & incuriā

D peccatorum in se radices ac semina receperunt, ut eiecta foras atque ad superficiem prouocata, euomi quodammodo possint & digeri: ut etiamsi uideatur quis in grauioribus affici malis, dum membrorum omnium sustinet conuulsiones, possit tamen cessare aliquando & desinere, & satietatem capere malorum, & sic ad statum suum post multas molestias reparari.

Non oportet fratres lapsos negligere neque contemnere, uerùm prospicere quidem illis ante peccatum, cæterùm etiam post peccatum multam erga illos præstare curam: Itidem faciunt & medici: præscribunt enim ac præcipiunt hominibus quę possunt illorum sanitatem tueri, omnemque morbum excludere. Cæterùm ubi neglexerint præscripta, & in ualetudinem aduersam inciderint, non negligunt eos ipsi, sed tum maximè multam adhibent solicitudinem, quò illos morbo leuent: Itidem & Paulus fecit, qui eum qui stuprum commiserat, post illud peccatum non contempsit, & cætera.

Quur nam in consummatione seculorum incarnatus sit filius, ac in hunc modum diluit (Gregorius Nyssenus) Quomodo infiniti medici, intus adhuc febri corpus subpurgante, quum per morbum facientes causas adhuc accenditur, nullum adhibent ægroto ex cibis auxilium, expectantes tātisper dum malum hoc ad summum increuerit: Sic & nobiscum actum est. Expectauit animarum medicus, donec uniuersa malitiæ ægritudo panderetur, ut nihil iam abditorum incuratum maneret, medico solummodo, quod patet uisui, curante.

Quemadmodum medici multas molestias obire coguntur, dum & ægrotos, & uictus rationem, & pharmaca curant & parant, uoluptatem quidem nullā habētia, plurimam uerò utilitatem: & quemadmodū patres ubique filijs molesti sunt: Ita & præceptores ac doctores, & multo etiam amplius: medicus enim etsi ægroto inuisus & exosus est, erga cognatos tamen eius, qui eo libenter utuntur, amicè habet, & commodè erga ægrotum etiam ipsum sæpenumero. Et pater tam naturali-

bus

A bus quàm externis legibus munitus multa libertate principatu suo erga filium uti tur, & si inuitum erudierit & percusserit, nemo est qui prohibeat, neq; ipse filius re spicere audebit. Sacerdotē uerò multa grauat difficultas. Primùm quidem uoluntarijs præesse debet, & à quibus principatus sui gratiam referat. Hoc autem nō potest statim contingere: qui enim alios arguit & increpat, qualis tandem sit, omnino amissa gratia exosus redditur. Eodem modo habebit & qui adhortatur alios, & admonet & ad bona prouocat. Si dixero itaq;, pecunias tuas in egenos effundito, inuisum quid & molestum dico. Si dixero, iram castigato, furorem extinguito, absurdam concupiscentiam sedato, uel modicam delitiarum portionem amputato, omnia grauia & inuisa &c.

Quemadmodum medici grauissimorum morborum causas, atq; curam diligentius docent, ut in difficilioribus exercitati qui discunt, facilè quid sibi in alijs faciendum sit intelligant: Sic diuinæ literæ maxima delicta in medium posuerunt, ut inde minora etiam committentes, facilius rationem curationis inueniant.

Nónne medici corporum medicinę portionem diffiniunt, eligere in sumēdis cibis, quid prius, quid posterius, & quemadmodum quidq; sumi oporteat? Nam etsi bonos cōstat esse cibos quos Deus creauit, tu tamē ipsos tibi, si in sumēdo modum & ordinem non obserues, reddis bonos non planè bonos. Ergo quod dico de cibis, hoc sentite de sententijs.

Medicorum peritorum mos est, ut quum ad infirmum introierint, & qualitatem passionis agnouerint ægrotantis, ea quæ necessaria uel apta sunt curę, agnitę adhibeant passioni, nec antè pro infirmo aliquam ordinant curam, quàm integro eius agnouerint causam, ne pro oculo aurem uideantur curare, aut pro manu capiti reperiantur medicinam cōferre, quod est omnino imperitorum, atq; artem B ignorantium medicinę: Sic etiam omnis interpres, nisi antè uim & sensum cognouerit lectionis, quomodo poterit fidem in omnibus conseruare interpretis? Nisi sensum, inquam, dilucidè atq; integrè iuxta linguæ uernacula perlegerit, non facilè ullo modo ea quæ ab alio ædita sunt, in alterius linguæ saporem ueraciter exprimet. Et cū hæc non obseruauerit, aut certè, quod me dicere pudet, ignorauerit: aut aurē pro oculo, aut caput pro manu, tanq̄ imperitus medicus, curare incipiet.

Quemadmodum in medicorum præceptis quando apposite & ex artis ratione fiunt, post experientiam utilitas illorum potissimùm ostēdi solet: Sic & in spiritualibus monitionibus postquam præcepta exitum testimonijs comprobatum ostenderunt, tunc eorum utilitas ad uitæ illorum qui admonentur correctionem & eruditionem manifestatur.

Medicus quando ægritudinem discutit, si curet quod per aliquam causam factum est, & ipsam causam, per quam factum est, non curet, ad tempus uidetur mederi. Causa manente, morbus repetitur. Verbi causa, apertius hoc dicam: Humor in corpore scabiem uel hulcera gignit in corpore, fit magna febris, & non paruus dolor. Exhibentur quædam medicamenta, quę scabiem compescant, & feruorem illum hulceris sedent, & adhibentur, & proficiunt. Vides hominem qui fuit hulcerosus & scabiosus, sanatum: sed quia humor ille non eiectus est, rursum ad hulcus redit. Cognoscens hoc medicus, purgat humorem, detrahit causam, & nulla erūt hulcera. Vnde ergo abundat iniquitas? per superbiam. Cura superbiam, & nulla erit iniquitas. Vt ergo causa omnium morborum curaret, id est, superbia, descēdit, & homo factus est filius Dei.

Nōne uides quid faciāt qui inter medicos sunt diligētiores, quomodo cū ægrotos lauant, & ipsi licet huius nihil egeāt, simul tamen lauent? Ad eū modū & Christus propter te, qui ægrotus es, omnia facit. Atq; ideo neq; uiolenter aliquid abs te petit, sed tuæ magis indigentiæ consulit.

C Quomodo quum medicus apponit uisceribus aliquod forte epithema molestum & ardens, inde tamen curandus est ille, cuius uiscera tumebant, quum ille inde ardere cœperit, & cruciari medicamento, rogat medicum ut auferat medicamentum: medicus autem consolatur, monet eum patientiã, quia nouit quàm utile sit quod apposuit: Ita Deus ait, Sufficit tibi gratia mea: ego noui quid apposuerim, noui unde ægrotes, noui unde saneris.

Vt mel per ægritudinem æstumq; febrium, ea quæ acciderint oris amara, mitificat: Ita animæ nostræ amaritudines, & tristes cupiditatum insalutarium febres, infusa Dei eloquia mitificant, si modò nõ ore contineanť, sed faucibus deuorenť.

Siquidem & mellis satietas uomitum mouet, quamuis sit mel. Breuiter, ut Salomon, sic & mihi uidetur, suum cuiq; officio destinatũ esse tempus. Et uidemus quæ per se bona sunt, si non bene quoq; tractentur, boni gratiam amittere: nõ aliter atq; hybernis mensibus sunt intempestiui flores: nec mulieres uirilis, nec uiros muliebris ornatus decuerit. Vt nec luctui cõuenit musica, nec in potũ lachrymę.

Sicut mellis natura non adeò uerbo persuaderi his qui minimè sunt experti, quantum in ipso gustu cognosci potest: Sic nec cœlestis uerbi bonitas clarè præceptis aut doctrinis tradi poterit: non enim nisi ueritatis dogmata penitus probãtes, propria experientia domini bonitatem deprehendere possumus.

Melodiæ iucunditatem dogmatis immiscuit, ut aurium oblectatione deliniti, sermonis utilitatem latenter susciperemus, more medici sapientis, qui pueris medicinas aliquanto austeriores daturus, ut uorantibus nauseam discutiat, melle poculum circumlinit: Sic nobis non ætate, quàm moribus pueris hæc apta modulamina psalmorum offeruntur, ut specie quidem oblectare uideantur, re autẽ uera nostra facilius instruant, ac purgatas reddant mentes.

D Sicut membrum à corpore præcisum uiuere non potest, neq; ramus arboris uiridis esse: sic & omnes hæretici præcisi à corpore unius ecclesiæ, nec uitam Christi in se habere possunt, nec uiriditatem gratiæ spiritualis, sed est ecclesia eorum deserta, non ab hominibus: abundat enim peruersis hominibus, quomodo semper malorũ maior est copia, q̃ bonorũ: sed deserta est à sanctis, deserta est à sanctitate, à fide, à ueritate, à gratia, à spiritu. Deserta deniq; ab ipso Deo, & à bonis omnib. quę sunt Dei. Sicut ẽm homo qui Dei non est, mortuus dicitur esse, quãuis uiuat, quia non Deo, sed diabolo uiuit: Sic omnis ecclesia, quamuis abundet hominibus, tamen si ab illis bonis, quæ dicta sunt, defuerit, deserta est: quia non Deo, sed diabolo ac Satanæ plena est.

Quantum perturbationis adfert unum membrum luxatum, quanta calamitas sit, si quis manibus pedum loco, aut pedibus manuũ uice cogatur uti, aut si quod nonnullis morbo accidit, lotium & alui excrementa per os reddantur: Similis perturbatio nascitur in rebus humanis, si populus imperet magistratui, leges seruiãt priuatis affectibus, principes negocientur, episcopi dominentur, Theologi calumnientur, pontifices belligerentur, monachi uoluptuentur, agricolę tumultuenť.

Vt ille qui exercet membra sua palæstra, diutius exercet ut roboret: Ita qui exercet mentem suam in scripturis diuinis, uel in consilijs, diutius exercere solet.

Quemadmodum in uehementi rigore congelascunt membra suntq; mortuæ: Itidem & in peccatorum hyeme horror animæ nihil suorum officiorum peragit, concreta ueluti à rigore conscientiæ. Quod corpori frigus est, hoc est animæ mala conscientia, unde & timiditas nascitur.

Sicut membra corporis singula quæq; proprios habent actus, & officijs suis unumquodq; deseruit, nec tamen possibile est ut non consensu mutuo sibi inuicẽ cedant: Ita & in ecclesia, quæ est corpus Christi, diuersos singuli habemus actus, uerbi gratia, Alius studium omne erga sapientiam Dei, & doctrinam uerbi adhibet, &

A bet, & in meditatione legis diuinæ die ac nocte persistit, & est magni huius corporis oculus: alius erga ministerium fratrum, & indigentium curam, & est sancti huius corporis manus: alius studiosus auditor uerbi Dei, & auris est corporis: alius ad uisendos decumbentes, & requirendos tribulantes, pes est, &c.

Vt omnia inter se membra cõsentiunt, quia singula seruari totius interest: Ita homines singulis parcent, quia ad cœtum geniti sumus.

Qualis est stupentium membrorum motus sensusq; : Talis qui sua sensa eloqui nescit animus.

Ad hoc spectaculum inuitat oculos Dei, quum ait, Ecce: Sic mendici prætereuntium oculis ostendunt hulcera sua, ut moueant misericordiam, & si quis a spexerit, sperant eleemosynam. Hoc animo beatus Iob commemorat humanæ uitæ breuitatem, ut dominum ad miserendum prouocet. Parce, inquit, mihi domine, nihil enim sunt dies mei.

Aliter & sapientius mendici, quàm nos, misericordiam implorant: nam eleemosynam petentes, non preciosas uestes ostendunt, seminuda membra, aut hulcera si habuerint, hominum aspectibus exhibent. Hoc uerò exemplo Pharisæi, si quid boni fecerimus aut minus malum quàm alij, Deo ueluti exprobramus.

Atq; hæc est, frater, uerè dementia, non cogitare, nec scire quòd mendacia nõ diu fallant, noctem tam diu esse, quàm diu illucescat dies: clarificato autem die, & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocinia cessare.

Ex mensa corporali, si una uel secunda die caro cocta manserit, caro deperit & corrumpitur: In proloquenda autem sapientia Dei aliter est. Si integrum permanserit annum, suauitatem suam longè lateq; diffundit. Remansit caro, & post paululum

B perputrescit: remansit sapientia, & suauior redditur: comedit quis carnem, sentiet corruptelam: comedit sapientiam, eructat uerbum bonum, & proximum suum replet dulcedine.

Quemadmodum qui mensæ & fonti assident, non sic uidendo dolent, ut cui permissum est attingere, & tamen ne degustet, prohibetur: Sic utiq; qui ad contrectanda uirginum corpora admittuntur, grauius puniuntur, quàm qui ex solius spectaculi refocillatione hauriunt cruciatum.

Et sicut mens quum in toto diffusa sit homine, ex parte tamen corporis, id est, lingua signatur, neq; tamen ideo quisquam mentis substantiam dicit imminui: Ita & uerbum quum per omnia sit indignum aut indecẽs, minimè uideri debet, si humano uti uoluerit ad se ac patrem iudicandum instrumento: nam si, ut iam diximus, indecens est corporis uti instrumento, indecens erit ipsum & in toto esse.

Quantulũ enim uidere possemus, si mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernarum rimulas attenderet: ut si quis uel transpicere per cicutam, nõ plus profectò cernat, quàm cicutæ ipsius capacitas comprehendat.

Mens ueri iusti non debet esse similis ceræ, uel alterius cuiusquã materiæ mollioris, quæ semper characteri signantium cedens, pro eius forma atq; imagine figuratur, quanquam in se tandiu retinet, donec alio rursus superimpresso signaculo reformetur, atq; ita fiet ut nunquam in sua qualitate persistens, ad formam eorũ quæ imprimuntur, semper conuertatur ac transeat: quin potius debet uelut quoddam esse adamantinum signatorium, ut inuiolabilem mens nostra figurã sui semper custodiens characteris, uniuersa quæ incurrerint sibi ad qualitatem sui status, signet atq; transformet, ipsa uerò insigniri nullis incursibus possit.

Quemadmodum sanæ mentis nemo audebit unquam maris pelagus humanis pertransire pedibus: Sic nec ex sapientibus quisquã, summeq; peritis tentabit quãdoq; nobilis illius ac beatę animæ, uidelicet Iob, laudes audientibus enarrare.

C Omnem enim humanam sapientiam officiosa eius facta superexcedunt, eiusq; lu ctatio humanam omnem diadematis autoritatem superat.

Humanæ mentis natura est, ut si cogitatione aliquid contemplemur, talem se nobis unaquæq; species exhibeat, qualem eam & cogitando formemus: quoquo enim mentis nostræ oculos intenderimus, idipsum in quo defixi sunt, referunt ad sensum: & ut planius intelligi id quod dictum est, possit, afferemus exemplum: Si quis hyemali die uer cogitauerit, & ornatum eius lumine mentis inspexerit, oblite rata hyeme, in qua sitit atq; algeat, totum ei in sensu suo uer cum habitu sui ornatuq; consistet, adeò mentis oculi oculis corporis præstãt, ut ineũte in nos obliuione præsentiũ, totos nos obtineat quidã quasi animo præsumptus usus absentiũ.

Quemadmodum illud est grauissimum in mente captis & attonitis, quòd cũ ægrotent, nec hoc ipsum sentiant se esse ægrotos: Sic & Iudæi, nunc cũ sint ebrij, non sentiunt tamen morbum suum.

Quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus uterus, & præparat non sibi, sed illi loco, in quem uidemur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: Sic per hoc spatium quod ab infantia patet in senectutem, in alium naturæ sumimur partum.

Mercator ditescere cupiens, non solùm cupiditatibus animi acquiescit, sed nauem parat, nautas cogit, hortatur gubernatorem, & alia quæ nauigationi opus sunt, diligenter disponit. Aurum præterea mutuatur, maria traijcit, & innumeris periculis, quibus se mari credentes iactari consueuerunt, se exponens, peregrinas appellit terras: Itidem & nos oportet uoluntatem refapplicare. Nauigamus nanq; & nos nauigationem, non ab alia in aliam terram, sed à terra in cœlum. Quare tota mente intendamus ad eam gubernationem, quæ nos supernè erigat, & nautas

D rationi obsequentes, & nauem nobis firmam comparemus, ne tentationum procellis, aut ullis secularibus demergatur affectibus, neq; superbiæ spiritu efferatur, sed leuis & expedita ad superna euadat.

Mercator dum quicquam emit, & iam aliquod pignus recepit, tametsi merces suas nondum habeat, eas tamen habere se reputat: Deus suam gloriam nobis promisit in pignus interim, & filium suum in eucharistia dedit.

Vellem tanquam bonus mercator, & ubiq; lucri cupidus, & hic quoq; uobis mercis aliquid afferre. Deambulabam ociosus in littore, inclinante iam die (consueui enim semper curas talibus dissoluere remissionibus) iam nec arcus sufferre potest, ut assiduè intendatur, sed indiget ut parumper quandoq; laxetur, si rursus usui esse debeat, & nequaquam inutilis sagittario in tempore necessitatis. Deambulabam igitur & pedes me ferebant, aspectus uerò ad mare dirigebatur. Erat autem spectaculum illud nequaquam iucundum, licet aliâs sit gratissimum, quum tranquillum est & purpurascit, leniterq; ac placidè littoribus allidit. Sed quid hoc erat? dicam enim lubens uerbis scripturæ: Vento magno flante, insurgebat mare & fluctuabat: undæ autem quemadmodum in similibus fieri solet, partim à longè intumescebant, ac paulatim attollebantur, inde confractæ littoribus illidebantur: aliæ autem proximis impactę scopulis ac repulsę, in spumamq; uersæ, leuitate sua in altum iactabantur, tum conchæ & phocus marinus, necnon ex ostreis leuissima quæq; nunc expellebantur & eijciebantur, nunc uerò rursus resorbebantur, quum unda rediret. At quædam immobilia erant & firma, nihilq; perpetiebant nec perturbabantur, præterquam quòd undis tundebantur. Hinc ego ad Philosophiæ utilitatem aliquid desumpsi, &c. Mare uita nostra est (humana enim multũ falsi ac instabilitatis habent) uenti autem sunt tentationes incidentes, & quæ inexpectatæ eueniunt Quod mihi & admirandus ille Dauid cognouisse uidetur, dum ait, Salua me domine, quoniam ingressæ sunt aquæ usq; ad animam meam, & libe-

A & libera me à profundo aquarum, & perueni ad imum maris, ac tempestas submersit me. Ex his autem quæ tentabantur, quæ mihi ostrearum demortuarum testæ leuissimæ uidebantur, quæ flatu hinc inde iactarentur, & nihil omnino tentationibus resistebant: non enim in seipsis robur habebant, & grauitatem consilij sapientis, quibus aduersitatibus resistere possent incidentibus. Quidam autem uidebantur petra, petra illa digni suprà quam firmati sumus, & cui seruimus quicũq; sapienti usi ratione, & multorum exuperantes humilitatem omnia tolerant constanter & inconcusse, deridentq; eos, uel miserentur eorum qui cõcutiuntur. Hoc quidem propter sapientiam, illud autem propter humanitatem. Ipsi autem inter turpia ponunt absentia mala contemnere, seu potius non timenda esse, præsentia uerò inculpare: & quæ nam ex his: transitoria nempe nõ secus ac stabilia, & extra tempus philosophari, at in necessitatibus omni carere prudentia: quemadmodũ si quis se optimum athletam censeat, quum tamen nunquam in stadium descenderit, aut gubernatorem eximium, qui in tranquillitate multum de arte gloriatur, in tempestate autem gubernacula relinquit.

Quemadmodum mercatores non maris pericula, sed lucrum expectant: Ita & nos cœlum & Dei præsentiam. Oportet enim in rebus grauibus & molestis, non labores, sed præmia considerare.

Sicut nemo ideo conducit mercenarium, ut hoc solùm faciat quòd manducet: Sic & nos non ideo uocati sumus à Christo, ut hæc sola operemur quæ ad nostrũ pertinent usum, sed ad gloriam Dei. Et sicut mercenarius qui hoc solũ facit quòd manducat, sine causa ambulat in domo: Sic & nos si sola hæc facimus, quæ ad nostram pertinent utilitatem, sine causa uiuimus super terram. Et sicut mercenarius prius aspicit opus suum, deinde diaria sua: Sic & nos si mercenarij Christi sumus,
B primùm debemus aspicere quæ ad gloriam Dei pertinent proximiq; profectum (quia charitas & uerus amor erga Deum non quærit quæ sua, sed ad libitũ amati cuncta desiderat perficere) deinde quæ ad nostram utilitatem. Et sicut mercenarius totam diem circa domini opus impendit, unam autem horam circa suum cibum: Sic & nos omne tempus uitæ nostræ debemus impendere circa opus gloriæ Dei, modicam autem partem circa usus nostros terrenos. Et sicut si mercenarius qua die opus non fecerit, erubescit intrare domum, & petere sibi panem: quomodo tu non confunderis intrare in ecclesiam, & stare ante conspectum Dei, quando nihil boni in conspectu Dei gessisti?

Vulgò aiunt, Merces ultroneæ putent, & chariora nobis esse solent, quæ nõnullo labore consequuti sumus, quàm quæ sua sponte obtigerunt: Ita gratiora nobis sunt, quæ quasi labore quodam ingenij per parabolas discuntur, quàm quæ sine ulla orationis figura simpliciter narrantur. Et quemadmodũ radius solis speculo exceptus plus habet caloris: Ita quæ per parabolas offeruntur, magis afficiũt animos, quàm quæ simpliciter commemorantur. Optimum igitur consilium est, quo Christus doctrinam Euangelij sui per parabolas frequenter explicat, uidelicet ut & doctrina eius nobis sit iucundior, & animis nostris altius infigatur.

Quemadmodum meretrix ita inter multos se diuidit, ut nemo non aliquod signũ familiaris animi ferat: Ita qui beneficia sua amabilia uult esse, excogitat quomodo & multi obligent, & tamẽ singuli habeant aliquid, quo se cæteris præferãt.

Sicut meretrix uxor uirum suum se fingit amare, uerè autem amat adulterum, & in facie istius quidem est, in corde autem alterius: Sic & Iudæi uidebantur esse Dei cultores, erant autem diaboli amatores.

Sicut plerũq; meretricis uultus cũ turpis & fœdus per naturã est, fucis & coloribus pigmentatus prostituitur ad decipiendos eos qui ignorãt, quæ fœditas sub uelamine fuci illius contegitur: Ita diuitiæ faciunt, cũ adulationẽ uolunt honorem

uideri,

C uideri. Neq; enim uoces illę populi per quas iudicibus acclamatur, ex ueritate proferuntur, sed & ipsę sunt quibus fucatum nomen honoris depingitur. Nam si sententias interroges acclamantium tibi, inuenies apud unumquęq; eorum mille te capitibus accusari. Denique ubi metus cessauerit potestatis, & publicæ pompæ fuerit scena resoluta, tunc uideas quanti oblatrantes, quanti obloquentes, quanti insimulantes, & hi omnes ex illis sunt, qui prius acclamabant, & immensis te laudibus extollebant: hæc tu honorem dicis? & hæc diuitijs quęrenda credis, quæ etiã si sponte adessent, recusanda erant: plus enim odij quàm amoris requirunt.

Sicut non omnis homo potest se mergere, & de profundo tollere margaritas, nisi artifex qui habet usum rei illius: Sic non omnis homo potest descendere in altitudinem sensuum, & illic inuenire mysteriorum absconditas margaritas, nisi uir spiritualis qui habet exercitationem spiritualium narrationũ Dei. Propterea margaritę nõ sunt dandę nisi desiderãtibus ueritatẽ, & cũ ratione humana uiuẽtibus.

Quemadmodum is qui multum ebibit merum, seseq; ingurgitauit, illiberales uoces effundit, aliudq; pro alio uidet: Sic & scortator ueluti mero quopiam sua cupiditate repletus, neq; sana profert uerba, sed obscœna omnia, sed perniciosa, sed illiberalia, risusq; plena, aliaq; pro alijs uidet, cæcutiens ad ea quæ cernuntur.

Sed sicut, uerbi gratia, stanni metallum quod alicuius utilitatis & gratiæ putabatur, fit argenti contemplatione uilissimum, & rursum auri comparatione, meritum euanescit argenti: aurum quoq; ipsum gemmarum collatione contemnitur, & ipsarum nihilominus quamuis insignium multitudo gemmarum unius margaritæ candore superatur: Ita illa omnia merita sanctitatis, quamuis non solùm in præsenti bona & utilia sunt, uerumetiã donũ æternitatis acquirãt, tamen si diuinęcontẽplationis meritis cõferant, uilia, atq;, ut ita dixerim, uẽdibilia censebunt.

D Vt quædam metalla atq; gemmæ naturæ suæ fulgorem in ea quæ sibi proxima, refundunt, & æmulantem speciem ex intima sui specie præstant: & ut Moses ex contemplatione gloriæ Dei lumen accepit, ita ut honorem gloriæ suæ populus sustinere non posset: Sic & propheta seruum Dei se illuminari, precari, & iustificationes Dei doceri, ut à se non ex parte, neq; per legis umbram, sed facie ad faciem, & spirituali contemplatione cernatur.

Qui metalla fodere aggreditur, artis ignarus auri uenas non inuenit, sed confunditur, & laborem subit incassum: Ita qui diuinarum scripturarũ ordinem non intelligunt, qui earum proprietates, qui leges non disquirũt, sed omnia ad uerborum sonum accipiunt, aurum terræ confundentes, nunquam reconditum in his thesaurum assequuntur.

Leuium metallorum fructus in summo est, illa opulentissima sunt, quorum in alto latet uena assiduè plenius responsura fodienti. Hæc quibus delectatur uulgus, tenuem habent ac perfunctoriam uoluptatem, & quodcunq; inuentitiũ gaudium est, fundamento caret. Hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, solidum est, & quod plus pateat introrsus.

Cùm uideas quòd mortale ingenium demersas in profundum terræ metallorum uenas rimatur, & artificis oculus aurum uidet, in quo imperitus terram esse putet, & quum auri propriam esse uenam, & argenti aliam, æris quoq; disparem, ferri quoq; & plumbi diuersa in terra species latẽre, mortale deprehẽdit ingeniũ: Diuina uirtus inuenire posse, & discernere nõ putabitur uniuscuiusq; carnis proprium sensum, etiamsi uideatur dispersum?

Dic quæso, quomodo per metallicam artem auri natura cõflatur? uel quomodo uitri puritas ex harena fit? Verùm non habes quæ dicas. Si igitur hæc quæ ante oculos sunt posita, & quæ per Dei misericordiam humana operatur sapientia, edici nequeũt: quæ à Deo ipso facta sunt, curiositate tua inquiris homo?

Vt mi-

A Vt miles qui Imperatorem diligit, bella pro Imperatore ſuſcepta non metuit: ut ſeruus amans dominum, quamuis per dubia & prærupta mittatur, tamen omnia pericula domini amore contemnit, ac ſi quis dominum petat, ſeipſum offerre nõ trepidat: ut qui trãs mare poſitos filios uidere deſiderat, nõ metuit naufragia liberorum charitate, ingreditur maris fluctus, ſubit incerta nauigij, ſed metum diſcriminis leuant deſideria filiorum: Ita etiam perfecta charitas excludit timorem.

Miles qui ingreditur iter, uiandi ordinem non ipſe diſponit ſibi, nec pro ſuo arbitrio uiam carpit, nec uoluntaria captat compendia, ne recedat à ſignis, ſed itinerarium ab Imperatore accipit & cuſtodit illud, præſcripto incedit ordine, cum armis ſuis ambulat, rectaqꝫ uia conficit iter, ut inueniat commeantiũ parata ſibi ſubſidia. Si alio ambulauerit itinere, annonam accipit, manſionem paratam non inuenit, quia Imperator his iubet, hæc preparari omnia qui ſequuntur, nec dextra, nec ſiniſtra à præſcripto itinere declinant, meritoqꝫ non deficit qui Imperatorem ſequitur ſuum: moderatè eñ ambulat, quia Imperator nõ quod ſibi utile, ſed quod omnibus poſſibile conſiderat: ideo & ſtatiuas ordinat, triduo ambulat exercitus, quarto requieſcit die. Eliguntur ciuitates in quibus triduum, quatriduum, & plures interponantur dies, ſi aquis abũdant, commercijs frequentantur, & ita ſine labore cõficitur iter, donec ad eam urbem perueniatur, quæ regalis eligitur, in qua feſſis exercitibus requies miniſtretur. Hanc legem uiandi eſſe præſcriptam Chriſto ducente, ſanctis commeantibus, recognoſcas uelim: profecti ſunt enim & patres noſtri de terra Aegypti per longa ſpatia terrarum, quorũ ſtatiuæ omnes manſioneſqꝫ deſcriptæ ſint. Vide Ambroſ. in pſal. 118. ſer. 5.

Neqꝫ idoneus poteſt eſſe miles ad bellum, qui non exercitatus in campo prius fuerit: aut qui agoniſticã coronã quærit adipiſci, in ſtadio nõ coronabit̃, niſi uſum
B & peritiam uirium antè meditetur.

Vt bonus miles ferat uulnera, enumerabit cicatrices, & tranſuerberatus telis, moriens amabit eum, pro quo cadet, Imperatorem: habebit in animo illud uetus, Deum ſequere. Quiſquis autem cogitur, queritur, & plorat, & gemit, imperata facere ui cogitur, & inuitus rapitur ad iuſſa nihilominus: quæ autem dementia eſt potius trahi quàm ſequi?

Si miles pro defendenda patria decertans, & latro contra ciues ſuos armatus, eiſdem utriqꝫ muniti fuerint armis: non enim armaturæ eſt uitium, ſed malè utentium: Hoc ſanè & de carne dicendum, quæ uel hoc, uel illud fit, nòn ex ſua ipſius natura, ſed ex prædominante mentis ſententia. Oculus quidem quum alienã pulchritudinem curioſe contemplatur, iam inſtrumentum factus eſt iniuſtitiæ, uerũ non ex genuina ſua actione (oculi quippe officium eſt naturale uidere, non malè uidere) ſed ex cogitatione malitiam iubente: ſi uerò freno illum cohibueris, iuſtitiæ factus eſt inſtrumentum: ea quoqꝫ ratio eſt linguæ, ea eſt manuum, reliquorumqꝫ membrorum omnium.

Animum præcognita parant, confirmant prænunciata, monent expectata, & nos reddunt per omnia fortiores. Sicut miles de ſuperuentu hoſtis habet periculũ: Ita ſi hoſtem præſciat, fert triumphum. Rex fortis quamuis fortiũ munitur accinctu, non ualet cauere ignota, nota agmina etiam ſingularis neſcit timere bellator. Hinc dominus diſcipulos ſuos tempeſtatem totam paſſionis ſuæ antè ſcire uoluit, ut in ipſo turbine magnanimes faceret, redderet fortiores.

Sicut miles, ſi geſtauerit arma ſeſe grauãtia, licet alioquin ſtrenuus ſit, & in militia exercitatus, non eſt terrori hoſtibus, qui ſciunt armaturæ grauitatem pedum uelocitati, & bellandi uſui obeſſe: ſin leuia acceperit & tractabilia, ſicut auis aliqua obuium ſe feret hoſtibus, ſic & qui carnem ſuam non ebrietate, neqꝫ indulgentia neqꝫ delicijs incraſſarit, ſed ieiunijs & precibus, diuturnaqꝫ afflictionum ſuſtinen

C tiā leuiorē et tenuiorē effecerit: Sicut uolucris aliqua supnè deuolās, ita ualidò impetu in phalāgas dæmonū irruit, et occurrētes uirtutes facilè inuadit sibiq; subijcit.

Neq; propterea pro patria non est miles armandus, quia contra patriam nonnulli arma sumpserunt. Aut ideo uti nō debent boni doctiq; medici ferramentis medicinalibus ad salutem, quia his ad pernitiem etiam indocti pessimiq; abutuntur: quis enim nescit, sicut utilia uel inutilia fuerint ea quæ quærantur: ita eloquentiam, hoc est, peritiam facultatemq; dicendi sic esse utilem uel inutilem, ut fuerint utilia uel inutilia quæ dicuntur? Quod nec te ignorare arbitror.

Sicut enim is qui acceperit sub se milites, etiamsi ipse inferior, & illi superiores sint uiribus, tamē dicit huic, Vade, & uadit: & alij, Veni, & uenit: & alij, Fac hoc, & facit: hoc autem potest nō propria uirtute, sed Cæsaris metu: Ita & fidelis quisq; dæmonibus imperat, etiamsi uideantur illi multo esse hominibus fortiores, non propter suam uirtutem, sed propter Dei, qui eos subiecit potestati: nam &, quod diximus, ut Cæsar apud omnes milites, & in omnibus castris, atq; in omni regno timeatur, quū sit unus, & fortassis exiguus uiribus, non nisi potestate Dei agit, qui timorem dat omnibus ut uni obtemperent.

Quemadmodum faciunt milites, ubi commisso prælio uerterint in fugam aduersarios, ab insectatione redeuntes, non protinus currunt ad tabernacula, sed prius ad conflictus locum profecti, tollunt eos qui ex ipsorum numero cæsi sunt, ac uita quidem defunctos terra occulunt, cæterum si quos uiderint inter mortuos spirantes adhuc, nec letale uulnus habentes, his in tentoria sublatis multam adhibent curationē extracto telo, accersitis medicis, absterso sanguine, pharmacis porrectis, reliquaq; omni curatione admota ad sanitatem reducunt: Et nos igitur opitulante Dei gratia Iudæos persequuti sumus armatis aduersus illos undiquaque

D prophetis, reuersi ad nos uideamus, num qui fratrum nostrorum ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti sint, num qui illis in festo cōmunicauerint, ac neminem quidem tradamus sepulturæ, sed potius sublatos omnes curemus: nam sub externis quidem hostibus, qui semel conciderit animamq; efflarit, fieri non potest ut miles eum recuperet, & ad uitam reuocet. Cæterū in hoc bello prælioq; etiamsi quis letale uulnus acceperit, fieri potest ut auxiliante nobis Dei gratia eum ad uitam reducamus: non enim hæc naturæ mors est, quemadmodum illa, sed uoluntatis ac propositi. Voluntatem autem mortuam licet denuò suscitare, animæq; morti datæ persuadere licet, ut ad suam uitam redeat, suumq; dominum agnoscat.

Aduersus hāc igiť hac regula cōmunienda mens est, ut lapsi in peccatū nō solū nō desperemus, sed gnauos milites imitemur, quos nō rarò pudor ignominiæ, & accepti uulneris dolor nō modò nō cōijcit in fugā, uerū ad fortius, q̃ antea pugnādum acuit redintegratq;: Itidē nos quoq;, simulatq; in capitalē noxā fuerimus inducti, ilico properemus redire ad cor, & lapsus ignominiā noua uirtutis alacritate sarcire. facilius uni uulneri medeberis q̃ multis, facilius recēti q̃ inueterato putriq;

Sicut milites absq; difficultate, nunc huc, nunc illuc tentoria sua erigunt: Ita & Iustus Abraham, quamuis secum duceret uxorem & fratris filium, & tantum serorum numerum, maiori tamen facilitate migrare solebat.

Quemadmodum milites in multitudinem erupturos nemo patiť exire, priusquam armati fuerint, neq; quisquam equos sinit à carcere prosilire priusquam aurigam nacti sint: Ita nec Christus discipulos suos passus est in acie cōspici, priusq̃ descenderet spiritus, ne facilè caperentur & abducerentur à multitudine.

Sicut in hominū potestatibus manifesti quidam sunt milites, qui honoribus ministrando insistunt, atq; certissimi sunt milites, qui ad exigendas pœnas segregantur: Sic hoc in loco (Iob 1. ubi diabolus adstitit domino) ad ministeria quidem bona, atq; ad hominum dispensationes sancti angeli, ad malorum uerò hominum

pœnas

A pœnas postulandas dæmones transmittuntur.

Multa sunt toleranda militibus, sed præsto est certa uictoria: Sic hoc Imperator homo posset certò polliceri suis, quàm haberet alacres ad omne periculum milites. Quid promittit Epaminondas, aut alius huic similis militi? Si uincat, prædæ partem: si cadat, fortitudinis gloriam, eamq́ breui abolendam. Noster imperator Christus suis militibus & hic promittit salarium bonæ conscientiæ, & in posterũ sempiternam gloriam, & quod promittit, non minus facilè præstat quàm promittit: quur non alacribus animis adimus pugnam? Si quis nosse uolet quot tempestates sint ferendæ militi Christiano, legat beatum Paulum sua stratagemata commemorantem. 2. Corinth. 11.

Quemadmodum militibus signum: Ita fidelibus inditur spiritus, ut si deseras ordinem, conspicuus sis omnibus.

Sicut ne res quidem militaris, nisi unum habeat ducem atq; rectorem. Quid si in uno exercitu tot fuerint Imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alæ, primùm nec instrui potest acies, unoquoq; periculum recusante, nec regi facilè aut temperari, quòd suis proprijs consilijs utantur omnes, quorum diuersitates plus noceant quàm prosint? Sic in hoc rerum naturæ imperio nisi unus fuerit, ad quem totius summa cura referatur, uniuersa soluentur & corruent.

An non uidetis in militaribus castris quid fiat? quomodo pace cõcessa milites, nudi, sepositisq; bellicis armis, securi hostium castra perurãseant. Quum uerò rursus armatura bellica muniuntur, custodiæ ponuntur, uigiliæ nocturnæ seruanẽ, rogiq; accensi undiq; cernuntur, certè apertum hoc agnoscis non pacis, sed belli indicium: Iam & in nobis hoc idem fieri uidere est. Etenim uicissim alius alium obseruat, cauet, ueretur, atque in aurem proximi cautus quisque susurrat. Quòd si

B uerò uiderimus alium quempiam accedere, silemus, intercisisq; quæ agebantur, aliud instituimus, &c.

Nam si is qui in hac terrestri militia regi suo fidem seruat in aliquo egregio facinore, si postea uixerit, acceptior fit & charior: si perierit, summam consequitur gloriam, quòd pro duce suo mortem occubuerit: Quãto magis Imperatori omnium Deo fides seruanda est, qui non tantùm uiuentibus, sed & mortuis potest præmiũ uirtutis exoluere?

Quemadmodum primum militiæ uinculum est religio, & signorum amor, & deserendi nefas, tunc deinde facilè cætera exiguntur, mandãturq; ad iusiurandum adactis: Ita in his, quos uelis ad beatam uitam perducere, prima fundamẽta iacienda sunt, & insinuanda uirtus.

Quum enim qui huic militant mundo, toties sua corpora telis hostiũ obijciãt, suamq; uitam ambigui Martis aleæ committant, ut supplicationem, ouationem, aut etiam triumphum assequãtur, eumq; ridiculum uerius ac ludicrum, quàm speciosum, quem nemo uir grauis absq; risu uidere posset, cuius uniuersa pompa una circumagitur die: Quid nõ facient Christi milites, ut æternum illum triumphum assequantur in cœlis? Quanta nunc est gloria martyrum, qui suũ effundendo sanguinem, per fidem uicerũt regna, operati sunt iustitiam, & adepti sunt beatas promissiones? Quorum encomia per uniuersum resonant orbem, & angelis applaudentibus sempiternũ cũ duce suo Christo triumphũ agũt in cœlesti Hierosolyma.

Sicut est aliquando misericordia puniens: Ita est crudelitas parcens: quis enim non crudelem uerius dixerit eum, qui puero pepercerit uolenti obstinatissimè de serpentibus ludere? Quis autem non misericordem, qui talia prohibens, contemptorem uerborum etiam uerberibus emendauerit?

Vt enim millenarius numerus per se quidẽ multus est, sed collatus ad sexcentas myriadas, nullus penè numerus est: Ita ecclesia Christi multa est per se conside

C rata, pauca uerò est, collata ad ingentem impiorum, qui pereunt, multitudinem.

Quemadmodum in mimis est, qui personas suscipiunt aliquorũ, & non sunt ipsi quos simulant, sed uidentur: Sic qui iustitiam simulat, simulata iustitia eius nõ est iustitia, sed uidetur. Est enim non iustitia, sed figmentum iustitiæ. Sic & in seductione castitas ficta, non est castitas, sed uidetur.

Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi: quod per illum fluit, purum est: quod per illum transit, liquidum est: uenit ad fertilem terram, puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest, per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans, sed tamen hortis plurimum fructum affert: spiritualis enim uirtus sacramenti ita est, ut lux & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundos transeat, non inquinatur.

Quemadmodum igitur quãdo per carnem miracula efficiebat (sputo enim cæcum curauit, & manu extensa, feretroq; tacto unigenitum uiduæ filium è mortuis reuocauit: & uoce instrumẽtis corporis emissa, Lazare, dixit, ueni foras) non ipsi ut homini hæc, sed ut Deo attribuimus: Sic quando humano more aliquid de se ipso dicit, quod alienum à deitate sua uideatur, carni id ipsum accommodare debemus. Sic enim singula factorum atq; dictorum congruè distribuentes, à uera cognitione saluatoris non aberrabimus.

Sicut Moab & filij Ammon de consanguinitate Abrahæ descenderunt, & tamen genus Abrahæ semper oderunt: Ita hæretici in Christum se credere dicũt, & tamen Christianorum catholicam fidem subuertere semper conati sunt. Et quis hoc nesciat, quòd de sanguine Abrahæ, per incestum nati sunt Moab & filij Ammon? Dormierunt enim filiæ Loth nepotis Abrahæ cum patre suo, & maior quidem filia Moab, minor autem peperit Ammon. Et Moab quidem, ex patre: Ammon, populus turbidus interpretatur. Quis autem populus magis turbidus, quã hæreticorum cœtus, qui aliós turbida & cœnulenta potant doctrina, uelut turbida aqua? sunt enim hæretici ex patre diabolo ęquè ut Iudęi, quibus ipse dominus, Vos, inquit, ex patre diabolo estis. Igitur ut Philistini, ita Moab & filij Ammon, id est, sicut Iudæi, sic & hæretici in desertum erunt usq; in æternum: quippe qui deserentes Deum, & à Deo deserti, absq; dubio peribunt in sempiternum. Audiui enim, inquit Moab, opprobriũ, et blasphemias filiorũ Ammon, scilicet hereticorũ, qui nimirum exprobrauerũt populo meo, populo Christiano secundũ exemplũ Moab, & magnificati super terminos eorum, secũdum exemplũ filiorũ Ammon.

D

Quemadmodum modestio, quatenus intemperantiæ & immodestiæ cogitationes pellat: Ita & credenti, quatenus incredulitatis obiecta excludat, fortitudine menteq; firma opus est.

Modij sunt homines, mundiales, uacui à Deo, & ab omnibus quæ sunt Dei. Dicuntur autem modij, quoniam sicut modij desuper quidem uacui sunt, desubtus autem pleni: Sic omnes mundi amatores & carnis, in spiritualibus quidem & diuinis, quæ superiora rectè esse dicuntur, uacui sunt & insensati: in inferioribus autem, id est, in mundialibus & terrenis aliquatenus pleni uidentur & sapientes. Propterea sicut in modio si uolueris aliquid reponere, necesse est ut cadat deorsum ad inferiora eius & tenebrosa: Sic homini carnali, & mundiali, & uacuo, si dixeris aliquid quod est Dei, non illud tenet in superiore parte mentis suæ aut cordis, nec portat illud in ore, sed confestim cadet de mente eius & corde deorsum in terrena & tenebrosa, ut nec illi prosit nec alijs. Si autem et aliqua tentatio facta fuerit propter uerbum ueritatis, statim reuersatur in terram, & aspiciẽs terram, quasi modius uerbum Dei sub se tenet absconditum. Reuersatus est enim, & aspiciens terram & abscondens uerbum sub se, quando propter aliquam causam terrenam non est

A nõ est ausus palàm proloqui fidei ueritatem, aut iniurias carnales timens, aut mortem, aut damna, aut cætera quę obstruunt carnales homines, ut uerbum quod crediderunt, liberè non audeant profiteri.

Siquidem & modulator modulis suis, aut tibiæ, aut citharæ, aut organi, uoce, gestu, affectuq; cõpatitur, in tristibus sonis tristior, in lætis lætior, in acutioribus excitatior, in ipsis mitioribus mitior atq; mansuetior, ut sonos cantuum ipse commendet, & quodammodo moduletur affectus. Anima quoq; in hoc corpore tanquam in fidibus musicis quæ sobria est, cum summis, ut ita dicam, digitis, uelut neruorum sonos, ita pulsat carnis passiones, ut consonum reddat morum atq; uirtutum, consentientemq; concentum, ut in omnibus cogitationibus suis, in omnibus operibus id custodiat, ut omnia consilia & facta sibi concinant. Anima est ergo quæ utitur, corpus quod usui est, ac per hoc aliud quod in imperio, aliud quod in ministerio, aliud quod sumus, aliud quod nostrum est. Si quis animæ pulchritudinem diligit, nos diligit: si quis corporis decorem diligit, non ipsum hominem, sed carnis diligit pulchritudinem, quæ tamen citò marcescit & defluit.

Monachus qui pro ueste Franciscana sumpsit chlamydem militis, apostata dicitur: Christianus homo, qui pro ueste modesta uestitur holosericis, quod Romanis etiã Imperatoribus olim fuit inuidiosum, imò holochrysis & gẽmeis, suæ professionis habitum abiecit, & hactenus quodammodo apostata est, nisi necessitati reclamet animus.

Quæ uiuunt in monasterio, & quarum simul magnus est numerus, nunquã solæ, nunquam sine matre procedant. De agmine columbarum crebrò accipiter unam separat, quam statim inuadat & laceret, cuius carnibus & cruore saturetur. Morbidæ oues suum relinquunt gregem, & luporum faucibus deuorantur. Scio

B ego sanctas uirgines, quæ diebus festis propter frequentiam populorum pedem domi cohibent, nec tunc egrediuntur, quando maior est adhibenda custodia, & publicum penitus deuitandum.

Quemadmodum in moneta regia, qui paululũ aliquid amputarit de impressa imagine, totum numisma reddidit adulterinum: Ita quisquis sanæ fidei uel minimam particulam subuerterit, in totum corrumpitur, ab hoc initio semper ad deteriora procedens.

Quòd si ubi tacita cogitatio scrupulum mouerit, quur monitor ipse non talis sim, qualem te esse desidero, & nonnullos uideris in medio itinere corruisse: illud breuiter respondebo, non mea esse quæ dico, sed domini saluatoris: non monere quod ipse possim, sed quid debeat uelle, qui seruus futurus est Christi. Et athletæ suis incitatorib. fortiores sunt, & tamẽ monet debilior, ut pugnet qui fortior est.

Tu si quum morbo laborares insanabili, percursa tota ciuitate, pecunias impendisses, pluribus utens medicis, nec ullum mali solatium reperisses, incideres in mulierem, quæ quum eodem morbo teneretur, liberata sit, haudquaquam desineres obsecrare, rogare, exhortari, ut eum tibi commonstraret, cuius opera fuisset sanata: Nunc uerò quum uideas Annam 1. Reg. 1. in medio stantem, suum morbum enarrantem, & eiusdem remedium commemorantem, ac medicum ultrò cõmonstrantem, nullis obsecrationibus, nullis precibus adductam, non accedes acceptura remedium? Nec audies tota cum attentione historiam? Hoc si piget, quid unquam boni poteris consequi? At alij frequenter magna etiam emensi sunt maria, longinquas peregrinationes susceperunt, pecunias impenderunt, labores perpessi sunt, ut medicum commonstratum in peregrina regione cõspicerent, idq; cũ non admodum certa esset fiducia, ut prorsus à morbo liberarentur. At tu ô mulier, quum non sis initura profectionem transmarinam, nec ultra patrię fines demigratura, nec ullum laborem similem perpessura, &, quod dixi, ultra patriæ fines, quũ

C nec ipsum domus limen transire cogaris, sed uel in ipso thalamo possis conuenire medicum, citraque internuncium ullum cum ullo colloqui, de quibuscunque uolueris (Deus omnium, inquit, appropinquans ego sum, & non Deus procul) differs & cunctaris? Et quam habitura es excusationem, quam consequeris ueniā, si cùm procliuem & undiquaque facilem uiam inuenire possis, qua ab urgentibus malis liberaris, per socordiam tuam salutem prodideris? Hic enim medicus non sterilitatem, sed omne morborum genus, tum corporis, tum animi sanare potens est, si uelit tantùm. Neque id solum mirandum est, quòd citra laborem, sine peregrinatione, sine impendijs, absque intercessoribus curationem adhibet, uerumetiam quod citra dolorem. Neque enim ferro igni'ue nouit tollere malum, quemadmodum cęteri medici faciunt, sufficit uel simplex nutus, ac protinus omnis angor, omnis dolor, omne malum fugit, atque exulatum abit. Nec cunctemur igitur ac procrastinemus, licet pauperes simus, & ad extremam redacti egestatem. Neque enim hic numeranda est pecunia, ut inopiam possimus obtendere. Hic nimirum medicus non argentum pro mercede petit, sed lachrymas, preces, ac fidem: hæc si portans ad illum accesseris, quicquid omnino postularis accipies, multoque cum gaudio discedes.

Quemadmodum si quis apostematis morbo circumuentus, ferro recidatur à medico, non habens quomodo recidenti aduersetur, circumstantia tangit, atque adstantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem extendere manum non uolens: Sic & Iob blasphemiæ magnitudinem timens, facit inanimatis iniuriam, atque fiduciam passione adauget, non contra Deum audens, sed se deniquè accusans: maledicit autem non creaturam, sed suipsius diem.

Quemadmodum in morbo laborantibus quum ægrotus puer calcitrando oblatos à medicis cibos recuset, patre uel pædagogo aduocato, acceptos à medico cibos illi dari iubent, ut illorum metu & accipiat & acquiescat: Itidem Paulus quum

D pro alijs accusaturus sit, partim ut iniuria affectis, partim ut maiorem in modum honoratis, ipsas quidem non posuit personas, sed in suam & Apollinis appellationem locutus est, ut hos reueriti medicinam reciperent.

Quemadmodum morbi ipsa in summa potentia diffugiunt medelam: Sic supremæ calamitatis passiones omne solatium fomentumque repellunt.

Vt inter corporis morbos qui serpunt, contumaciter resistunt sanitati, ac propterea oportet firmum curationis genus adhibere, ut quod superest tabi, saluum fiat: Ita quoque si uel domum, uel ciuitatem lædere iniuria cœperit, inhibere malum oportet, siquidem salutis eius, quod adhuc intactum ab omni iniuria est, rationem uolueris habere.

Vt in morbis & fistulis, nisi quis prius fluentem humorem & uulnus sistat, quæcunque imposuerit medicamenta, non amota morbi causa, omnia frustrà contendet: Ita & nos nisi manum ab auaritia, & malum hunc amorem cohibuerimus, licet eleemosynam demus, omnia incassum laboramus: quod enim per eum boni fecimus, accedente auaritia fatiscit atque disperditur, & priore peius efficitur. Cessemus ergo à rapina, & ita eleemosynas impendamus.

Mors quippe integriorem facit, mors magis deducit ad gloriam: Sic quoties cunque latentes stipulis distenta imbribus frumenta turgescant, fœcundæ messes coguntur æstate. Sic quoties ferro uitis abscinditur erumpentibus pampinis, melius uua uestitur: nam in augmentum prouenturi temporis, quicquid iniuria sua proficit, flammas quippe plerunque agris iubet immittere, quo calore uagantis incendij, cæca terræ spiramenta laxare iubet stipulas, crepitanti igne terrere, ut se in altius grauida seges tolleret, parturientibus culmis densior arista floreret. Igitur talis & martyrij primò casus, postmodum fructus est, qui morte uitam condemnat, ut morte uitam custodiat.

A Sicut in morte corporali pereunt sensus, & nec quis ultra corpus, neq; auditũ, neq; odoratum aut gustum recipit uel tactum: Ita & qui spirituales sensus in anima perdiderit, ut non uideat Deum, neq; audiat uerbum Dei, neq; suauem odorē capiat Christi, neq; gustet bonum Dei uerbum, neq; manus eius pertractent de uerbo uitæ, huiusmodi homines meritò mortui appellantur.

Sicut tibi, si modò sanæ mentis homo es, dolet te spiritualiter à morte peccati & spiritu maligno cruciari: Ita dolet, atque uehementer dolet id Christo propter te in sua passione.

Nisi enim mortificetur quod animale est, non exoritur quod est spirituale: Idem in rebus naturæ corrumpitur siccum & informe semen, ut exurgat uiridis arbor. Emoritē deformis eruca, ut prouolet nitidus ac picturatus papilio. Marcescit cicada iam anus, ut ex sicco exuuio prodeat noua succulenta modulatrix. Posteaq; igitur totus homo defecit, & defecit in tabernacula Dei, tunc caro simul & anima, & cor illius exultat in Deo uiuo.

Quemadmodum qui moritur, liber iam est à peccatis, quamprimum mortuus deponitur: Ita & qui à baptismate ascendit. Quandoquidem enim qui baptizatus est, in baptismate peccato mortuus est semel, oportet ut & in morte peccati perduret. Itaq; si peccato in baptismate mortuus es, persēuera mortuus. Etenim quisquis moritē, utiq; iam amplius peccare nō poterit: si uerò peccaueris, perdes donũ Dei.

Quemadmodum mortui deformes sunt ac foetidi: Ita & animæ eorum qui in malitia sunt, multa sunt impuritate refertæ, clausi sunt ipsorum oculi, os constrictum & mutum, immoti perdurant in lectica malitiæ, imò miserabiliores quã qui ista patiuntur. Isti quidem utrobiq; mortui sunt, illi uerò ad uirtutem quidem mortui, uiuentes uerò ad malitiam insensati sunt. Mortuum si quis etiam percusserit,

B non tamē sentiet, neq; ulciscetur, sed uelut lignum aridũ est: Ita est & talis anima: aridia reuera est respuens uitam: mille quotidie uulnera accipiet, & nullum tamen sentit, sed stupida est ad omnia.

Sapientia moro arbori comparatur, quæ dicitur prouerbialiter sapientissima arborum: nam ultima flores producit, prima uerò uel in primis fructus: Ita nō est diu antea ostētandum quid possimus uel uelimus, tardè promittendum, & maturè tunc præstandum.

Nequaquam igitur nobis alienum fontem eliciuimus, quemadmodum illum quē Moses in locis aridis ostendit his, qui ex Aegypto persecutionem sustinebāt, sed absconsum & conclusum. per magni Isaac pueros reclusimus, non solùm fontem aquæ uiuæ fodientes, sed à Philistæis obstructum repurgantes.

Mosi uirgam comparat Christo mortuo. Serpentis enim opus fuit mors in Adam & in Eua: quòd Moses inde perterritus fuit, signat timorem discipulorum in morte eius: & quòd iussum fuit caudam serpentis accipere, ut uerteretur in uirgam, rursus denotat quòd sequentia in Christo post mortem, puta resurrectio & ascensio ipsius ab apostolis amplexa, corde credenda fuerunt, & quem mortuum lugebant & desperabant, iam uiuum adorarent.

Sicut mulier quæ fornicatur, nō adhæret uiro, nec una caro cum uiro suo, nec unus spiritus est, sed diuidit sese ac separat fornicando: Ita quęcunq; anima nō adhæret Deo, sed uanis idolorum cultibus inseruiens, fornicatur, & diuidit se sacrilegij obscœnitate, & longè fit à domino, quæ propè esse deberet: perit autem atque separatur à domino.

Quemadmodum prophana mulier in prostibulo consistens, quibusuis sui copiam facit: Sic & qui uanæ gloriæ dediti sunt: imò turpius etiam, quàm istiusmodi mulieres. Illæ siquidem quosdam amatores suos contemnere sæpenumero solent: tu uerò teipsum quibusuis & fugitiuis, & latronibus & furibus exponis.

Sicut

C Sicut omnis mulier quandiu non admonetur à malis hominibus, non bene cognoscitur utrum sit casta: si uerò admonita, conscientiam uel fidem uiro seruauerit, tunc meritò casta laudatur: Sic ecclesiæ fides non bene cognoscitur, nisi Antichristi uenerint ad eam: siue de illis pseudochristis, qui præcesserunt antequam tentaretur ecclesia, hos conuenit dicere. Quoniam sicut cùm domus incendio cõprehendit, omnes latrones consurgunt, quærentes unusquisq; quod rapiat: Sic quando casus specialiter tunc Iudæorum, aut generaliter, aut modicum Christianorũ fieri cœperit, omnes dæmones spirituales latrones insurrexerunt, per suos ministrós quærentes unusquisq; quem perdant.

Sicut mulier affectionis natura cogente, genitum alere sui lactis fœcunditate festinat: Sic & Christus quos ipse regenerat, suo sanguine semper enutrit.

Sicut casta mulier quæ uirum suũ amat, nullum amat alium: si autem alterum amauerit, iam non amat uirum suum: Ita & homo, si Deum amat, mundum non amat: si autem mundum amauerit, iam Deum ex toto corde non amat. Ergo cordis amor non intelligitur, sed sentitur in corde, quia quodammodo carnalis est. Amor autem animæ non sentitur in corde, sed intelligitur, quia amor animæ indicium eius est.

Ac si enim prægnans mulier mittatur in carcerem, ibiq; puerum pariat, qui nascitur puer, in carcere nutriatur & crescat, cuiq; si forte mater quæ hunc genuit, solem, lunam, stellas, montes, campos, uolantes aues, currentes equos nominet: ille uerò qui est in carcere natus & nutritus, nihil aliud quàm tenebras carceris sciat: & hæc quidem esse audiat, sed quia per experimentum non nouit, ueraciter esse diffidat: Ita in hac exilij sui cæcitate nati homines, dũ esse summa & inuisibilia audiũt, diffidũt an uera sint, quia sola hæc infirma, in quibus nati sunt, uisibilia nouerũt.

D Sed aptè admodum conuenit huc mulieris infirmitas, Luc. 13. nam quod in ipsius corpore facit spiritus infirmitatis, hoc in animo nostro efficit spiritus peccati. Infirmitas mulierem ita opprimit, ut necesse habeat incuruo tergo incedere. Et quum Deus creauerit hominem, ut erectus ambulet, & cœlum cõtempletur, quò admoneatur se non ut pecus, quod pronum terram aspectat, ad terrestres fœditates, sed ad cœlestes claritudines pertinere, hæc mulier, præter aliorum hominum morem, caput præ infirmitate erigere, & uultu ad cœlum erecto ambulare non potest: Sic & peccati spiritus, animum hominis ita deprimit, ut non cogitet superna, sed inferna, non quærat cœlestia, sed tantùm terrestria. Huius animus die noctuq; somniat terrenas opes, illius animus non nisi honores & dignitates cogitat. Hic ardet cupiditate uindictæ, ille spirat tantùm sordidas & fœtidas libidines, hoc est, cloacas & stercora. Huius animus est in patinis, illius in poculis, quibus etiam ita affixus est, ut nunquam cœlum contempletur, nisi si quando epoto poculo ad os applicato sursum aspiciat. Atq; hoc uerè est coram Deo esse contractum, & distorto gibbo incedere, terrenis uidelicet sordibus ita immersum esse, ut non queas caput ad cœlestium rerum contemplationem erigere.

Ponamus, uerbi gratia, mulierem amore alicuius uiri ardentem, cupientemq; in consortium eius asci sci: nónne omnia ita aget, & omnes motus suos ita temperabit, ut sciat illi placere quem diligit, ne forte si in aliquo cõtra uoluntatem illius egerit, consortia eius uir ille optimus refutet atq; spernat? Poteritne hæc mulier, quæ erga amorem uiri illius toto corde, tota anima, totis uiribus feruet, aut adulterium committere, quæ eum nouerit amare pudicitiam? aut homicidium, quę eum nouerit mitem? aut furtum, quæ ei sciat liberalitatem placere? aut concupiscet aliena, quæ omnes suas cõcupiscentias erga amorem uiri illius habeat occupatas? Sic ergo in charitatis perfectione, & omne mandatum restaurari dicitur, & legis uirtus prophetarumq; pendere. Propter istud charitatis bonum sancti nec in tribulatione

A latione angustantur, nec aporiati exaporiantur, nec deiecti pereunt, &c.

Quemadmodum mulieres quotquot dolorum partus experimẽta sumpsere, quum matres fiunt horum quos parturiunt, quocunq; fuerint, uinculo connnuo alligantur: Sic & Paulus adeo multo fortius, semper enim discipulis suis adhærẽs atq; affixus erat, eoq; fortius quo naturalibus spiritualia uincula sunt fortiora. Nã non semel, sed eosdem bis parturiuit, & clamat dicens, Gal. 4. Filioli mei, quos iterum parturio. Id adeò mulier nunquam pateretur, neq; sufferret eosdem iterũ dolores. Sed tolerabat hoc Paulus, quod in natura non est uideri: & quos semel peperat, iterum concipiens actos in his dolores.

Quis magis superbiam castigauit, aut humilitatem dilexit? nequaquam ficte, aut superficialiter, quemadmodum nunc multi se philosophari simulant, ac præstantes uidentur, non secus ac mulierculæ insipienrissimæ, quæ quum pulchritudine careant naturali, ad colorum fucos confugere solent, suntq; (quoniam modò dicere debeo) theatrales ornatissimæ, propter uerecundiam inuerecundissimæ, & propter turpitudinem turpissimæ. Humilitas enim nequaquam illi in uestimento sita erat, sed in penetralibus animæ, quin nec ceruicis inflexionem mollem, aut uocis infractionem, seu uultus compositionem fictam, uel barbę densitatem promissam, siue capitis colorationem adulterinam, aut incessus modum compositum, humilitatem esse iudicabat: talia enim facilè effinguntur, citò tamen redarguũtur, nihil enim simulatum durabile esse potest.

Mulierum mos est se in speculo considerare, ut se ualeant adornare, qualiter suis uiris placere possint: Ita animas nostras oportet nos solicitè considerare in speculo Euangelij, & eius perpendere dicta, quid exinde ornamenti in adimpletionẽ sacramẽtorum eius habeamus, ut uiro nostro Christo domino placere possimus. B Si quid minus ornamenti animabus nostris in perfecto opere euangelij habemus adeptum, omni cura festinare oportet, ipsum nobis ornamentum exhibet in operibus sanctitatis.

Quemadmodum omnium mulierum, etiam clarissimarum heroinarum una est maledictio, ut in dolore pariant liberos: Ita omnium uirorum quantumcunq; felicium una est afflictio, ut in sudore uultus sui uescantur pane suo, hoc est, ut in hoc seculo nunquam tam iucundam & felicem uitam consequantur, quæ non habeat sua, eaq; maxima incommoda.

Sicut mulierculæ turpitudini deditæ ueste atq; auro, cæterisq; ornamentis, & turpitudinem suam occultant, & non præuidentes ad perniciem attrahunt: Eodẽ modo heretici uerę religionis pulchritudinem fingentes, scripturæ autoritate errores suos conantur communire.

Si mulierculæ solent aliquas suscepturæ, maculas uestium suarum aqua diluere: Quur non magis nos accepturi natalem domini, maculas animarum nostrarũ fletibus abluamus? Et illæ quidem si adeò infectæ & obscuræ sordibus fuerint, ut maculas sola aqua non purgat, adducũt mollitiem olei, saponis etiam acrimoniã: Nos quoq; si tam graue peccatum fuerit, ut minimè solis fletibus abluatur, addamus misericordiæ oleum, acrimoniamq; ieiunij. Nullum enim tam graue delictũ est, quod non purgetur abstinentia, eleemosynis extinguatur.

Pars superior mundi & ordinatior, & propinqua syderibus, nec in nubem cõgitur, nec in tempestatem impellitur, nec uersatur in turbinem, omni tumultu caret, inferiora fulminantur: Eodem modo sublimis animus, quietus semper, & in statione tranquilla collocatus, intra se premens quibus ira contrahitur, modestus & uenerabilis est & dispositus, quorum nihil inuenies in irato.

Quomodo mundi officium est circumagere rerum ordinem, quomodo Solis loca mutare, ex quibus oriatur, in quæ cadat, & hæc salutaria nobis facere sine præ

C mio: Ita uiri officium est inter alia & beneficium dare.

Sic enim mundum regi à Deo dicimus, ut à rectore prouinciam: cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit, quamuis illorum ministerio res geratur. Et hi tamen possunt aliquid præter iussa rectoris, per ipsius ignorantiam, quæ est conditionis humanæ: Ille autem præses mundi, & rector uniuersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil septum est, solus habet rerum omnium cum filio suo potestatem, nec est in angelis quicquam, nisi parendi necessitas.

Quis enim non sentiat hunc mundum tam mirabili ratione perfectum, aliqua prouidentia gubernari: quandoquidem nihil est quod possit sine ullo moderatore consistere: Sic domus ab habitatore deserta dilabitur. Malus sine gubernatore abit pessum. Et corpus relictum ab animo defluit, nedum quatenus tantam illam molem aut construi sine artifice, aut stare sine rectore tandiu posse.

Si enim fecit mundum, fuit ergo sine mundo: si regit, non utiq; sicut mens corpus regit, sed tanquam dominus domum, nauimq; gubernator, auriga currū: nec tamen misti sunt his rebus, quas regunt.

Deniq; ipsum mundum ex duobus elementis repugnantibus, & inuicem copulatis esse concretum humido & igneo: nec potuisse lucem fieri, nisi & tenebræ fuissent, quia nec superum potest esse sine infero, nec oriens sine occidente, nec calidum sine frigido, nec molle sine duro: Sic & nos ex duobus æquè repugnātibus compacti sumus, anima & corpore, quorum alterū cœlo ascribitur, quia tenue est & intractabile: alterum terræ, quia comprehensibile est. Alterum solidum & æternum est, alterum fragile atq; mortale. Ergo alteri bonum adhæret, alteri malum: alteri lux, uita, iustitia: alteri tenebræ, mors, iniustitia.

Si autem sunt multi, dum habent singuli potestatis aliquid ac numinis, summa D ipsa decrescit, nec poterunt singuli habere totum, quod est commune cum pluribus: unicuiq; tantum deerit, quantum cæteri possidebunt. Non possunt igitur in hoc mundo multi esse rectores, nec in una domo multi domini, nec in naui una multi gubernatores, nec in armento aut grege duces multi, nec in uno regimine multi reges. Sed nec in cœlo quidem multi soles esse poterunt, sicut nec animę plures in uno corpore, adeò in unitate natura uniuersa consentit.

Quomodo aliud est munus, aliud ipsa donatio, aliud qui nauigat, aliud ipsa nauigatio: & quamuis æger non sit sine morbo, non tamen idem est æger & morbus: Ita aliud est beneficium ipsum, aliud quod ad unumquenque nostrum beneficio peruenit.

Vt acceptis muneribus iudices non ita citò proferunt sententiam, & satagunt si possunt, cōcordare partes: Ita dn̄s facit cū his quorū munera danť pauperculis.

Quum in altera parte murorum ad quam factus est oppugnationis transitus, non satis commoda perspicitur esse inuadendi urbem opportunitas: rursum ad priorem partem fieri solet regressus, & acriori insultu, nouisq; machinis instauratur ibidem oppugnatio: Sic Pharisæi cum cæco nato agunt, &c.

Sicut muri ciuitatis circunducti inimicorum incursus arcent: Sic & angelus fronte & à tergo custodit, & nihil utrinq; incustoditum relinquit.

Sicut muricum plurium in purpurę infectione: Ita in lauachro regenerationis miserationum est multitudo cœlestium, ut iniquitas deleatur.

Quemadmodum muscæ uulneribus: Ita hi nostris insident fatis aduersis, aut si ita mauis, erratis.

Sicut muscæ in medium flammæ non inci dunt, sed fugiunt: Ita & affectiones pios accedere non audent.

Sicut in musicis nisi fuerit cōuenientia uocū, nō delectat audientē: Sic & ecclesia nisi cōsensum habuerit, nō delectatur Deus in ea, nec audit uoces eorum.

Quem-

A Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in summam partem uis caloris eiectat: Sic uino exaestuante, quicquid in imo iacet abditum, effertur, & prodit in medium.

Si mutuo quid dandum fuerit, eos potissimum curiose inquirimus, quos multum daturos speramus, & quos putauerimus fore gratos, anxie circumspicimus: hic uerò contrarium facimus. Deum enim relinquimus, qui non modò centuplū, sed & eum numerum multiplici foenore auctum redditurus est: Nos uerò qui ne summam quidem concreditam redditurì sunt, conquirimus. Quid enim nobis uenter noster, quum multa consumpserit, redditurus est, nisi stercus & putredinem? Quid illa uanae gloriae cupido? odium & inuidētiam. Quid uerò sordida dabit parsimonia? curam & solicitudinem. Petulantia quid rependet? gehennam & uermem pestiferum.

Vt myrra omnes foetentes arbores, & immundos cordium spiritus quocunque infusa fuerit, extinguit, seque in omnia, in quo infertur odor hic suauitatis, infundit: Ita per hoc sacramentum unctionis infusae, & per eam omni terrenorum ac sordentiū hulcerum nostrorū foetore deterso, Deo iam quod suaue est, spiramus.

In Ethnicorū mysterijs antistes iubet exire prophanos, ipse prophanissimus: Non idem clamat antistes noster, quin potius inuitat prophanos, ut accedētes ad hoc mysterium desinant esse prophani. Si prophanus es (prophanus est autē qui seruit Satanae) exi à teipso, & intrasti in ecclesiam: exue teipsum, & Christū induisti: qui Christum induit, prophanus esse desistit, allectus in sortem sanctorū Dei.

N.



SICVT natiuitas interit, nisi nutrimenta habeat, quibus fota adolescat: Ita & naturale iustitiae ingenium nisi habeat quod respiciat & ue-
B neretur, nō facilè proficit, sed aegrotat, & superuenientibus cedit peccatis. Consuetudine enim delinquendi premit, ne crescat in fructu, & per hoc extinguitur. Prouidēter ergo data est lex, sicut testatur propheta, sed populus ueterem consuetudinem sequens, multiplicauit peccata. Ipso enim usu plus coepit peccare, quàm antea peccauerat, & sic factum est, ut data lege non minuerentur, sed abundarent peccata.

Quemadmodum omnis natura bonum suum nisi consummata non profert: Ita hominis bonum non est in homine, nisi cū in illo ratio perfecta est.

Sicut una eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret ac nititur: Sic omnes homines inter se natura cōfusi, prauitate dissentiūt, nec se intelligunt esse consanguineos, & subiectos omnes sub unam eandemque tutelam: quod si teneretur, deorum profectò uita homines uiuerent.

Quemadmodum natura bonus existens, & omni carens affectu, omnes pariter ex aequo diligit, ueluti suas creaturas, attamen uirtute praeditum glorificat, ut eum qui cognitionem rectè obseruet: Non secus facit, qui animo bono & affectibus uacuo praeditus fuerit.

Cùm enim natura hominis imbecillior sit quàm caeterorum animalium, quae uel ad perferendam uim temporum, uel ad incursiones à suis corporibus arcendas, naturalibus munimentis prouidentia naturalis armauit: homini aūt quia nihil istorum datum est, accepit pro istis omnibus miserationis affectum, qui planè uocatur humanitas, qua nosmet inuicem tueremur.

Quemadmodum igitur natura non recipit quicquam, nisi ex semine oriri, sed potius quodcunque procreatur, similitudinem secum seminis deferre, ut hominem hominis, bouem bouis, oleam oleae, uitem uitis: Sic etiam animus si ueritatem intelligit, necesse planè hunc est uerarum seminibus rerum imbutū esse: quas quidem & esse, & semper esse, & sempiternas substantias esse, & immortales esse dicēdum

 est:

C est: propterea scientiam florem quempiam maturumque foetum ex animi semine existere, neque aliud ignorantiam hominum, quam seminis huiusmodi cessationē esse.

Sicut secretissima naturæ in magnete lapide nouimus, non ipsum ad ferrum duci, sed ad se potius ferrum attrahere: Ita & foemineum corpus aduersus masculum ineffabilem accepit uim, per quam fermè dixerim ignorante anima, quæ in ipso est, uiri corpus ultrò ad concubitum pertrahit: Ita infirmiori animanti conditore auxiliari instituente, ut uoluptate sua masculum mulcens atque deliniens, non solùm ad liberorum procreationem, uerùm & ob ipsius coniunctionis ardorem, ipsius auxilio niteretur.

Concessum est hoc imbecillitati nostræ, ut ea quæ molesta naturæ sint, inculpatis rationibus à nobis depellamus, aut si minus hoc licet, à domino liberationem precemur: Sic puer quamuis norit se à patre beneuolo cædi ad emendationem, clamat tamen inter plagas, ac dolorum finem optat. Vult autem dominus rogari, ut citius misereatur, & ut copiosius penset tentationis acerbitatem, modò precibus addatur hæc clausula, Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu.

Si tanta uis est in naturalibus, ut animal uisum prosit ictericis, ita ut mortui quoque cornu eius animantis prodesse dicatur, si fuerit demonstratum his, qui eiusmodi inciderint passionem, dubitare possumus quòd iusti sanet aspectus? Ergo uile animal irrationabile tantam uirtutem habet, ut sanare possit hominem momento exiguo: quid uidetur? homo iustus, si tamen cum fide ab eo cōspiciatur, qui utilitatem ab eo percipere desiderat, nihil confert? Num uel ipsi oculorum radij uirtutem quandam uidentur infundere his, qui fideliter eum uidere desiderant? Sed quemadmodum iustus lætificat cor innocentium quum uidetur, ita & improbi iustorum cognitione torquentur, quia uel tacitis sanctorum moribus arguuntur.

D Torquet castitas incontinentem, auaritiam liberalitas, impietatē fides. De hoc quoque parile uilis animantis sumamus exemplum. Nam sicut prodesse diximus mutum animal quum uidetur, ita abesse percipimus lupum, si aliquem uidendō præuenerit. Vocem enim feruntur amittere, quos prius lupus uiderit. Basiliscus quoque, hoc est, noxius serpens, si quodcunque prior uiderit animal, fertur occidere; & allegatur statim necari, qui potuerit à serpente huiusmodi præuideri. Ipse quoque serpens mori dicitur, si fuerit hominis præuētus aspectu. Ergo si tanta uirtus, uel in oculis serpentis, uel in oculis iusti, qui repletus uirtutis est gratia, quum præsentim tantam operetur fides, &c.

Quum quis natare disponit, prius considerat & deliberat, ut exuperare natando possit quod cœpit: Sic & tu, qui in coniugio es, bonū est quod habes: sed si meliorem partem habere cupis, sapienter & consultè arripe.

Qui naualí prælio dimicaturi sunt, antè in portu & in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus & uncos præparant, dispositumque per tabulata militem, pendente gradu, & labente uestigio stare firmiter consuescunt; ut quod in simulachro pugnæ didicerint, in uero certamine nō perhorrescant: Ita & ego qui diu tacui (silere quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in paruo opere, & ueluti quandam rubiginem linguæ abstergere, ut uenire possim ad latiorem historiam.

Naucleri quum per multa maria trāsierint, & plenis uelis oneratisque mercibus in portum ingressuri sunt, tunc maximam curam & solicitudinem gerunt, ne in scopulum uel petram quandam impingant, quæ omnes priores labores simul disperdat. Et cursores quoque ita faciunt, quum enim ad finem stadiorum peruenisse, uehementiorem seruant cursum, ut metam attingant, & præmia mereātur. Athletæ quoque post plurima certamina & uictorias, quum pro corona certandum est, maiori nisu omnia faciunt, ut coronati abeant, Itaque quemadmodum naucleri & cursores,

A cursores, & athletæ, ubi ad finem ueniunt, magis enitũtur & uigilant: Eodem modo & nos facere oportet. Quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus, Dei gratia, nunc maxime & ieiunij cursus intendendus, & magis continuandæ sunt preces, faciendaq; diligens & pura peccatorum confessio, & in bonis operibus sedulitas, eleemosyna larga, æquitas, mansuetudo, aliæq; uirtutes, ut talibus ornati uirtutibus, ubi in diem dominicum uenerimus, domini libertate fruamur.

Omnis qui nauigat, naufragio est proximus, & tanto plus, quanto nauigat audacius: ac omnis qui corpore est circundatus, proximus est corporis malis, quanto elatius pertransit, & ante se iacentem non respicit. Quandiu uerò nauigas secundo, manum naufrago præbe: quandiu rectè uales & diues es, afflicto succurre, ne expecta donec ex teipso discas quantum malum sit inhumanitas, & quantum bonum uiscera aperire indigentibus.

Quasi prospero flatu nauigabam, quum tranquillam uitam in monasterio ducerem, sed procellosis subitò motibus tempestas orta est, me rapuit in sua perturbatione, & prosperitatẽ itineris amisi, quia quiete perdita mentis, naufragiũ pertuli. Ecce nunc in undis uersor, & tuæ orationis tabulam quæro, ut qui in naui integra diues peruenire nõ potuerim, saltẽ post damna ad littus per tabulã reducar.

Vita nostra nauiganti similis est: is qui nauigat, stat, sedet, iacet, uadit, quia impulsu nauis ducitur: Ita & nos sumus, qui siue uigilantes, siue dormientes, siue tacentes, siue loquentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus.

Non uides nauigationem in mari, ut unus gubernator moderetur, tanquam corpus animus moderatur, ut nauis eius imperio pareat, ut animo corpus, ut uenti nauem impellant, quemadmodum uirtutes fortuna. Quòd si tempestas exoriatur, manente naui, incolumiq; gubernatore, salutis nunquam amittitur spes, siue

B nauis ipsa recto feratur cursu, siue arte tempestatem deuitet, dum tamen à gubernatore regatur. At si à gubernatore incipiens, ipsum abstuleris, inutilis efficietur nauis, etiamsi firmitatem propriam seruat, inutilis afflatus uẽtorum, etiamsi fuerit secundus, propterea & in mari, & in naui, & in nauigatione preciosissimus est gubernator: post gubernatorem secundum accipit locum nauis: postremam sedem obsequia occupant extrinseca: Sed & in curriculo uitæ animus supremũ sibi uendicat honorem, medium corpus, tertium fortuna.

Num ægrotus aut nauigatione periclitans, audias amicos ita loquentes: Hunc adhibe medicum in meam gratiam, est enim mihi cognatus & amicus: aut, Hunc admoue clauo, uehemẽter enim cupit: an potius responsurus es, Alibi seruiam uestris affectibus, hic periclitor, mihi commendatissimus erit medicus, quisquis sanandi peritissimus fuerit: nauclerus asciscetur quisquis erit gubernandæ nauis peritissimus? Idem facere conuenit in deligendo, cui filij tui primam ætatem formandam cõcredere destinas. Quòd si contingit idoneus, nec tamen ita curam in illum transferas, ut ipse solicitudinem omnem abijcias. Episcopum age, ex interuallo uide quid profecerit filius. Quanquam probus tibi contigit colonus, tamen subinde uisis fundum, & si quid offendit, requiris officiũ: si quid deest, expostulas cur hoc sit prætermissum quod non oportuit. Et si uideris colonum non respondere tuæ spei, submoues cessatorem, & allegas alium magis idoneum. Id si facis in agello; non idem facies in eo quem omnium tuorum bonorum destinas hæredem? Ita ne utilior est filius quàm agellus? Nihil non facis uti quamplurimum relinquas filio, nec curæ est, ut filius is euadat qui norit uti relictis: quod quidem nihilominus absurdum est, quàm si illi compares quàm pulcherrimas citharas, nec ullam interim curam adhibeas ut ille musicam discat. Non mediocris artis est instituere primam ætatem, ac præcipuæ uirtutis est instituere adolescentiam. Ex talibus enim potissimũm pendet omnis uita mortalium, ex his qui formant pueritiam, ex his qui con-

C cionibus docent populum, & ex principibus.

Dissimile. Si in nauigio fluctuante sis custoditus, auertis à sentina oculos, ne uomitũ moueat tibi. Si in ciuitate ambulans aliquid fœtidi odoris offendas, longè refugis atque declinas: si quid occurrat quod horreat oculus tuus, clauditur aut auertitur: In salo seculi huius fluctuas, influit sentina uitiorum. In hoc nauigio tui corporis mouetur æstus cupiditatum, & non auertis oculos animæ tuæ, ne uideant sentinam libidinum, ne aspiciant mundi huius stercora, ne fœtor immundus nares repleat tuæ mentis, in quibus spiritus sanctus esse consueuit, ut possis dicere, Spiritus diuinus, qui est in naribus meis.

Sicut debilia nauigia, procellæ ac tempestates dispergunt atque inundant: Sic praui uxorum affectus uirorum debiles animas corrumpunt ac pessundant.

Vni contingit per tempestates nauigia feliciter explicare, & alteri talis felicitas non potest euenire: Sic unus sine querela cum mulieribus conuersatur, alius cadit.

Quemadmodũ qui in nauigijs dormiunt, sponte à uento in portũ deducunt, ex quo non sentientes impulsæ nauis cursu itineris finem contingunt: Sic & nos uitæ nostræ tempore prætereunte, ueluti quodam motu cõtinuò & irrequietè ad proprium quilibet terminum occulto uitæ nostræ cursu properamus.

Quemadmodum fit in nauigijs, qui uacuam habent nauem, non metuunt piratarum insultum, non enim ueniunt ut conterant nauem nihil uehentem: cæterùm hi qui nauem habent onustam, metuunt piratas: nam pirata illuc properat, ubi aurum, ubi argentum, ubi lapides preciosi: Sic & diabolus nõ facilè persequitur peccatorem, sed iustum potius, ubi multæ sunt opes. Quoniam igitur frequenter per arrogantiam insidiatur diabolus, uigilandum est. Quanto maior es, tanto magis submitte teipsum. Cũ ascẽderis in altũ, opus est ut tibi prospicias ne cadas.

D Si nauigijs & naui positus uides terras, & promontoria, & montes transeuntia, non quòd illa cõtinuò moueantur, sed quia tu uento prospero flante transis, illa se subducere uidentur, ac ferri: Ita & in hoc ergo si sancto spiritu tuo mentem tuam perflante & spirante secundo & prospero nauiges cursu, pertrãsis sensu tuo omnia hæc quæ uidentur, quia temporalia sunt, & intueris illa quæ æterna sunt, sine dubio dicis, quia hæc omnia quæ uidentur iam nõ sunt, quia nec futura sunt.

Sicut nauis quæ aquis ita impletur, ut exhauriri nequeat, statim submergitur; Ita & homo quando crapulæ & ebrietati seipsum exponit, in præceps uadit, & rationem suam submergit: denique iacet quasi uiuum cadauer, ad mala quidem operanda sæpe potens, ad bona autem omnia nihil se melius habens quàm mortui.

Nauis preciosa dicitur non quæ preciosis coloribus picta est, nec cui argenteũ rostrum est, nec cuius tutela ebore cælata est, nec quæ fiscis ac opibus regis pressa est, sed stabilis & firma, & iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, uelox & non sentiens uentum. Gladiũ bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui uagina gemmis distinguitur, sed cui ad secãdum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Regula non quàm formosa, sed quàm recta sit, quæritur. Eo quodque laudatur cui comparatur, quodque illi proprium est. Ergo in homine nihil ad rem pertinet quantũ aret, quantum fœneret, à quàm multis salutetur, quàm precioso incumbat lecto, quàm perlucido poculo bibat, sed quàm bonus sit. Bonus autem est si ratio explicita & recta est, & ad naturæ suæ uoluntatem accommodata.

Quemadmodum nauis innumeros uehens, nisi ad portum appellat, sed in medio pelago submergatur, non modò nihil ei longa proficit nauigatio, sed tanto maiorem facit iacturam, quanto maiores labores subijt: Ita quæ in medio certamine corruunt animæ, grauiori casu concutiuntur.

Nauis tempestatibus non agitata, secundo uento nauigat; Et anima secularibus

A bus absoluta negocijs in portu quiescit.

Sicut nauis quę multos fluctus transit, multasq; tempestates effugit, in ipso autem portu tandem in scopulum impingit, iacturam totius in se reconditi thesauri facit: Ita & Pharisęus ille postquã sustinuit labores ieiunij, aliasq; uirtutes omnes, quia linguam non coërcuit, arrogantia sua in ipso portu naufragium fecit.

Sicut nauis oneraria, quæ supra suam magnitudinem uehenda capit, oneris magnitudine grauata submergitur: Ita & anima & corporis nostri natura si plures acceperit cibos, quàm ferat natura sua, impletur, & iniectorum grauitatem nõ amat, & in perditionis pelagus demergitur, & nautas, & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigantes, & ipsum onus cum hominibus perdit. Sicut igitur non tranquillitas maris, non scientia gubernatoris, non nautarum multitudo, nõ præparationis studium, & non anni pars intempestiua, non aliud quicquam nauti, quæ sic in tempestate est, prodest: Ita & delicatis euenit, neq; cogitationum multitudo, neq; eruditio & admonitio, neq; admonitiones & cõsilia, neq; aliud quid, neq; timor futurorum, neq; pudor, neq; accusatio præsentium, neq; aliud quid saluare potest sic periclitantem animam, sed inualescit luxus & amentia per omnia, & sub aquas nolens uolens eum qui ægrotat, defert, & graue facit naufragium. Vnde nihil facile, neq; ad futuram uitã & iustificationes, quæ alibi futuræ, affert, sed qui talibus uacet, & ad præsentem uitam inutilis fit, ad nihil accommodus, & ubiq; ridiculus, tam in publicis, quàm in priuatis rebus. Et si in tumultu aliquid opus est fieri, non inuenitur habere aliquid prouidentiæ uel gubernationis, ab omnibus inimicis capi potest, omnibus inutilis, amicis & accedentibus, & non solùm periculis & obsidionibus facilè potest capi, non in tranquillitate solùm eum audire pauore nõ caret, sed & in arduis ob immodestiam morum se accedenti erit

B inutilis. Nam ipsum illic, in aduersitatibus loquor, timor & effœminatio, & metus modicus, & consilij inopia apprehendunt: hic autem in prosperitate, audacia, & ignominia, & intemperantia, & inflatio, & arrogantia plus inutilem, quàm superiora efferunt. Sanè talium non solùm corpora sic affecta, & iniucundis & superfluis, & fœtidis undiq; plena sunt, ita ut tolerari nequeant: sed & anima corpore multo iniucundior, multo maiores quàm illud, morbos in se arripit ex delicijs. Nam sicut corpus non solùm superfluitates emittit naturales, sed multo plures & undiq. Nam & oculi, & nares, & os grauedine, muco & corruptione, & his quæ intus generantur, lutulentis & impuris affectibus sunt plena: & ipsa natura carnis laxior fit, quàm naturalis proportio, fœtidaq; & inutilis, & ad omne bonum opus inutilis. Etenim & terra quando à sua abundantia oppressa fuerit, suum innatum perdit calorem, perdit autem & suas uires, & neq; ad opus, neq; ad suã generationem est accommoda. Hinc autem incurabilibus & difficillimis implicanť morbis, qui perpetuò in uoluptate uiuunt: nam in tremoribus & palloribus, mirisq; & pedum & manuum doloribus, & alijs pluribus, de quibus medici dicunt, irreuibiles fiunt: idq; adeò ac si non esset gehenna, neq; cruciatus, neq; extremum iudiciũ Dei, neq; apud omnes homines corruptio, neq; intempestiuus sumptus, neq; alia multa quæ ex luxu oriuntur. Hoc autem si solùm affit, nõne sufficeret ad omnes auertendos? Venenorum letalium nullum melius instrucret mẽsam, imò si uerum oportet dicere, nullum peius: nam letifera illa mox auferunt eum qui potat, & mortem sine sensu inducunt: ita ut & qui moriatur, non doleat: uoluptates autem uitam multis mortibus grauiorem inducunt, his, inquam, quibus magnũ uitæ studium non miserabilis tantùm, sed & fœdæ & ridiculę. Et dolores quidem alij multos inueniunt qui compatiantur, sed quæ ex ebrietate & luxuria fuerint orta, neq; uolentes si uiderint, permittunt condolere eis qui his obnoxij sunt. Sanè grauitas quidem mali ad misericordiam flectit: causa autem huius morbi exacerbat eum

C bat eum qui uidet. Eapropter media quadam affectiõe tenemur, neq; miseramur eos, quia non finit hoc causa malorum, neq; irascimur: non enim permittit magnitudo malorum, sed inter accusationem & compassionem est status: non enim a natura incitati sunt, sicut & hi qui se in barathrum proijciunt. Igitur sicut eos qui se submergunt, uel ex alto præcipitant, & gladijs transfigunt, non multum miseramur: Sic neq; hoc quamuis sit compatiendum, magis illi, quàm hi compassionem merentur, tametsi etiam illi ualde indigni compassione: illi quidem uel calumnijs, uel opum damnis, uel periculis quæ expectant, uel plagis quas timent, uel aliam quandam expectantes mortem, & maioribus seipsos malis erepturi, ad consolationem mortis confugiunt, tanquam in asylum quoddam ad mortem procurrentes, uel ut in portum securum à tempestatibus imminentibus festinantes. Hi autẽ nihil horũ dicere possunt, uitæ se tradentes plurimis uiolentis mortibus grauiori.

Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur ubi tempestas uoluerit: Sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per peccatum, agit quod non uult, sed quod diabolus uult. Et nisi Deus ualida manu misericordiæ suæ solueriteum, usq; ad mortem in peccatorum suorum uinculis permanebit. Ergo nostra quidem uoluntate & negligentia alligamur, sed per Dei misericordiam absoluimur. Sicut enim uidemus in istis mundialibus regnis, quomodo in primis quidem nemo potest facere seipsum regem, sed populus creat sibi regem, quem elegerit: quum rex ille fuerit factus & confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus, & non potest populus iugum eius de ceruice sua repellere: nam primũ quidem in potestate populi est facere sibi regem quem uult, factum autem de regno repellere iam non est in potestate eius, & sic uoluntas populi in necessitatem conuertitur: Sic & homo priusquam peccet, liberum habet arbitrium utrum uelit sub regno esse diaboli: cũ
D autem peccando se tradiderit sub regno ipsius, iam nõ potest de potestate eius exire: & sic prima uoluntas eius in necessitatẽ conuertitur. Et hoc est quòd homines & peccatores dicere solent, Nunquid nolumus esse sancti? & quis nõ uult esse iustus? sed non possumus. Verum quidem est quod dicunt, sed non habent excusationẽ, quia primùm potuerũt non esse sub potestate diaboli, si uoluissent. Postq̃ uerò posuerunt thronũ diaboli in cordibus suis, iam nemo potest eos de potestate diaboli eripere, nisi solus Deus.

Sicut nauis tunc præcipuè gubernatorem necessarium habet, quando tempestatem patitur: quando autem prosperata est, ipsa se derigit. Et miles tunc præcipuè necessariam habet annonam de rege, quando bellum & periculum instat: quando autem pax est, undecunq; possunt se milites sustentare: Sic ecclesiæ præcipuè in tempore persecutionis doctrinam sacerdotis necessariam habent, quasi spirituales milites spiritualem annonam: quando autem securitas est, unicuiq; naturalis sufficit intellectus. Nam in persecutionibus, quando naturalis ille intellectus deficit in timore carnali, necessarius est sermo doctoris, ut quod deficit in timore periculi, reparetur per exhortationem doctrinæ. Sicut autem tubicina commisso bello pugnantem exercitum circuit, & bellicos cantus in tuba decantans, milites animat ad uirtutẽ: Sic & sacerdos persecutione imminente, exponens in populo fortissimorum martyrũ gloriosa pericula & inenarrabiles regni cœlestis coronas uincentibus præparatas, Christianum populum ad uirtutem patientiæ uehementer accendit.

Similis nanq; est omnis Ecclesiæ status naui magnæ, quæ per undosum pelagus de diuersis locis & regionibus uiros portat, ad unam potẽtis regis urbem properare cupientes: Sit ergo nauis huius portus dominus ipse omnipotens Deus, gubernator uerò sit Christus. Tum deinde proretæ officiũ episcopus impleat, præsbyteri nautarum, diacones dispensatorum teneant locum, Hi qui catechizant,

a nautologis conferantur, epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis, ipsum quoque mare hic mundus habeatur: uentorum uerò uarietates & turbinum, diuersis tentationibus conferantur, persecutiones ac tribulationes & pericula fluctibus exaequentur. Terreni uerò spiritus qui uel de torrentibus, uel de conuallibus spirant, pseudoprophetarum & pseudodoctorum improbae doctrinae uerba ducantur. Promontoria uerò & loca confragosa, hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & pericula minantur ac mortes. Bithalassa uerò loca, quae duplicibus undae fallacis aestibus uerberantur, dubijs mente & de promissionum ueritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritae uerò & dolosi piratis similes habeantur. Iam uerò rapidus uortex & tartarea charybdis & saxis illisa naufragia, ac mortiferae submersiones, quid aliud aestimanda sunt? Restat igitur, quò haec nauis cursu prospero tuta possit portum desideratae urbis intrare, ita Deo precem fundere nauigantes, ut mereantur audiri. Audiri autem à Deo ita demum merebuntur, si operationes ipsae bonis moribus, & bonis operibus adiuuentur. Sed ante omnia cum quiete & silentio epibatae, id est, laici, in suis unusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, & inconditos inutilesque discursus si passim uagari coeperint, uel ab officio suo nautas impediant, uel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant, & nihil omnino quod ad diligentiam uel disciplinam pertinet, diacones negligant. Presbyteri uelut nautae aptent singula ad instructionem nauis diligenter, & instruant quae in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta uigilanter & sollicitè gubernatores uerbo custodiat Christi. Saluator dominus, gubernator ecclesiae suae diligatur ab omnibus, & ipsius solius praeceptis ac iussis credat & obediat omnis ecclesia, Deo quoque indesinenter

b supplicetur à cunctis de prosperitate uentorum. Nauigantes omnem tribulationem, & omne periculum sperent, tanquam immane profundum mundi istius & uitae humanae pelagus nauigantes, in quo & esuriendum sit & sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis, & aegritudines tolerandas. Insuper & hominum insidijs ac dolis saepe laborandum, quippe qui & dispergendos se nonnunquam nouerint, sed aliquando etiam congregandos. Vomitus quoque & suggillationes ferendas, quum ex confessione peccatorum, & reiectione criminum, uelut malè congregati in uisceribus fellis, iactura facienda est, & abijcienda prorsus è corde omnis intrinsecus latens amaritudo peccati, si qua forte ex desiderijs iniquis, uelut ex cibis noxijs cōgregata est, quam utique quum euomuerit quis & abiecerit, ingentis aegritudinis liberabitur morbo, si tamen post uomitum, quae ad sanitatem pertinent, sumat.

Proinde uir bone, si naui tempestatibus iactatae manum porrigeremus, aut ciuitati obsessae, aut domui igne succensae turmatim uasis & instrumētis succurreremus restinctorijs, planè nos submersores uocares, aut ciuitatis, uel urbis amatores, & non potius praefectos & curatores: sed ais, Non ita multis egisse uideris, uerùm quid mea refert, si plures, imò omnes opinione potius quàm ueritate ducantur, siquidem hoc in controuersia uersatum num iustè egerimus, uel ecclesiam miserandam aut beatam reddiderimus: uideri uerò illud tuum nihil ad nos, non secus ac somnia aliena. Non ita, inquis, homo multis uideris, nunquid terra uertiginem patientibus stare uidetur? & ebrijs sobrij esse putantur, qui sunt sobrij, & non potius cum capite ambulare aut inuerti? mel autem nunquid amarum est, etiamsi aegrotantibus quibusdam ac malè affectis ita uideatur? non igitur in his res ita se habet, quemadmodum uidetur patientibus.

Da mihi nauim uacuā, gubernatorem, nautas, funes, anchoras, omnia disposita, & nusquam esse spiritum uenti: nonne tardat omnis quantuscunque est apparatus,

F

C tus, si desit operatio spiritus? Ita fieri solet, licet sit sermonis ampla supellex, & mens profunda, & eloquentia, & intelligentia, & non assit spiritus sanctus, qui uim suppeditat, ociosa sunt omnia.

Quemadmodum igitur si nauem excogites marinis undis expositam, quam ne auferat salum, retinaculis multis ad aliquam prægrãdem molem deligaris, quibus subinde inuicem colligatis, postremum ipsorum ad ipsam molem, rem scilicet firmam atq; immobilem peruenit: Ita etiam corpus quum inundetur ab æstu, nauisq; instar natet, titubet, quasseturq;, continetur ab animo, eiusq; beneficio ab impulsu defenditur consistitq;. At ubi neruos ac spiritus ueluti retinacula quædam, per quæ interim corpus ab animi quodammodo mole sustinetur, consumpserit attritio: corpus quidem corruptioni succumbit, & in profundum rapitur: animus uerò proprijs uiribus enatans, seipsum continet firmusq; consistit.

Quemadmodum nauim eligam nauigaturus, & domum habitaturus: Ita mortem utiq;, qua sum exiturus è uita, meliorem.

Sicut nauẽ quis nõ ingreditur, & liquido ac profundo uitam cõmittit elemento, nisi se credat prius posse saluari: Nec agricola semina sulcis obruit, & pro frugibus spargit in terram, nisi crediderit uenturos imbres, affuturum quoq; solis tẽporem, quibus terra confota, segete quoq; multiplicata frugẽ producat, & uentis spirantibus inebriet: Sic nihil est quod in uita geri potest, nisi credulitas antè processerit: Et sicut matrimonia cõtrahuntur, quia creditur successura posteritas. Et pueri discendis artibus traduntur, quia magistrorum in discipulos transfundenda creditur disciplina. Imperij quoq; insignia unus suscipit, dum credit sibi urbes, populosq;, ac armatum exercitum parituros. Quòd si hæc singula, nisi prius crediderit futura, nullus aggreditur: quomodo non multo magis ad agnitionem Dei cre-
D dendo ueniatur?

Quemadmodum in naue quæ sentinam trahit, uni rimæ aut alteri obsistitur: ubi plurimis locis laxari cœpit & cedere, succurri nõ potest nauigio dehiscenti: Ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest, ubi tanquam in putri ædificio omnis iunctura dilabitur, & dum alia excipitur, alia discinditur, circumspiciendum est quomodo exeas.

Spem iam in terram sanctam quasi anchoram præmisimus, ne in isto mari turbati naufragaremus. Quemadmodum ergo de naui, quæ in anchoris est, rectè dicimus quòd iam in terra sit, adhuc tamen fluctuat, sed in terra quodammodo educta est contra uentos & tempestates: Sic contra tentationes huius peregrinationis nostræ, spes nostra fundata in illa ciuitate Hierusalẽ, facit nos modò abripi in saxa.

Quemadmodum leuiores naues maria uelocius transeunt, & multis oneribus grauatæ submerguntur: Ita ieiunium quidem leuiorem reddens mentem, efficit ut facilius huius uitæ pelagus transmittat, & in cœlum, ac ea quæ in cœlis sunt, respiciat, & nihil faciat præsentia, sed ut umbras, & si quid minus diffugere censeat.

Nauicula, id est, ecclesia, turbatur fluctibus in profundo: sed quia Christus erat in monte, non potest mergi: turbulentum mare hoc seculum cogitate. Vndæ ascendit super nauiculam, quum persequutio uenit: sed in his tentationibus erigantur antennæ, id est, crux Christi: simplex conuersatio & pura confessio, tanq; candentia uela religentur: Et hæc uela nostra fluctibus abluantur, uestisq; tendatur, ut sine macula & ruga inueniatur. Quantumlibet mare sæuiat, uentus incumbat, inter fluctus & fluctus nauis ista turbetur, tantùm nõ mergatur & curret. Deniq; postquã nauis hæc ædificata est, in Hierusalem atq; inde in medio pelagi huius feruentis emissa est, æstuantium uolui undarum, & furentium flabra uentorũ dum eam huc atq; illuc circumferunt, omnium gentium littoribus appulerunt, peregrinas merces quascunq; inuenit, aduexit. Quid enim tam peregrinum in terra nostra,

A nostra, quàm per pœnitentiam remissio peccatorum & cœlorum regnum?

Placidus itaq; sapiens & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium, hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurrent uino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi auari, multi furijs ambitionis agitati. Omnia ista tam propitius aspicict, quàm ægros suos medicus. Nunquid ille cuius nauigium mul tum undiq; laxatis compagibus aquam trahit, nautis ipsiq; nauigio irascitur? Occurrit potius, & aliam excludit undam, deinde aliam egerit, manifesta foramina prædudit, latentibus & ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit, nec ideo intermittit, quia quantum exhaustum est, subnascitur. Lento adiutorio opus est contra mala continua & fœcũda, nõ ut desinant, sed ne uincant.

Vt enim nauseabundi illi, si unum aliquod genus cibi ægrè admittunt, & reliqua alimenta uelut suspecta respuunt: Ita & nos ad omnem disputationem, æquè atq; ad illam superiorem affecti sumus: attamen adspirabit spiritus, & sermo curret, & Deus glorificabitur.

Sic nauta facit, sic agricola, sic si probatũ aurum à crudo cognoscere uolumus, adimus magistrum qui nouit discernere, ille discernit (didicit enim diu experientia) an adulterinũ sit: Sic facit qui lapillos emit, qui gemmas, qui sericam uestem, & quicquid audierit statim credit: Sic agrestes operæ crassiq; auditores credunt.

Sicut nautæ in naufragio nesciunt quæ abijciunt, si à suis & alienis deposita receperint, sed omnia quæ posita in naue similiter eijciunt, tam preciosa, quàm non preciosa. Vbi autem cessarit tempestas, tunc cogitantes quanta eiecerint, lachrymantur, & propter iacturæ damnum serenitate non gaudent: Ita & hic, quando ira spirat, excitaturq; animi tempestas, nesciunt quæ suo ordine eijcere debeant: ubi uerò ira cessauerit, tunc cogitantes qualia effutiuerint, considerant damnum,
B & quietem non sentiunt, memores uerborum, ex his per quæ cõfuderunt seipsos, damnum'que maximum passi sunt, non in pecunia, sed in existimatione mansuetudinis ac humanitatis.

Nautæ quum per magnum & spatiosum mare nauigant, licet nauis secundo uento feratur, licet omni fruantur securitate, quum tamen uiderint alios uel à longè naufragium facere, non ad propriam spectantes utilitatem, illorum contẽnunt calamitatem, sed sistunt nauem, & eijciunt anchoram, detrahunt uela, eijciunt funes, projciunt tabulas, ut ille qui à fluctibus mergitur, fortè aliquo illorum arrepto, emergat. Imitare & tu nautas homo: nam & tu nauigas magnũ & spatiosum nempe uitæ præsentis mare, quod multas habet beluas, piratas, petras, & latentes scopulos, crebrisq; turbatur fluctibus, & in eo naufragantur plurimi. Quum igitur uideris nauigantium aliquem diaboli insidijs circumuallari, & amittere diuitias salutis, natare in fluctibus, & iam submergi, relictis negocijs tuis statim illius prouide saluti: neq; enim moram sustinet, neq; dilationem, qui submergi incipit. Igitur statim accurre, & quàtocyus è fluctibus eum eripe. Age & moue quicquid ei prodesse credis, atq; ita ipsum ex profundo interitus extrahas, etiamsi te plurima negocia aliorsum uocent & trahant, nihil ducas magis necessarium salute sicla borantis: nam si parumper differre uolueris, perdetur tempestate rapida. Vnde in tantis periculis magna acceleratione opus est & studio.

Veluti nautæ propterea q uẽtus nimiẽ spiret à tergo, & nauẽ uero cursu defraudet, tranquillo maris allapsu delati, ad desertissima littora difficilesq; cautes appel lunt: Sic etiã fit, ut qui se semel huic uanitati crediderint, in primis ignorantiã latenter incurrant, tum uoluptatis studio ad uastiora littoribus cunctis loca ferantur, durisq; cautibus duriora, ipsi suum amplectentes errorem oblectamentoq; animæ congaudentes. Qua quidem in re febrientibus sunt persimiles, qui contra medicinæ legem potui ac cibo indulgentes, malum malo inducunt, ægritudinem

C exaggerantes eligunt potius sibiipsis obsequendo morbum contrahere, quàm cū dolore sanitatem comparare.

Quòd si nautis minaces illi pelagi fluctus, si tempestates atq; hyemes agricolis, si uulnera cædesq; militibus, si grauissimi illi ictus plagæq; pugilibus leues uidentur atq; tolerabiles propter spem temporalium ac pereuntium commodorū: Multo magis quum cœlum proponatur in præmio, & ineffabilia illa bona atq; perpetua, nihil ex præsentibus his aduersitatibus sentietur.

Ostende, inquit Psaltes, mihi finem meum, qui si in propinquo est, moderatius feram huius uitæ calamitates, quæ ultra uitæ terminum proferri non possunt: Sic nauta quum incruduit tempestas, præsentemq; intentant omnia mortē, optat ostendi portum: qui si cunde appareat uicinior, erigitur in bonam spem, atq; hac recreatus alacrius luctatur aduersus uim undarum ac uentorum.

Sicut contingere solet, ut per aërem sublatæ nebulæ radios solis cohærendo eorum intercipiant fulgorem, nec propterea sol pulchritudinem propriam amittat, tametsi eum opacitas nubium abscondit: Ita etiam uirtus ab impetu cæditur fortunæ, neq; ideo pulchritudinem dimittit, sed quasi in caliginem densam inciderit, umbratilis fit, ac discutitur, quo maximo tempore huic ipsi uirtutis opus est, Deū adiutorem certaminis socium præsentemq; esse.

Sicut negligenti ac supino nihil prodest solitudo: neq; enim locus nos uirtute facit præditos, sed mens & mores: Ita & prudens atq; uigil non offenditur, etiam in media ciuitate uiuens inter pestilentissimos homines.

Negociator multas fert tempestates, fluctuū insultus, naufragia, multaq; alia incommoda, uerùm nō, nisi quum negociationem aliquandiu exercuerit, & merces comportarit, diuitijs partis fruitur. Et præcedunt quidem tempestates, sequun-
D tur autem merces: & uidet quidem pelagus ac fluctus, quum è littore soluit, merces autem non uidentur, tantùm autem sperantur. At nisi ad eam respiciat, quæ non apparet, & absens est, & non in manu, sed in spe: nunquam etiam præsentia, & quæ apparent attentabit: Similiter & agricola iungit bouem, aptat aratrum, profundos facit sulcos, seminaq; spargit, et omnia quę sibi sunt insumit, & frigora, & glacies, & imbres, & alias fert ęrumnas, quamuis multas: tandemq; post labores expectat, ut uideat campos uirentes, & impletam aream. En & hic prior est labor, posterior uerò merces: & merces incerta, labor uerò certus & difficilis: & illa quidem tantùm in spe, labor autem in manibus. Veruntamen & ipse nisi primum hanc spectet, quæ dubia, & non apparens, & corporeis oculis inconspicua, non solùm non iungit bouem, sed & neq; aratrum trahet, neq; semina sparget, neq; unq̃ ad id operis uel domo egredietur. Sicut igitur in rebus uitæ huius magis spectatur ad inuisibilia quàm ad uisibilia: & antea fertur labor, quàm uideatur merces, & primùm difficilia quæq; sustinentur, & sic fide expectantur fructus, sicq; spes inuisibilium primùm adducit, & tunc uisibilia quoq; attinguntur. Ad hæc, dubitare, hæsitare, & poscere mercedem ante labores, uidetur esse animi abiectioris, quàm sint agricolæ & nautæ: non enim in hoc solo ipsis uidemur esse deteriores, quòd ægre futura expectamus, sed etiam in alio quodam non minores illis. Et quod nam est hoc? illi enim non satis fidere possunt fini suo, & incerti sunt quantum mercedis habituri, attamen nec sic à laboribus deterrentur. Attu fideiussorem coronarum habes fide dignissimum, & neq; sic imitaris illorum studium, ac strenuitatem. Etenim nonnunq̃ agricola postquam sementem fecerit, agrum coluerit, iam segetem increscere uiderit, spe tamen & retributione laborū excidit, si uel grando, uel erucæ, uel locustæ, uel alia quædā talia acciderint, & post multos labores uacuis manibus domum regreditur. Mercator quoq; post longam nauigationem afferens oneratam nauim, sæpe in ipso portus ostio irruentibus uentis,

A uentis, impingit in ſcopulum, & uix nudo corpore ſaluato egreditur. Et in ſumma, in ſecularibus negocijs omnibus ſæpe ſub finem eiuſmodi calamitates eueniunt. Cæterùm non idem in tuis cõtingit certaminibus, ſed neceſſe omnino eſt, ut qui certauerit, & pietatem ſeminauerit, multosq; labores tulerit, finem ipſum aſſequatur. Neq; enim aëris intemperie, neq; uentorum tempeſtate laborum mercedes ſubuerti ſinit Deus, ſed repoſitæ ſunt illæ in cœleſtibus, & indeprædabilibus theſauris, &c.

Negociator ſi quando egreſſus in medium maris uenerit, non iam piratas, nõ naufragia, non marinas feras, non uentorum immiſſionem, & continuas tempeſtates, & multa informia cogitat ſolùm, ſed & quomodo illa effugiat, ſpe lucrorũ acquirendorum paſcitur, & omnes prædictas ærumnas animoſe excipit, ut auctis opibus ſuis domum redeat. Et agricola non agriculturæ tantùm labores cogitat & imbres, & terræ ſterilitatem, & rubiginis inſidias, & locuſtarum damna, ſed & aream, & manipulos animo ſecũ deſcribens, fortiter fert omnia, & pręe bonorũ expectatione neq; labores ſentit. Et quamuis incertæ ſpes ſint, ueruntamen ſpei maiori ſuauitate paſcitur, nec renunciat laboribus, ſed omnia quæ ad ſe pertinent, ferens, expectat ut aliquando laborum accipiat mercedes. Et miles quoq; aſſumit arma, & in prælium egreditur: non cogitat uulnera tantùm, & cædes, & hoſtium inſidias, & alias ærumnas, ſed & uictorias & triumphos ſibijpſi præfigens, omni armatura ſe munit: & quum pauor & infortunia nunciantur, repulſis his omnibus ex animo, propoſita bona ſpe, ponit omnem torporem, & receptis armis, cõtra hoſtium progreditur inſultus. Igitur, dilecti, ſi negociator & miles, & agricola, ubi & incerta ſpes, & plures fruſtrationes, pluraq; impedimenta, ſicut audiſtis multa & uaria, non ita damnat labores, ut à meliori propterea ſpe deſiſtat, quali nos uenia

B digni erimus, ita negligentes ad capeſſendam uirtutem, & non omnem laborem ſponte ſubeuntes, cũ tam ſecura noſtra ſpes ſit, tantaq; bona nobis repoſita, uincatq; magna abũdantia retributionis & mercedis, omnia quæ à nobis facta ſunt.

Sicut negociator qui cũ multis mercibus & opibus congregatis nauem impleuerit, ſubitò orta tempeſtate, & præualente uentorũ uiolentia, uacua in littus egreditur ſcapha, fit omnibus miſerabile ſpectaculũ, nudus repente apparens, & poſt plurimas indicibilesq; diuitias in extremam redactus egeſtatem: Ita & uobis diabolus nunc egit: nam quia inuenit nauem ueſtrã multis ſpiritualibus diuitijs oneratam, & uidit grandem theſaurum, quem ex ieiunijs & continuis doctrinis colligere potuiſſetis, quaſi tempeſtate quapiam immiſſa, inutile & pernicioſum illud, equeſtre certamen dico, omnibus uos diuitijs deſtituit & ſpoliauit.

Sicut in humanis negocijs ſi quis promittit aliquid, pactum facit, & certis argumentis & indicijs ſecurum alium facit: Ita & benignus dominus inquit, Ecce ego ſtatuo teſtamentum meum, &c.

Quemadmodum Neptuno plus debere ſe iudicat ex his qui eadem tranquillitate uſi ſunt, qui plura et precioſiora illo mari uexit, animoſius à mercatore quàm à uectore ſoluitur uotum, & ex ipſis mercatoribus effuſius grauis eſt, qui odores & purpuras, & auro penſanda portabat, quàm qui uiliſſima quæq; & ſub arrę loco futura congeſſerat: Sic huius pacis beneficium ad omnes pertinens, altius ad eos peruenit, qui illa bene utuntur.

Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ, latratus minutorum canum ſecurus obaudit.

Quidam uir nobilis, & eius ſeruus tibi in cuſtodia dati ſunt, ea lege ut ſeruum pane & aqua more ſerui, nobilem ſecundum dignitatem natalium ſuorum procurares ſplendidè: Tu uerò contrarium, nobilem fame & ſiti, & multis iniurijs confeciſti: ſeruum uerò delicatè nutriſti, omni genere deliciarum inſolentem feciſti, re

C bellem domino suo, cui insurgens uulnerat uultus, occidit tandem. Quid respondebis ei qui utrunque tibi commisit? Tu homo, crudelis homo fuisti, qui nobilem uirum, spiritum & animam nullis delicijs uirtutum, nulla pinguedine deuotionis refecisti, seruum contumacem nutriuisti delicatè, qui carnem gula, ebrietatibus uoluptatibusque huius uitæ inescasti. Caro insurgit in spiritum, cum uitijs seruire cogit, uulnerat, occidit.

Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia est, & cuicunque nomen non potest reddere, imponit: Ita poëtæ non putant ad rem pertinere uerum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decore corrupti, id quemque uocari iubent, quod belle facit ad uersum.

Nouacula ad nitorem uultus acuitur, ut abradens hirsutam atque horrentem faciem leuiget. Hæc si potius uulneret, dolum fecit, quippe cum præparata ad ornatum, ministerium suum præbuerit ad uulnus: Ita lingua impij in malitia potentis, quam natura ad eloquendas rationabiles cogitationes consulti cordis præparauit, ipsa potius irrationabiles cogitat iniquitates.

Quemadmodum nox est post diem, & dies post noctem, & æstas atque hyems uicissim: Eodem nos quoque modo aliâs dolor uexat, aliâs uoluptas permulcet, & nunc quidem ægrotatione laboramus, modò autem fruimur sanitate.

Si quis noctis medio assumpta face domum incendisset magnam, ac multitudine hominum refertam, eos qui intus obdormirent, insidijs appetens, utrum esse diceremus malum, atque supplicijs omnibus afficiendum, eum'ne qui excitaret dormientes, & illis ędibus educeret, an eum qui initio ignem illum succendisset, adeoque duram necessitatem, & eis ipsis, & illi qui eos educeret, imposuisset? Quid autem illud, si quis uel tyranno uiolenter oppressam ciuitatem, siue aliâs intestino bello,
D ciuilibus discordijs ac seditionibus languentem intuens hortaretur quos posset, atque persuaderet, ut relicta ciuitate reciperēt se ad montium uertices, nec persuaderet solùm, uerùm ad eam fugam ipse etiam quæ posset, adiumenta conferret: quem ex his insimulares, quem malè de omnibus mereri diceres? eum'ne qui ab his turbinibus & tempestatibus ad serenissimum ac tranquillissimum portum eos homines qui in medio æstu iactarentur, abduceret: an eos qui naufragia ista ac pericula parassent? Non itaque uelim arbitreris meliore in statu modò res humanas esse, quam ciuitatem tyrāno incubatam, uerùm in longè deteriori. Neque enim homo aliquis, sed dæmon quidam iniquissimus, tanquam tyrannus immanis atque atrox, cum uniuersis suis copijs ac phalange tota, uniuersum simul orbem occupās, in humanas animas grassatur. Demum inde ueluti ex arte quadam, impia & scelerata quotidie edicta omnibus proponit, non modò matrimonia dirimens, siue pecunias aut mittens, aut ferens, aut iniquas tantùm exercens cædes, uerùm longè his quoque grauiora atque duriora indicia tyrannidis præ se ferens. Coniunctam enim semel Deo humanam animam, eius familiari contubernio subducens, atque flagitiosis immundisque satellitibus suis illudendam tradens, impuris illorum congressibus substerni cogit: qui postquam eam semel assumpserint, adeò illi turpiter congrediuntur, tamque contumeliose, quantum credere par est nequissimos dæmones, uehementer atque immanissimè perditionem nostram atque turpitudinem desiderantes. Exutam enim omnibus uirtutum indumentis, uitiorumque pannis obsitam, eisque sordidis, conscissis ac putridis, quibus profectò fœdior apparet, quàm si nuda esset, familiarique sibi impudicitia, & omni flagitio respergentes, ac penitus inficientes, illi fœdissimè omni contumelia illudere non desinunt: neque enim ullam satietatem nouerunt incesti huius sceleratique concubitus. Cæterùm ut ebrij faciunt, qui quum se multo mero ingurgitauerint, tunc maximè exardescunt, ac feruntur per uitia præcipites: Ita & hi quoque tunc maximè insaniunt, eique & uehementius instant,

A stant, & ferocius insultant, quum illa ad omnem turpitudinē abuti cœperint, compungentes undiq; atq; mordentes, uenenaq; nequitiæ suæ in illam refundentes, nec prius desinentes, quàm in suum illam habitum formamq; trāstulerint, uel corpore absolutam uiderint.

Quemadmodum si quis in tenebrosa nocte aut ignotā uiam ingredi, aut mare nauigare tentauerit, non solùm ad propositum finem non pertingit, sed confestim errando perit: Sic & illi, qui uiam ad cœlos euntem adorsi, lumine huic itineri necessario prorsus reiecto, loco illius cogitationum suarum tenebris utuntur, se ipsos inuertunt, dum in corporibus incorporeum, & in figuris infigurabilem quærunt, atq; ita grauissimum patiuntur naufragium.

Quemadmodum noctu amoto lumine, lignum, plumbum, ferrum, argentū, lapides preciosos, & alia omnia eodem modo & uidemus, & dijudicamus: Ita qui sordidè & uitiosè uitam uiuit, neq; modestiæ uim, neque sapientiæ discernit pulchritudinem.

Sicut nubes quædam condensata, & sub solarem radium currens, omnem retrorsum splendorem auertit: Sic & tristitiæ nebula, quum ante animū nostrum steterit, non sinit facilem esse rationis cursum, sed suffocat, & cum multa necessitate intus reprimit.

Sicut nubes baiulant pluuiā, & effundunt eam super terram: Sic & prophetæ & apostoli accipiunt uerba à Deo, & effundunt super rationabilem terram.

Si nudum quempiam, totumq; corpus fœtido cœno illitum, circumcursantē, & de eo quod debebat occulere gloriantem uiderem, non quod faceret commendarem, sed magis deflerem hominis impudentiā, qui neq; turpitudinem hanc suā intelligeret: Sic impudentes peccatores, de quibus Paulus ad Rom. 1. deflendi.

B Si pro cupreo nummo aureos centum quisquam recipere possit, certatim se omnes ad illud emporiū conferrent: Vt pro caducis istis temporalibus uitam æternam commutare possimus, & nemo festinat.

Sicut qui nummos possident, quanti commutentur, nisi erogando negotiandoq; non satis intelligunt: Ita nisi doceant, aut scribant pleriq; quæ sanè sciunt, nescire proculdubio uideantur.

Sicut in nummularijs contingit, ut disquiri scilicet oporteat, uter eorum sagacius à probabili nummo adulterinū dignoscat, eumq; qui probabilis speciem tantum gerentem admittit, longè arceamus ab arte: qui autem ueram notam cognoscit, hunc & artem callere fateamur: Eodem pariter modo amatoriam artem pulchri naturæ, ueluti nummo cuidam admouere oportet.

Quo pacto non absurdum eos qui ad seculares nundinas ueniunt, solicitos esse, ut anteq; redeant, omnia quæ ex nundinis oportet, capiant, licet pecuniæ impendendæ sint: Huc autem in spirituales has nundinas uenientes, non omne studium impendere, ut acceptis utilibus, & in anima depositis, redeant, maximè cum nullo pecuniarum sumptu hîc opus sit, sed alacritate sola & intenta mente? Vt igitur ne deteriores fiamus ijs qui ad seculares mercatus uadunt, operam demus ut perquam uigilantes simus, ne desint hinc migraturis uiatica. Imò & habeamus quæ non solū nobis sufficiant, sed & quæ suppeditare possimus & alijs, & uxorē corrigendo, & famulos, & uicinum, & amicum, & etiam inimicū. Tales enim sunt spirituales doctrinæ, ut communes omnibus proponantur, nullaq; sit in eis diuersitas, nisi quando quis magis intentam afferat mentem, & feruentiori desiderio alium transcendit.

Nuncij peculiare opus est, tantùm quæ commissa sunt perferre. Vnde & sacerdos nuncius uocatur, eò quòd non sua, sed quæ mittentis sunt annuntiat.

Fortè utiliter & in malū incidisti, quē bonū putasti, ut in ubere quasi materno ama-

C amaritudinē inuenires, & ea offensione repellereris, & ad cibū ualidiorem inuitareris. Faciūt enim hoc nutrices, māmothreptis, ut aliqua amara ponāt in papillis, quo offensi paruuli, ab ubere resiliant, & ad mensam inhient.

Quomodo nux siue amygdalum amarissimum habet corticem, & testa durissima cingitur, ut detractis austerioribus, & duris, fructus dulcissimus reperiatur: Sic omnis correptio et labor cōtinentię, amara quidē uidet ad præsens, sed fructus parit dulcissimos: unde et uetus illa sentētia, Literarū radices amarę, fructus dulces.

Contemnitis paululum laboris in amouendo nucis amaro cortice, duroqꝫ putamine, quo fruamini nucleo: Multo magis hic cōtemnetis paululum in attendendo studij, quò saluberrimo simul & iucundissimo cibo reficiantur animi uestri, quem uobis præbebit hic psalmus.

O.



QVEMADMODVM quædam in oblectamentum ac iocum sic alligantur, ut eorū solutio imperito difficilis sit: quæ ille, qui implicuit, sine ullo negocio separat, quia commissuras eorum & moras nouit, nihilominus illa habent aliquam uoluptatē, tentāt enim acumen animorum, & intentionem excitant: Ita hæc quæ uidētur callida & insidiosa, securitatem, torporem ac segnitiem ingenijs auferunt, quibus modò campus in quo uagentur, sternendus est, modò recti aliquid & confragosi objiciendum, per quod erepant, & solicitè uestigium faciant.

Obliuisci quidem suorum, ac memoriam cum corporibus efferre, & effusissimè flere, meminisse parcissimè, inhumani est animi: Sic aues, sic feræ suos diligūt, quarum concitatus est amor & penè rapidus, sed cum amissis totus extinguitur.

Sicut qui obuiam uadit alicui, in uia stat, & expectat eum quandiu ueniat: Ita

D qui credit in Christum, sic deberet uiuere in hoc seculo quasi peregrinus, & nō in suis, sed in transitu positus. Propterea & Iudæi exituri de Aegypto, expediti & præcincti agnum missi sunt manducare, & ad exeundum parati, ostendentes uobis, quomodo quicunqꝫ agni nostri Eucharistiam manducant, ita debent semper esse expediti, quasi quotidię exituri de mundo.

Sicut qui se occidit, utiqꝫ uiuendo se occidit, sed se occidendo non uiuit, nec se ipsum poterit resuscitare, cū occiderit: Ita cùm libero peccaretur arbitrio, uictore peccato amissum est liberum arbitrium. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Qualis uerò potest esse serui addicti libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liber est ad peccandum, qui peccati seruus est. Vnde ad iustè faciendum liber non erit, nisi liberatus à peccato, esse iustitiæ cœperit seruus.

Verū hic adhibendus columbinus ille simplex, & euangelicus oculus, non ille Pharisaicus iniquus & inæqualis. Sunt enim cōspicilla, quæ res ostendunt maiores quàm sunt, & sunt quæ minores uideri faciunt: sunt quæ lucē addunt, sunt quæ caliginem: deniqꝫ sunt quæ longius semota reddunt conspicua, propius admota obscurant. At Pharisaicus oculus sui dissimilis & inæqualis est, quum intuetur aliena mala: etiam quæ minima sunt, uidentur maxima: rursum quum ad propria mala deflectitur, quæ maxima sunt, uidentur minima: imò uel cæcutit nō uidens, uel hallucinatur, aut, ut Græco uerbo melius dicam, παραβλέπει, uirtutem esse iudicans quod est uitium: rursus in alijs ut uitium detestās, quod est uirtutis, ad ea quę procul absunt, Lynceus ac perspicax, ad proxima luscīosus, quales feruntur oculi lamiarum, in quæ domi nec ea uident, in quæ impingūt, foris nihil tam abstrusum quod nō perspiciant. Hinc longè diuersus est oculus ille bonus & columbinus, ad quędā proxima uitia cōniuens, quędā benignè interpretās, quædā eleuans, propriorū malorū iudex iniquior. Vbi tales adsunt oculi, nō facilè pariet dissidiū inæqualitas. Et tamē iuxta sensum humanū, minus inęqualitas habet pericu

A hi, si uir præcellat, quàm si mulier, quòd in illo plus ualeat ratio, in hac magis regnēt affectus, quibus si accedat materia, facilè rapiunt ad mariti contemptum.

Nam oculus quidē corporalis, à puluere, & fumo & alijs quæ obturbare possunt, liber, in obiecta sua subtilem minimeque impeditam efficaciam habet: at si affectione quapiā offendatur, uisibilibus minus quàm res postulat intentus erit, aberrabitque, quamuis & de diligentia eius nihil desideret. Humana quoque mens, si quieta fuerit, & secum habitans, atque phantasijs friuolis & abominabilibus abscedere solita, acutè & perspicuè aspiciet, citraque errorem rerum cognitionē percipiet: quòd si perturbationibus crassior facta fuerit, nunquam diuinam pulchritudinem contuebitur, & in his quæ magis terrena sunt residebit, similis passeribus complutis, madefactione à subuolando in sublime prohibitis.

Sicut enim oculus corporis etiam plenissimè sanus, nisi cum candore lucis adiutus, non potest cernere: Sic homo etiam perfectissimè iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non potest uniri.

Vt enim uisus oculorum si fuerit uitiatus, quicquid uidere nō potuerit, adesse non putat: frustrà enim oculos circūstat præsens imago rerum, si oculis integritas desit: Ita Deus qui nusquam deest, frustrà pollutus animus est, quem uidere mentis cæcitas non potest.

Sicut solem non uidet oculus, nisi in lumine solis: Sic uerum & dominicum lumen non poterit uidere intelligētia, nisi in ipsius lumine, de quo inquit propheta: Domine in lumine tuo uidebimus lumen.

Cū oculus sic factus est, ut uidere lumen possit, sed uidere nō potest, nisi se illi lumen infuderit: Ita bonum quod facis, gratiæ ascribendū. Nam quòd uidet oculus, beneficium est luminis, quo si careret, cæcus remanebit in tenebris.

B Sicut oculus, quanto mundior fuerit, tanto longius uidet: Sic & anima, quanto longius fuerit à solicitudine mundiali, tāto amplius Deo proximior est. Cuius aūt cordis oculus mundum aspicit, illius mens non potest Deum uidere.

Quemadmodum oculus turbatus aliud pro alio cernit: Ita mens prauarum cogitationum confusione perturbata, idem pati consueuit: Itidem & qui laborant insania, alias pro alijs rerum species se uidere credunt: uerùm hæc insania quàm illa periculosior est, quæ noxam adfert, non in rebus sensibilibus, sed in rebus intelligibilib. nō in pupula oculorū corporaliū, sed in oculis animi distorsionē gignens.

Si corporeus oculus exercitium uisus habeat nullo impediente obstaculo, integrè & absque ulla falsitate, uel colores corporum, uel magnitudines qualitatesque deprehendet. Nam si aut caligine, aut alia qualibet infirmitate impediatur aspectus, & rubrum pro albo, & uiridem pro nigro, aut rectum putat esse aliquid quum curuum sit & tortuosum, cōturbabitur sine dubio iudicium mentis, & aliud pro alio agetur: Ita ergo interior uisus, nisi eruditione & industria fuerit exercitatus, quò per multam peritiam discretionem boni habeat ac mali, sed ignorantia & imperitia tanquam caligo oculis inciderit, aut etiam malitiæ alicuius languor tanquam lippis oculis accesserit, discrimen boni aut mali intueri nullatenus possit, & inde fiet, ut mala pro bonis agat, bona uerò pro malis spernat.

Quemadmodum oculus quando non definit cernere, atque ob hoc cernit mala, siquando bona non sint obiecta: Sic & cogitatio quoties se abducit à necessarijs, circa inutilia iam uersatur.

Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Nonne uidebit oculus, & operiet uultum suum? Sicut homicida & fur unusquisque hæreticus nuncupatur: Ita adulter rectè intelligitur, quum ad sensus suos eloquia diuina conuertit, & adulterat uerbum Dei De his Propheta ita dicit, Caupones tui aquā uino miscent, id est, adulterinis doctrinis suis meram atque synceram Euangelij doctrinam intellectus sui

C peruersitate corrumpunt. Et Petrus apostolus ait de his, Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ: & Iudas, Hi sunt nubes sine aqua, arbores autumnales infructuosæ, fluctus ueri maris, sydera errantia. Vanitate itaq; & præsumptione hæretici cæcatus uultus mentis illius operitur, & excrescente in eo tumore superbiæ, tota præcordia eius & uiscera conteguntur.

Sicut oculus unus uerti non potest, quò & alius non uertatur: Ita & quicquid unus uoluerit, eò & aliorum uoluntas uertetur.

Sicut etiam oculus nō ualet esse manus, nec manus ualet oculus: Ita etiam licet distent ab inuicem differentibus meritis, tamen singulis sua præmia sufficientur.

Sicut oculus naturaliter lucem requirit ad uisum, & corpus nostrum escam & potum desiderat per naturam: Ita mens nostra sciendæ ueritatis Dei, & rerum causas noscendi, proprium ac naturale desiderium gerit.

Sicut oculus euulsus à corpore ac separatus nihil potest uidere: Ita & anima separata nihil sentire, quia & ipsa pars est corporis. Falsum hoc & dissimile est. Anima enim non pars corporis, sed in corpore est. Sicut id quod uase continetur, uasis pars non est, nec ea quæ in domo sunt, partes domus esse dicuntur: Ita nec anima pars est corporis, quia corpus uel uas animæ est, uel receptaculum.

Vt oculus in corpore: Sic mens in anima.

Quemadmodum oculus quum luminata loca exierit, ac in obscura inciderit, propter priuationē luminis uidere desiuit: Sic intellectus si extra id quod est, imaginationibus compellatur, quum ueritas quasi lux eum derelinquat, confusus & insipiens ab intelligendo desinit. Nec igitur oculus, si lux non est, uisu uti poterit: nec intellectus ab unigeniti sensu diductus, officio intelligendi utetur. Nam casus à ueritate mentis, uisus priuatio & cæcitas est: quare uana omnino est illa mens, &

D inflata nihil intelligit, quæ unigenito antiquiora se concepisse opinatur. Sicut si acumen uisus ei oculo aliquis attestet, qui ad tenebras inspicit. In lumine, inquit, tuo uidebimus lucem. Qui uerò intellexisse dicit, quando nondum erat lumen, similis his est, qui in sensu phrenetico, quæ nō adsunt, uidere se imaginantur: nam quæ filium excedunt, non intelliguntur. Quoniam quod est oculo sensibile lumē, hoc animæ Deus uerbum.

Solem nisi sanus & uehemens oculus non aspicit, nec bonum potest uidere, nisi anima bona.

Sanè hoc quod assequi dicimus animo, bellissimè potest cum accidentijs oculi conferri. Is quum insitam habeat cernendi uim, calamitatem interdum eiusmodi patitur, ut ob id quod cernendi instrumentum circumsidetur à nebula, spectabilium rerum congressione priuetur: cui si interueniens ars restituerit uisum, eā nequaquam intellige uidendi infundere uirtutem, sed potius impedimentum auferentem liberum reddere luminibus excursum.

Ictus oculi eminus summitates ramorum, & montium cacumina peruolabat, sed uallium subteriacens uastitas & densitas dumetorum frustrabatur obtutus.

Si quis oculum casu excusserit, reliquiæ illi suæ satisfacient, & erit in minuto corpore & amputato tam lætus ꝙ in integro fuit: sed quæ sibi desunt num desiderat? non deesse mauult? Ita sapiens se contentus est, non ut uelit esse sine amico, sed ut possit: & hoc quod dico possit tale est, amissum æquo animo fert, sine amico quidem nunquam erit, in sua potestate habet quàm citò reparet. Quomodo si perdiderit Phidias statuam, protinus alteram faciet: Sic hic faciendarum amicitiarum artifex substituet & alium in locum amissi.

Vt impossibile est oculum indesinenter circumactum, & nunc quidem ab obliqua transuersum, nūc uerò ad superiora & inferiora crebris uicibus correptum, clarè ac dilucidè res obiectas contueri, sed opus est ipsam aciem ei quod uidetur, diligenter

A ligenter intendere, siquidem euidenter illud sis conspicaturus: Ita fieri non potest, ut mens hominis innumeris huius mundi curis ad uaria correpta, ueritatem conspicuè intueri queat.

Tu autem æquè facis, ac si quis oculum hominis aberrantem curet, quum pes ægrotat, aut pictorem non aptè pingentem imitaris: nam quod pictum est immutas, at pictorem nequaquam emendatum exhibes.

Sicut enim in oculo cæci in nocte uitium cæcitatis est, sed non apparet, nec discernitur inter uidentem & cæcum, nisi luce ueniente: Sic in puero uitium esse nō apparet, donec ætatis prouectioris tempus occurrat.

Cùm eadem luce & sani oculi perfunduntur, & saucij, istis adiumentum est, illis tormentum: Idem cibus aliâs ualetudines alit, aliâs lædit: Idem medicamentum hos curat, illos debilitat: Eadem arma alios muniunt, alios impediunt: Eadem uestis alijs tegumēto est, alijs implicamento: Sic & baptismus alijs ualet ad regnum, alijs ad iudicium.

Sicut oculi exteriores quiddam sunt carnis: Ita mens quiddam animi, quod in eo secundum participationem diuinæ rationis excellit, & tunc omnibus motibus eius bene præsidet, cùm superna luce radiatur, ut sit in ea lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Quemadmodum oculi uehementer splendidum iuxtà positum nō uident, uerùm recessu quodam mediocri egent: Sic & animæ ingratæ, in bonorum priuatione præteritorum, abeuntem tantam sentire gratiam uident. Quando enim ea quę cupiunt, sunt assecuti, nullam Deo gratiam habent: post priuationem uerò abreptā laudant: sed nullus nostrū ulla de causa, aut ullam ob calamitatem gratias agere desistet, si diligēter quodlibet pensare uelit. Cuiuslibet nostrum uita multas ha-

B bet, easq; non iniucundas diuinæ bonitatis recognitiones, quæ illorum comparatione, quæ longè sunt inferiora, magis apparent: unde sors nostra qualiscunque, melior continuò uidebitur.

Sicut oculi corporales nihil amplius præterquam uisibilia spectare possunt: Ita & oculi fidei nō quæ uident spectant, sed illa uident, quæ multo pòst futura sunt.

Boni oculi sunt, & usui necessarij, sed quum contempto lumine accipere nolunt, nihil eis species proficit, nihil propria uis, sed affert nocumentum: Itidem & anima, si intueri sine spiritu uoluerit, impedimentum sibi ipsa efficitur.

Sicut oculi pascuntur primo diei lumine: Ita etiam mens nostra alitur inuentis sapientiæ, & quibusdam eius radijs uidetur splendescere. Visibilis enim solis radijs terræ uaporant: inuisibiles aūt radij cordis nostri penetrāt interiora recessus.

Quemadmodum oculi nostri quæ foris sunt uidentes, seipsos non uident, nisi solidum quid contingant, & ex eo uisus refractus, ueluti ex quodam refluxu, retroactos seipsos uidere faciat: Ita & mens nostra alia contemplans, seipsam nō contemplatur, nisi scripturas inspiciat. Nam hic mentis nostræ refractum lumen causam reddit, ut quisq; seipsum uideat & agnoscat. Alioquin incōsiderantes sumus ac negligentes in expendendo nostri ipsorum opificio, quid & cur simus ignorantes. Negligentissime siquidem erga nosipsos afficimur, ita ut & eorum quæ in nobis cognitu facilia & minutissima sunt, scientiam non habeamus.

Quemadmodum ijdem oculi cœlum & terram pariter nequaquam aspiciunt: Ita mundi amor & Dei, pariter in uno corde habitare non possunt.

Neq; enim si utatur aliquis oculorum acie clara, membris omnibus integris, corporis totius fortissima ualetudine, tamen eum non dixerim sanum, si efferatur ira, superbia tumidus infletur, libidini seruiat, cupiditatibus inardescat: sed eū potius qui ad alienam felicitatem non attollat oculos, opes non admiretur, alienā mulierem sanctè uideat, nihil omnino appetat, non concupiscat alienum, non inui-

C deat ulli, non fastidiat quenquam, sit humilis, misericors, beneficus, mitis, humanus, pax in animo eius perpetua uersetur. Ille homo sanus, ille iustus, ille perfectus est. Quisquis igitur his omnibus Dei præceptis cœlestibus obtemperauit, hic est ueri Dei cultor, cuius sacrificia sunt mansuetudo animi, & uita innocens, & actus boni. Quę omnia qui exhibet, toties sacrificat, quoties bonū aliquid ac piū fecerit.

Quemadmodum uisus oculorū quibusdam medicamentis acui solet & repurgari: Sic & nos, si aciem animi liberare impedimentis uoluerimus, poterimus perspicere uirtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita, & humilitate & infamia obiacentibus.

Ecce ea quę nobis in ipsos oculorum admouētur obtutus, non absolutè quasi oppressis uisibus intuemur: multo uerò certius in ea quæ eminus offerūtur, uelut expeditis luminibus intendimus: Ita ferè de præsentibus futurisq; euenisse non est ambigendum. Nam præsentia tanq̄ in oculos ingesta, nō rectè cernuntur: futura tanq; ab oculis reducta, manifestissimè perspiciuntur.

Velut oculis euenire solet corporalibus, ut interualla remota hebetem faciant uisibilium comprehensionem, propinquitates uerò ac uicinitates intuentiū ociosè ac distinctè notitiam uisibilium præbeant. Sic & in contemplationibus mentis, is qui per bona opera sese Deo familiarem ac propinquum non reddit, ipsius opera puris mentis oculis uidere non potest.

Vt radius oculorum nostrorum species rerum sensibiliū, coloresq; non prius potest sentire, quàm se solaribus radijs immisceat, unumq; cum ipsis, & in ipsis fiat: Ita animus sanctorum puram rerum spiritalium, omnemq; intellectum superantium cognitionem non sufficit accipere, nisi prius incomprehensibilem ueritatis participationem dignus efficiatur habere.

D Sicut postquam corporalium oculorum lumen extinctum est, omnia iam mēbra in miseria uersantur ac tenebris: Ita etiam mente cæcata, innumeris prorsus malis hominum uita cumulatur. Quemadmodum igitur in corpore, hoc maximè prouidemus, ut oculos habeamus incolumes: Sic etiam in anima intellectus conseruemus salutem. Si uerò cæcamus istū, quo alijs quoq; debemus lumen inferre: unde iā ipsi poterimus aspicere? Sicut enim qui caput ipsum fontis obstruxit, totum simul exiccauit & fluuium: Sic etiam qui oculum mentis tenebris obduxit, omnes quoq; uitæ istius actus una confusione cæcauit.

Confusis oculis prosunt uirentia & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit, quorundā splendore præstringit: Sic mentes ægras studia læta permulcēt.

Quemadmodū usuuenit oculis, si quando continenter ad splendida acies suas direxerunt, ut ad contuenda postea quæ in coloribus obscura sunt & uiridia, facultatē quandā accipiant: Ita et mentibus nostris quasi placidū quendā contactū, qui doloris sensum eximat, mansuetudinis ac diligentiæ tuæ recordatio adfert.

Vt oculis noctuę persimiles homines hi sunt, qui sapientiæ studio uanè incubuere: nam ut illius aspectus noctu quidem ualet, sole autem illucescente non mediocriter offuscatᵉ: Sic & ipsorum hominum mens, acutissima quidem ad uanas res perspiciendas esse uidetur, hebetissima uerò caligineq; referta ad ipsam lucem ueram percipiendam euasit. In die quoq; perfacile tibi fuerit undequaq; creatoris admirationem elicere.

Qui oculos habent corporis, lippitudine aut hebetudine imbecilles, nō rectè de coloribus dijudicāt, quinimò aliter quàm res sese habeat, ob insitā infirmitatē ferunt iudicium, de cādido quod nigrum, & de nigro quod sit candidum dictitātes: Ita uidentur affecti Pharisæi: ob grauem enim animi morbum, zelum, inuidiam, odium, quo in Christum concitabantur, aciem mentis obtusam & obnubilatam habuerunt; neq; ad cognoscendum in carne delitentem diuinitatem, sese tamen

A men multifarijs signis liquido prodentem, penetrare ualuerunt.

Sicut autem dedit nobis oculos Deus, non ut spectemus, uoluptatemq; capiamus, sed ut uideamus propter eos qui pertinent ad uitæ necessaria: Ita genitalem corporis partem, quod nomen ipsum docet, nulla alia causa nisi efficiendæ sobolis accepimus.

Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi etiam ad minimam radij solis offensionem: Ita ebrietates continuæ efferant animos.

Quomodo oculos maior & perfecta suffusio excæcat: Sic modica turbat.

Sicut qui graues oculos habet, si ponas eum in aliquo obscuro tenebrosoq; loco, melius uidet: si autem ponas eum in sole, nihil uidet, quia oculus eius nō suffert solis candorem: Sic homo mundialis, qui oculum, id est, mentem, terrenis desiderijs sordidam habet & turbulentam: si ponas eum in rebus mundialibus, sapit & astutus est: si autem trahas eum ad res spirituales, tenebrescit & nihil sapit, quia mens illius desiderijs corrupta terrenis, iustitiæ bonum non sentit: non sentit, dico, nō nescit: scit autem, sed non sentit bonum iustitiæ, quia nec delectatur in eo: præoccupatum enim habet cor circa delectationem terrenam.

Sicut qui corporaliter oculos habet acutos, de longe prospicit uenientē, an amicus eius est, an aduersarius: qui autem oculos habet infirmos, quamuis intenderit, non cognoscit an amicus sit, an inimicus: Sic qui mentem à peccatis possidet mundam, de longe considerat, homo Dei est ille qui uenit, aut homo diaboli: in nomine Christi uenit, aut in spiritu Christi, &c.

Sicut enim sine oculis cernere nemo potest, nec sine auribus capere auditum, uel absq; naribus odoratum, neq; sine lingua gustū sumere, aut absq; manibus aliquid cōtrectare: Ita impossibile est absq; uero propheta, quę Deo placeāt, noscere.

B Vt parum feliciter cesserit, si morbosis oculis in solares radios intueri coneris: Ita impurus ipse summam puritatem non sine periculo attrectaris.

Quemadmodum nos conspicientes ea quæ sunt sub oculis, uidendo non fallimur, nec aliter uidemus quàm sunt, sed quemadmodum fiunt, ita uidemus: Sic & prophetæ futura tanquam præsentia uidebant, & quæ uidebant fieri erat necesse, nanq; quæ fiebant, omnino uidere oportebat. Et rursum quemadmodū nos quæ uidemus oculis, omnino necesse est ut sint, siquidem ea quæ sunt uidemus: Sic & prophetæ quæ præuidebant, oportebat omnino esse, nec aliter fieri poterant, quē quēadmodū præuiderāt. Nā si futura nō præuidissent, iam nō fuissent prophetæ.

Quemadmodum oculis non tantum cernimus, quantum uolumus, sed quantum uidendi acies ferre potest (nam quæ ualde remota sunt, discernere non possumus) Sic & humanam mentem, etiamsi munda sit, ad certos usq; terminos protendi: nihil enim supernaturalium comprehendere certius possumus, sed credimus, nulla tenentes principia, unde illa colligere queamus. Credendo igitur, non quærendo ista comprehendunť, & ut laudať qui credit, ita culpa nō caret qui dubitat.

Quemadmodum oculis turbidis uisibilia diligenter deprehendere non ualemus: Sic ex corde turbato rerum ueritatem cognoscere haud licebit. Recedere igitur à mundi occupationibus opus erit, & nec per oculos, neq; per aures, aut alios sensus, alienas in animam cogitationes introducere.

Sicut oculis corporis utitur unusquisq; ad uidendum, siue bona, siue mala, & in potestate habet uel eleuare oculos ad cœlum, & per id quod uidet, conditorem eius agnoscere, & collaudare creatorem, uel conferre ad spectacula circi, uel theatri, uel quarumlibet sordidarum oblectamenta uisionum, quibus aut libidinem, aut rapacitatem, uel alia quæq; uitia amans inflammetur: Ita mihi intelligo animæ etiam oculos, quibus alij utuntur quidem, ut uerbum Dei & doctrinam ueritatis agnoscant, ac sapientiæ eius quotidie capiant profectum. Alij uerò utunť his ocu-

 lis, in

C lis, in contrarium exercentes scilicet semetipsos, quotidie inquirêtes quomodo dogmata ueritatis infringant, & fidem Christi, quantum ipsis uidetur, impugnent.

Quemadmodum qui oculis infirmi sunt, à rebus ualde claris uisum auertunt, in floribus & in herbis conquiescunt: Sic & animam non iugiter tristia respicere, nec præsentibus rebus mœstis adhærere, sed ad uariorum bonorum contemplationem oculos attollere oportet. Hoc itaq; modo continuò uita gaudebit, si Deum semper suspiciat.

Quemadmodum is qui apertis oculis solis intuetur lucem, sibiipsi prodest, admirans pulchritudinem syderis, neq; illi aliquid confert: quippe clariorem facere ipse admirando non potest, sed permanet idem solis fulgor: Ita multo magis in Deo. Is qui Deum admiratur, eumq; honorat, sibiipsi acquirit salutem, maximaq; emolumēta lucratur, quippe ex hac glorificatione uirtutis suæ præmia promeret.

Sicut capti oculis in diuersa præcipitia feruntur: Et illi quidem supra dignitatē animam efferunt, alij autem contra dignitatem dehonestant.

Ita enim inueterascens fit odium, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo, diutius eam in uase detinet, donec totum acescat, uasq; corrumpat. Quapropter multo melius, ne iustè cuiquam irascamur, quàm uelut iustè irascēdo, in alicuius odiū & occulta facilitate delabimur. In recipiēdis enim hospitibus ignotis ista solemus dicere, multo est melius malum hominem perpeti, quàm forsitan per ignorantiā excludi bonum, dum cauemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi contrà est. Nam incomparabiliter salubrius est, etiam iræ iustè pulsanti non aperire penetrale cordis, quàm admittere non facilè recessuram, & peruenturam de farculo ad trabem, studet quippe impudenter etiam crescere quàm putatur.

Quemadmodum quos odio habemus, ne uocem quidem audire, nec uidere D æquo animo patimur: Ita & anima, si quid præter Dei uoluntatem nobis imperat, reijcienda est.

Qui persensit odorem, scit quidem unguentum alicubi positum esse, cæterùm cuiusmodi naturæ sit, non item nouit, nisi prius ipsum uidere cōtingat: Sic & nos, Deum quidem esse scimus, at quid sit secundum substantiam, nondum scimus. Proinde sumus tanquam regale suffumigatorium siue thuribulum, quocunq; accesserimus cœlesti fragrantes unguento, ac spirituali suaueolentia.

Odorem hunc, inquit Paulus 2. Corinth. 3. alij quidem expetunt ut seruenẽ, alij ut pereant. Perinde ac sues, & cantharos pisces unguentum suffocare dicitur: Sic & Christus petra scandali, & in ruinam positus est. Tum ignis aurum illuminat clariusq; reddit, spinas uerò exurit & absumit.

In œconomia humana paterfamiliâs sibi hanc curam suscipit, ut de familiæ uictu & amictu solicitus sit, à familia autem exigit, ut unusquisq; suum præscriptū laborem diligenter & fideliter faciat. Igitur si inuenerit seruos uigilantes, quid faciat aliud, quam quod suprà cap. 12. dictum est: Videlicet præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis, ut habeant in tempore demensum cibum. Porrò inuersus ordo est, si familia de uictu solicita, suum officium negligat, & paterfamiliâs uictum familiæ negligens, de labore tantùm familiæ solicitus fuerit: Sic & in œconomia cœlesti. Deus paterfamiliâs non concedit familiæ suæ hāc curam, ut sint soliciti quid edant, quid bibant, & quibus indumentis utantur, sed exigit ut ante omnia quæramus regnū Dei, & iustitiam eius, hoc est, ut unusquisq; suæ legitimè seruiat uocationi. Quod si fiat, omnia quæ uictui & amictui necessaria sunt, patrisfamiliâs cura & administratione parata erunt.

Vt œconomus non facilè eijcit & absoluit citò fidelem seruum, sed cupit remorari: Ita dominus patitur quamdiutissimè, si quis fuerit fidelis ministrator.

Velox sit Ate, segnes Litæ. Leuibus autem offensis ex altera parte recens ortis, non

A non difficile fuerit mederi. Cæterùm si reciproca talione cœperint propagari, & altius agere radices, difficilimũ fuerit reuellere, ut non resideãt mali uestigia: quemadmodum ruptura membrorũ aut altius actum uulnus, uix unquã ita tollitur arte medicorum, quin aut dolor per occasionẽ recurrens admoneat ueteris mali, aut fœda cicatrix non sinat obliuisci plagæ. Perstricta cutis, aut leue uulnusculum facilè sanatur, atq; etiam obliteratur. Quemadmodum autem nullum ingenium hominis tam felix est, ut nullũ omnino nęuũ habeat: Ita uix ulla natura tam est deplorata, quin aliquid habeat uitijs admixtũ, quod possis uel probare, uel certè ferre.

Oleum dolores uulnerum mitigat, & sanat tumores ac hulcera. Dei uerò misericordia plagas animæ nostræ curat, omnemq; depellit languorem peccati.

Sicut oleum accendit lumen lucernæ: Ita & bona opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ apud Deum orandi.

Vt hi qui oleum in profundum effundunt, lucidditatem ac claritatem illum in locum inducunt: Sic omnium creator rerum uerbo suo lucis repentè gratiam in ipsum mundum intulit.

Sicut oleum lumen lampadis fouet: Sic opera bona subministrant confidentiã fidei & uigorem accendunt.

Superfertur oleum cæteris liquoribus atq; supernatat: Ita misericordia omnibus supereminet Dei operibus, & plus cæteris in homines elucescit.

Sicut oliua & uua priusquam ad usum ualeant humanum, premi debent in torculari: Ita debet homo persecutionẽ pati, priusq; idoneus sit ad regnũ cœlorũ.

An nescitis, inquit Paulus, quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currũt, sed unus accipit βραβεῖον? In hoc autem Christiano stadio quicunq; currunt, accipiunt, hoc est, quicunq; aliquid propter Christum relinquunt, hi centuplum reci-
B piunt: non enim currunt in incertum, sed habent certissimam promissionem, nullo non ueritatis testimonio comprobatam. Neq; in hoc negocio fieri solet, quod in olla, ut uocãt: alicubi enim publicè promittitur olla, ut qui uelit, symbolum suum, certam uidelicet pecuniam, ad eam conferat. Hæc pecunia distribuitur postea in βραβεῖα, ut quum mille aut duo millia hominum conferant sua symbola, uix tamẽ triginta aut quadraginta βραβεῖα constituantur, quæ & deinceps sorte sua dispensantur. Quum ergo in hac proposita olla nonnulla lucelli aut præmioli spes affulgeat, uideas omnes penè sua symbola cõferre, non uiros tantùm, sed & mulieres, seruos, ancillas, mercenarios, pueros, adeoq; omnis sexus & generis homines. Ac non laboro quidem nunc, quale hoc uel ludi, uel sortis genus sit. Neq; enim produxi, ut nunc aut probem aut improbem, sed ut conferam hoc quicquid sit negocij cum nostra incredulitate & inobedientia Dei. Nam in hanc politicã ollam, inueniunt serui & ancillæ, adeoq; pauperrimi quiq;, quod conferant & imponant. At cùm dominus Deus noster suam proponit ollam, ibi & suam quisq; ferè excusationem habet. Proponit autem Deus ollam suam, quum iubet nos potius derelinquere facultates nostras, quàm uiolare uerbum domini. Proponit ollam, quum proponit pauperem & miserum hominem, et iubet ei succurrere. In has ollas quid est quòd tam pauci sua symbola conferant? Nam in ollis politicis ut nulla est certa promissio, ita βραβεῖα seu præmia tantùm paucorum sunt: In hac autem diuina olla, ut promissio est certissima, ita præmia omnia eorũ sunt, qui aliquid ad eam conferunt. Omnis, inquit, qui reliquerit domos aut agros, recipiet centuplum. Quid ergo est quod non multo magis in hanc ollam tua symbola conferas? Seruus, inquis, sum, mercenarius sum, uix uitam meã sustento. Liberos habeo, quorũ fami consulendũ est. At tãto magis uocationi Dei obsequendũ est. Si pauper seruus es, sequere Deũ, capesse euangeliũ, et adiuua pro uirili tua pauperem & egenũ, ut fias non tam liber quàm diues: pro uno enim obolo recipies centuplum. Si liberos ha-

bes, tan-

C bes, tanto magis benefaciendum est proximo, hoc est. conferendum est symbolū in ollam Dei, ut liberi habeant clementem Deum, & centuplam remunerationē à Deo recipiant. Vides igitur has excusationes non esse nisi incredulitatis prętextū. Et incredulitas ea est, quæ non solùm facit ut nihil aut pauca conferamus in ollam Dei, uerumetiam ut alios nugis & imposturis compilemus, & alienas opes ad nos per iniuriam corradamus: sed ut spiritus sanctus relinquēti aliquid facultatum ad uocationem Dei promittit centuplam restitutionem, ita minatur aliena impostu-ris corradenti centuplam maledictionem. Si audieris, inquit, uocem domini Dei tui, & custodieris mādata eius, maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus uentris tui. Sed quis omnes maledictiones enumerare posset? &c.

Quemadmodum cùm qui ferendo oneri accedit socius, eum qui solus ferebat leuiasse dicitur: Ita & in aliis omnibus huiusmodi societas ex miseratiōe profecta, uim maximam alleuiationis habet.

Quemadmodum ad operādum uirtute opus est, ita & ad credendum. Hic quidem, ubi opera præstantur, sæpissime fit ut corpus laboris sudorumq; portionem subeat: illic uerò ubi creditur, animę nudę opus atq; certamen est. Maioris itaq; laboris opus est, quando anima non habens cui suos labores subleuandi gratia impertiat, sola cogitur uniuersum opus præstare.

Quando laborat cum gaudio operarius in agro? Quando attendit in arborē, & fructum uidet: quando attendit segetem, & fructuare prospicit ubertatem, nō sine causa laborauit, non sine causa dorsum incuruauit, non sine causa manus atteriuit, frigus & æstus tolerauit. Hoc est quod ait Apostolus, ut cum gaudio hoc faciant, non cū tristitia. Non enim expedit uobis, sed illis, si cū tristitia faciūt. Simul

D ergo in agro dominico operemur bonum, ut simul deinde gaudeamus.

Quemadmodum enim nullum opus sine fide est approbatum, quomodo multi gloriæ gratia, illi quod honestum est dant operam, aut etiam instinctu naturæ aliquid boni agunt: Ita & fides sine operibus est mortua. Ne quis uos decipiat inanibus uerbis, ex his qui promptè omnia concedunt propter unum, nempe ut impiè agatur in dogmatis, & mali operis mala persoluatur merces. Ostendite igitur ex operibus fidem, religionis uestræ fertilitatem, num in uanum laborauerimus, num manipuli uestri uim habeant ad faciendam farinam, & digni sint ut reponātur, quò promptius uos excolamus, quis'nam fructum faciat centenarium, quis sexagenarium, quis demum uel tricenarium: aut rursus, num quis ex tricenario ad sexagenarium excrescat: siquidem ordinem hunc in Euangelio habemus, qui in centenarium desinat, ut progrediens sicut Isaac magnus fiat, procedens à uirtute in uirtutem, cantilenas decantans, ascensionemq; in corde reponat.

Quemadmodum pulcherrimum opus est, etiam inuitos nolentesq; seruare: Ita rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odium est.

Similes mihi uidentur qui operibus bonis florent, & Deum pietatis ignorant, reliquiis mortuorum pulchrè quidem indutis, sensum autem pulchrorum nō habentibus. Quæ enim utilitas animæ mortuæ, Deo quidem mortuæ fide & ratione, bonis autem operibus uestitæ? Opera in spe fiunt retributionis & coronarum. Quòd si agonotheram ignoras, pro quo certas? Non oportet quidem nudam ab operibus esse fidem, ut ne uituperetur. Veruntamen sublimior est fides quàm opera. Sicut enim hominibus qui hominis nomen merentur, opus est primum ut prę cedat uita, & sic enutriantur, conseruat enim uitam nostram alimentum: Ita necessarium ut præcedat uitam nostram spes in Christum, quæ postea pascenda bonis operibus. Conceditur uiuere quempiam qui non nutritur: non conceditur autem nutriri aliquem non uiuentem. Ieiunauit Moses diebus quadraginta, sed quia habuit in

A buit in se animam uiuentem, nihil detrimẽti ex terrenorum penuria accidit ei: Ita & opus quidem habet anima, ut operibus alatur.

Quemadmodum operibus & sermonibus manifestabitur animi cognitio: Sic cordis operationibus futura retributio.

Sicut amplæ & regiæ opes ubi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur: at quæuis modicæ, si bono custodi traditæ sunt, usu crescunt: Ita ætas nostra bene disponenti multum patet.

Sicut hi qui in opibus colligendis insaniunt desiderio & concupiscentia quadam, in hoc incumbunt magno studio & conatu, & nunquam explentur, auaritia enim insatiabilis ebrietas: Et sicut ebrij quanto plus uini ingurgitant, tanto magis ad sitim inflammantur: Sic isti quoq; in insaniam hanc indomitam nunquam sistere possunt, sed quanto magis opes suas augeri uident, tanto & concupiscentia magis flagrant. Neq; antea à pessimo appetitu hoc absistunt, donec in ipsum malitiæ profundum descenderint. Igitur si illi pernitiosam hanc concupiscentiam malorum omniũ causam cum tanta constantia curant: quanto iustius nos mandata domini, quæ super aurum sunt & argentum, semper in mente nostra uersare, nihilq; preciosius uirtute ipsa existimare, sed excindere ex animo nostro affectiones illas pestiferas omnes, & scire quòd temporalis illa uoluptas perpetuum parere solet dolorem, & fine carentia tormenta?

Quando possumus de diuinis opibus quæ leguntur, intellectum alicuius mysticæ significationis exculpere, quasi de abstrusis fauorum mellis, mella producimus, uel Christi discipulos imitantes, spicas manibus confricamus, ut ad latentia grana proueniamus, & in eis uitam inueniamus.

Sicut bonus opifex, si quando uidet uas aliquod inueteratum à rubigine, ut di-
B cunt, consumi, iniecto eo in ignem, facit ut quicquid habet rubiginis deponat, & transformans in pristinum decorem reducat: Ita & dominus noster totum orbem hoc diluuio purgauit, & à malitia hominum, ut ita dicam, & à coinquinatione & corruptione multa liberauit, & denuò eis clade monstrata, facie pulchriorem fecit, ita ut non permiserit uel uestigium prioris deformitatis relinqui.

Neq; opificij cuiusquam desertio est demutatio ferramenti, aut segnitiem arguit uiatoris, uiæ compendiosioris ac directioris electio: Ita & in hac parte emendatio dispositionis improuidæ, non spiritualis uoti est iudicãda transgressio: quicquid enim pro charitate Dei & pietatis amore perficitur, non solùm nulla reprehensione, sed etiam laude dignissimum est.

Multi oppida habent ac prædia, & non est illis curæ, sed quomodo balnea fiãt, & ut precia crescant, & ut aulæ ac domicilia extruantur, multum soliciti sunt: quomodo autem animæ colantur, non item. Et tu quidem si sentes iuxta sulcum uideris, secas, uris, perdis, & sic terram liberas à suo incommodo. Videns autem illos agros plenos spinis, non desecas? Non times & horres, dic oro, quòd de hoc rationem redditurus sis? Non opus est ut unusquisq; fidelium ædificet ecclesiam, & ut credat simul, etiam doctor fiat? Nunquid ante omnia hoc considerandum, ut omnes sint Christiani? Quomodo, dic mihi, Christianus erit agricola, uidens te sic negligere suam salutem?

Quemadmodum si quis opulentus uideat quosdam inuadere se, ut ipsum tollant è medio, multa dabit, seq; ipsum redimet: Hunc ad modum & uos omnia date, ut caput & summam conseruetis, nimirum fidem.

Opulenti qui cupiditate pecuniarum insaniunt, assiduè uestes suas, ne tineis corrodantur, excutiunt: Tu uerò cũ obliuio omnibus tineis peior ac maior pestis animam tuam deuoret, non accedes ad libros, non excuties tineas, non ordinabis animam tuam, non aspicies continuè imaginem uirtutis, nec membra eius ac caput considerabis?

C Vt nulla nos oratio, nulla formula doctrinæ ullius, nullum omnino præceptū edocet morbum odiſſe, ſed ex nobiſmetipſis nos ea quæ dolorem efficiunt, reprehendimus, fugimus atq; horremus: Sic & in anima quædam ineſt naturalis euitatio mali. At omne malum animæ infirmitatem, uirtutem omnem, probitatemq;, ualetudinis rationem ſanitatisq; ſubire conſtat. Bene nanq; ſanitatem quidam definiere, qui habitum ſtatumq; bonum ipſam eſſe dixerunt, à quo naturales operationes ſine ullo prorſus impedimento proficiſcuntur. Quod ſi dixeris de bona etiam animæ habitudine, non aberraueris ſanè, ſed decorum ipſum attigeris: quibus efficitur ut anima ſine ulla doctrina, natura propenſa ſit ad id expetēdum quod ſuū proprium bonum eſt, quodq; accommodatur ſibi natura.

Ordo etiam in eccleſia ita ſtatuit, ut alij ſint oues, alij uerò paſtores, ita ut hi imperent, illi uerò obediant, ſitq; homo tanquā caput, illud pedes, iſtud manus, hoc oculi, illud uerò aliud corporis membrum, quò omnia rectè inter ſe conueniant, commodumq; tam ad præfectos, quàm ad ſubditos redundet. Et quemadmodū in corporibus membra nequaquam à ſe diſſident, ſed cuncta corpus unum ex diuerſis ſunt compoſita, nec id omnium eſt officium ac uſus, ad mutuam neceſſitatis beneuolentiam, neq; oculus graditur, ſed ducit, quemadmodum nec pes cernit, ſed uadit, nec lingua excipit uoces, id enim ad auditum pertinet: ſicut nec auditus loquitur, nam linguæ id eſt officium, naſus uerò odoris eſt inſtrumentum, at guttur cibum guſtat, inquit Iob: manus autem dandi & accipiendi eſt inſtrumētum, mens uerò cunctis hominibus dux eſt, penes quam & ſentire, ac in quam eſt ſenſus: Ita & apud nos, qui cōmune corpus Chriſti ſumus, omnes enim corpus unū in Chriſto, ac per unum Chriſtum inter nos membra ſumus: hoc enim imperat ac præſidet, iſtud uerò obedit & dirigitur, nec amborū idem eſt officium, quemad-
D modum nequaquam eorundem eſt imperare & ſubeſſe, ſed ambo unum fiunt in unum Chriſtum, ab eodem compoſita & conglutinata ſpiritu, licet imperantes à ſubditis rurſus tanquam medium, & doctrina, & exercitatione, & ætate diſtent.

Vt enim per os alimoniā corporis et cibos ſumimus: Ita per cor ad uiuificandā animam eſcas doctrinæ cœleſtis accipimus, quæ niſi amplificato & patente corde attracta quodammodo fuerint, non adibunt.

Sicut qui mittit in os ſuum fragmentum panis, aut qualemcunq; cibum, primò molit eum dentibus, & ita dimittit in ſtomachū: Sic & quum audimus omne uerbum, neceſſe eſt ipſum meditari in ore ſenſus, & quaſi quibuſdam dentibus, id eſt, tractatibus molere, & uidere quid eſt quod dicit, aut unde dicit, aut propter quam rem dicit. Nam quemadmodum qualemcunq; cibum niſi maſticauerimus dentibus, non ſentimus ſaporem eius: Ita & uerbum quod audimus, niſi maſticauerimus ipſum tractantes in nobis, nō poſſumus intelligere uirtutem uerbi illius. Nam & manna quod edebatur in eremo, figuram habebat uerbi. Ideo dicebatur manna, quod interpretatur Hebraicè, Quid eſt hoc: ut quotieſcunq; audimus uerbum, admoneat nos ipſum nomen requirere, quid eſt hoc quod audimus. Et ſicut cibum poſtquam maſticauerimus, dimittimus in ſtomachum: Ita & uerbum poſtquam bene tractauerimus, cōmendamus ipſum memoriæ quaſi ſtomacho. Nam quemadmodum non prodeſt cibus niſi quum fuerit maſticatus, & in ſtomachum deſcenderit: Sic non proficit ad ſalutem uerbum, niſi quum fuerit intellectui & memoriæ traditum. Nam ſicut cibus nihil prodeſt ſi mādiucauerimus, & iterum euomimus eum de ſtomacho: Sic nihil in nobis prodeſt uerbū quod audimus, & obliuiſcimur illico. Cibus qui in ſtomacho ſtat, ille confortat, & ſermo qui in memoria manet, ille ſaluat. Vnde & apud Iudæos illa animalia ſunt munda, quæ reuocant cibum & ruminant. Ergo animal illud eſt mundum quod maſticat & tradit utero, & iterum de utero reuocat & ruminat. Et homo ille eſt ſpiritualis & ſanctus, qui

audiens

A audiens uerbum tractat, & quum intellexerit, memoriæ quasi utero tradit, & iterum de memoria quasi de utero reuocat, & ruminat, & retractat. Ille autem homo immundus est ante Deum, qui non recordatur aliquando, nec retractat quod audit. Qui autem manducat de spirituali conuiuio, impletur spiritu, dilatatur sensibus, nutritur in ueritate, pinguescit in fide, & sic ingreditur ad interiora uoluntatis Dei, & manens in eis, acquirit sibi uitam æternam. Qui autem ab hoc conuiuio uerbi longè fuerit factus, euacuatur spiritu, angustatur sensibus, deficit à ueritate, distillat à fide: & sic egrediens ab omnibus uoluntatibus Dei ad inferiora, nouissimè cadit in mortem.

Omnia ab otio damnum accipiunt. Etenim & oculus, & os, & uenter, & unumquodque membrorum nisi quod suum est operetur, in extremum incidit morbum. Hoc autem maximè in anima est. Nam sicut otium mala res est, ita & operatio quæ non congruit. Sicut enim si quis non comedit, dentibus nocet: Ita qui comedit quæ non accommoda, stupere illos facit: Ita sanè & hoc loco, si uel non operatur, uel operatur quæ non conuenit. Igitur utrunque fugere studeamus, & otium, & opus otio deterius.

Si quis ex otio de omni scriptura cōgreget omnes languorū cōmemorationes, quæ de peccatoribus, uelut corporearum ęgritudinū appellationibus memorant, inueniet quòd animarū uel uitia, uel supplicia per hoc figuraliter indicent. Vt aūt intelligamus, quia ea ratiōe qua medici adiutoria lāguentib. adhibēt, ut per curas reparēt sanitatem, etiā Deus agit circa eos qui lapsi sunt, & deciderunt in iudicio.

Vt enim ouis tam stultum animal est, ut si à stabulis aberrauerit, citius frigore pereat, quàm ad stabula reuertatur, nec ipsa unquam pastorem quærat, sed pastor necesse habeat ipsam quærere, ac quum inuenerit eam, ex errore tam stupida reddita est, ut ne sic quidem pastorem sequatur, nisi compulsa ducatur, aut humeris B asportetur: Ita homo quum per peccatum Adæ semel à stabulis regni cœlorum aberrauerit, & uagetur per deserta huius seculi, nunquam in animum suum inducit, ut uerè ad Deum pastorem suum redeat, ac salutem consequatur. Potius enim ducit in peccato, & huius mundi deserto, frigore & calamitate perire, quàm ad dominum Deum reuerti. Sensus, inquit, & cogitatio humani cordis mala sunt ab adolescentia sua: & iterū, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Qui aūt peccatis natura obrutus est, quomodo ad iustitiā adspiraret, & ad dominū Deum suū reuerteretur? Cùm igitur Deus multo maiori solicitudine afficiatur erga rem amissam, quam homo quispiam, quemadmodū antea indicauimus: uide mihi, obsecro, quanta cura salutem perditæ suę ouis, hoc est, hominis peccatoris quæsiuerit. Postquam enim promisit Abrahæ semen in quo benedicerentur omnes gentes, & reuelauit legem, qua homines in agnitionem peccatorū ducti, ad resipiscendū & inquirendū semen Abrahæ per fidē solicitarētur; primū misit prophetas, per quos perditā suā ouem tanto desiderio quæsiuit, ut maluerit ipsos, quamuis innocentissimos & sibi gratissimos, extremis periculis obijcere, quàm peccatores in errore ac internicione derelinquere. Deinde misit suum ipsius unigenitū filiū, cui intātum nō pepercit, ut etiam tradiderit eū morti crucis, tantūmodo ut perditā ouem suam ab interitu uindicaret ac seruaret. Ac ne sic quidem curam suā abiecit, sed postꝗ Christus filius ipsius in cœlū ascendit, misit apostolos in totū orbem terrarū, ac maluit tolerare, ut & hi crudelissimè trucidarenī, ꝗ ut salutē ouis suæ negligeret, adeoꝗ uisus fuit longè maiorē rationē habere unius humani generis per peccatū perditi, ꝗ totius angelicæ cateruæ, quæ adhuc in natiua sua iustitia, & salute firma cōstabat. Quid ad hæc dicemus? num existimas Deū paruo, ut ita dicā, dolore & labore cōstitisse, quòd non solū tot fidelissimos seruos, prophetas & apostolos, sed etiam suū ipsius unigenitum filium crudelissimæ mor

 ti obie-

C ti obiecerit, ut seruaret ouem perditam? Iam non tantùm cura pro amissa oue, uerumetiam gaudium ex inuenta & seruata oue conceptum, manifestè indicat, quanto affectu ouem complectatur.

Quemadmodum ouis cum lupo procreandæ sobolis gratia nullam conuersationem contrahit: Ita neq; cū satietate labor cordialis procreandarū uirtutum gratia ullam coniunctionem copulat.

Sicut ouis ad mortem ducitur, & non clamat, uita eius tollitur, & mansuetudo eius non immutatur: Sic & sancti maledicuntur, & non remaledicunt: percutiuntur, & non repercutiunt: bona eorum diripiuntur, & illi non contradicunt: dolorem sentiunt, & clamorem non emittunt.

Vt in lacte ouis duo sunt, butyrum humidum & pingue, item caseus acidus & durus: Ita in homine duo reperies, naturam bonam & dulcem tanquam butyrū, & peccati corruptionem & caseum. Hinc de Christo in Esaia dicitur: Quòd comedit butyrum, non autem caseum. Nam etsi humanam assumpsit naturam, tamen sine uitio assumpsit. Sicut apis mellis habet dulcedinem & aculei punctionem: Sic huius apis, nimirum Christi, mel & aculeum non ignorat, qui ei misericordiam & iudicium decantat.

Oues autem quæ se student probare pastori, quàm bene pastæ sint, non illi ostendunt cibum in ore, sed nitore lanarum, habitudine corporis, & alacritate motus declarant se bene pastas: Ita qui ediscunt sacra uolumina, qui recitant, qui decantant, non protinus ideo bene pasti sunt, sed quum ad iniurias tolerandas sunt fortes, quum ad officia pietatis alacres, quum spiritus hilaritate comes, tum demū intelligas licet illas probè saginatas: Ita sunt, ut dixi, qui non ferunt nisi blanda, prurientes auribus, & asciscentes magistros, qui titillent uoluptate, non sanent

D amara licet ueritate. At oues quæ sanæ sunt, cum primis delectantur salicum frondibus, quòd amarę sint, maluntq; salsis uti pascuis, quam dulcibus. Ergo qui nondum defatigati à carnalibus desiderijs, nauseant ad ea quę sunt cœlestia, rogent pastorem, ut dignetur ipsos ad aquas refectionis deducere, ubi copiosius hauriant de spiritu, qui ui sua ignea excoquit stomachi pituitam, totosq; conuertat ad Deū, qui prius tepidi mundo, & Christo semet partiebant, uelut utroq; genu claudicantes, quum nemo possit seruire duobus dominis.

Rursus oues accepturę sermonem salutiferum, pręparent animi stomachum, ut quod datur, tum uacuę, tum auidæ capiant. Non enim satiantur his pascuis, nisi qui esuriunt & sitiunt iustitiam: Quemadmodum cibus inutilis est corpori, qui stomacho fastidiente capitur. Huic fastidio pastores ita mederi solent, ut petram salis ponant in pascuis, quam lambentes oues stomachi nauseæ medētur. Hoc itaq; tædium qui sentiunt, lambant petram Christum, & ab illo precibus exugant euāgelicæ sapientiæ orexim.

Quemadmodum scabiosæ oues, si confricentur cæteris, etiam quæ sanæ sunt morbo tentantur: Ita & hi homines nequam, si simplicioribus quibusq; inuersentur, ueneno eos suæ malignitatis inficiunt.

Si oues regias, uel equorum armentū, stabulum nō habere uideas, & quæ proponuntur accipies ipse, & extrues stabulum & equile, uel præficies pastorē: quantis te remuneraturus est rex? Nunc ouile Christi congregas, & pastorem præficis, & non putas magnum quiddam te facere? Quid dico? Si quis scandalizarit etiam unum, tantas pœnarum minas audit: qui tot seruat, non seruabitur? Nam quale postea habebit peccatum? etiamsi habuerit, non delebit illud? A pœna eius qui scandalum dederit, disce præmium eius qui seruat. Si non curæ esset Deo etiam unius animæ salus, non tam irasceretur ob illius perditionem.

Oues sumus innocentia, simplicitate & bonitate, non stultitia, Siquidem hoc pecudis

A pecudis genus, nec minitatur cornibus ut boues, nec dentibus laniat ut lupi, nec calcibus ferit ut equi, nec uoce territat ut leones, nec unguibus rapit ut feles, nec uenenum habet ut uiperæ, tam innocuum deniq; ut nec lacessitum paret ultionē. Sub manibus uellentis aut tondentis obmutescit, ac ne mactati quidem reclamat ut sues. Vocē habet unicam qua pastoris implorat auxiliū, aut gregem cōgregat. Cumq; sit animal tam innoxium, tamen nō aliud maiorem de se præbet utilitatē, lana sua uestit nos, pellibus munit, lac habet & ad esum salubre, & ad remedia utile. Nihil habet in reliquo corpore quod non cibis humanis sit accommodum. Quin & excrementa alui præter usum stercorationis, in condendis caseis & gratiam & precium habere dicunt. Huiusmodi sunt qui uerè sunt oues Christi, utilitatem adferūt & amicis & inimicis, nec quenq; norunt lædere. Non sunt carniuori, nec rapto uiuunt, sed quod pabuli ministrat pastor, eo contenti sunt. Illius uocem sequuntur, educentis & reducentis.

Sicut testa ouorum quamuis pulchrè facta, & diligenter formata uideatur, necesse est tamen eam frangi & resolui, ut inde pullus procedat, & illud pro quo totius oui forma expressa uidetur, appareat: Ita ergo & huius mundi necesse est transire statum, ut status ille sublimior regni cœlestis effulgeat.

P.



HAEC quæ hic fiunt nihil sunt ad ea quæ alibi erunt. Iterum cogor uideri iniucundus, onerosus & grauis. Et quid patior? in hoc positus sum. Sicut pædagogus asper ad hoc constitutus est, ut odio illum prosequantur quos erudit: Sic sanè & uos. Quomodo enim non absurdum, quum homines quibus aliquid à regibus præcipitur, etiamsi iniucundum sit, ut continuò imperatum faciant: uos autem propter uestram reprehensionem omittere quod Deus præcepit? Alius aliud opus habet. Multorum ex uobis opus est, ut misereamini, humanitatem declaretis, suaues ac blandi sitis his quibus benefacitis: nos uerò quibus debemus esse utiles, his & graues & iniucundi uidemur: non enim utiles sumus docendo ea quæ oblectant, sed ea quę mordent. Talis est & medicus, at ille quidem non ualde iniucundus. Statim enim cum sua arte utilitatem adhibet, nos aūt in futuro. Talis est & iudex inuisus morbidis, talis & legislator molestus his qui legē accipiūt. At nō item qui uocat ad delicias, neq; qui facit publica festa & cōuentus, neq; qui coronat populū: tales enim blandi ac amici sunt inuitātes ciuitates ad uaria spectacula, & sumptus faciētes: unde & illos celebrāt uicissim hi quibus benefaciūt, & tapetis, & lampadū multitudine, & coronis, & ramis, & ueste splēdida. Si aūt medicū uiderint laborātes, tristes ac mœsti efficiunt: et si iudicē seditiosi contrahūt, non diffundūt uultū, nec exultāt eò quòd & ille ad hoc opus ordinatus est. Videamus igit quinam maximè urbibus prosint, num hi qui publica cōuiuia, & festa, & mensas, & delicias exhibēt: an hi qui omnibus illis sublatis ferētes sceptrū, & fasces, & lictores, & milites terribiles, & uocē terrificā præmittentes, & animaduertētes in noxios, & silentiū triste facientes, & uirga eos qui in foro sunt amouētes. Videamus igit ubi finis lucrosior, nam hi quidē insuaues, illi uerò amabiles. Quid igitur ab illis qui oblectāt, prouenit? uoluptas quædā frigida usq; ad uesperā manens, & sequēti die diffluens, risus incōpositus, uerba iniucūda et dissoluta. Quid aūt ab his qui cōtristant? timor, modestia, mens humiliata, animæ iustitia, desidię interemptio, frenum affectionum quæ intus sunt, murus aduersus ea quæ foris insultant: post hos quisq; facultates suas possidet, per illas aūt ferias cū damno dilapidamus eas, nō inuadentibus latronibus, sed latrocinante uana gloria cum uoluptate. Videt latronem unusquisq; deprædantem omnia, & oblectatur. Nouus latrocinandi modus persuadet spoliatis bono esse animo, uerùm illic nihil tale, &c, uide homil. 5. in Acta Apost.

C Quum pædagogo traditur puer, si fortè minus dignis, nec secundum paternā nobilitatem imbutus appareat disciplinis, continuò culpa ad pædagogum refert, nec ita puer à patre ut pædagogus arguitur, nisi durior fuerit, & pædagogi monita spreuerit, atq; in lasciuiam pronus ac proteruiam salutaria eius uerba contempserit, illis magis obtemperans, qui luxuriam suadent, & ad lasciuiam prouocant: quid fiet illi animæ, prophetæ uocibus disce. Derelinquetur, inquit, filia Sion sicut tabernaculum in uinea, & sicut casa custodiaria in cucumerario, & sicut ciuitas quæ expugnata est, &c.

Quamobrem pędagogorum medicorūq; more, ex patria religione, dum aliud abrogat, aliud uerò concedit, nonnihil pristini ritus, quod uoluptati sitipsis permittit: non aliter atq; medici ægrotantibus facere solent, huc spectantes, ut medicina alioquin acerba dulcore aliquo ob artis præscriptum temperata, æquioribus animis recipiatur.

Sicut palea frumentum: Sic litera tegit spiritum. Sed quia iumentorum est paleis uesci, hominum frumentis: qui humana ratione utitur, paleas abijciat, frumēta spiritus edere disponat.

Quemadmodum paleis repurgatis, quod reliquum est, frumentum est: Hanc ad rationem prauos reprobans Deus, relinquit sibi ipsi dignos.

Qui palęstram subire debent aut luctam, oleo delibuti prodeunt in medium, quò eorum corpora ad id genus certaminis essent accommodatiora: Sic in acie cōtra aërias potestates certaturis suam Deus misericordiam elargitur, ea nos præuenit, suggeritq; uires, quibus in tam difficili prælio ope sua muniti, tandem uictores euadamus.

Quemadmodum in palęstra insueti concertantes alijs, unamquamlibet partē D corporis telis siue totis complectentes manibus per illud quod detinent cadunt, & cadentes putāt se uincere, eò quòd contentiose teneant illud quod primum apprehenderunt membrum: super hoc autem quòd ceciderunt, & derisui habentur: Sic autem & hæretici caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, duas dictiones tollentes à Paulo, neq; sensum Apost. perspexerunt, neq; uirtutem dictionum scrutati sunt. Inde autem ipsas dictiones tenentes, circa ipsas moriūtur, uniuersam dispensationem Dei, quantum in ipsis, euertentes.

Quemadmodum spectati palæstricæ, & arte, & corporis robore fidentes, non recti aduersarijs, ut plurimū, congrediuntur, neq; de pari, sed ipsos illis medios apprehendēdos præbent, ut illustriorem uictoriam faciant: Sic & Deus medium tradidit sanctum diabolo apprehendendum, ut cū ipsius tantam conflictus prærogatiuam superarit, soloq; prostrauerit, clarior corona reddatur.

Quemadmodum pannus stamine orditus contexitur: Sic si uerba facta combitentur, aut sermonibus probis actiones induantur, ornatissima quædam animæ circundatio munitioq; fiet, quæ uitam re & uerbo perfectam redolent.

Panni linei niueo candore candidi suo candore castitatem cōmendent, & simplicitatem demonstrent. Cogita quo labore, quibus tonsionibus in quo creuit, colorem exuerit, & ad talem candorem peruenerit, ut ex eo altare ornetur, & corpus Christi uelетur. Cum terreno colore omnes nascimur, quoniam in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Primò igitur linum aquis immergitur, nos in aqua baptismatis Christo consepelimur. Ibi deletur iniquitas, sed non lauatur infirmitas. Aliquid percepimus candoris in peccatorum remissione, sed necdum plenè terreno colore exuimur pro naturæ quæ restat corruptione. Post aquas linum siccatur: necesse est ut post aquas baptismatis corpus per abstinentiam maceratum, illicitis humoribus uacuetur. Deinde malleis linum tundit, & caro nostra multis tentationibus fatigatur. Post hæc ferreis aculeis discerpitur, ut de-

A ut deponat superflua. Et nos disciplinæ ungulis rasi, uix necessaria retinemus. Adhibetur posthæc lino stimulorum lenior purgatio. Et nos uicti cum magno labore pessimis passionibus, à leuioribus & quotidianis peccatis supplicij confessione & sanctificatione mundamur. Iam nunc à mentibus linum in longum producitur. Et nos in acriora perseuerantiæ longanimitate extendimur. Porrò ut ei perfectior accedat pulchritudo, ignis adhibetur & aqua. Et nobis transeũdum est per ignem tribulationis & aquam compunctionis, ut perueniamus ad refrigerium castitatis. Hæc tibi oratorij tui ornamenta repræsentent, non oculos tuos ineptis uarietatibus pascant.

Sicut panis cõmunis quem quotidie edimus, uita est corporis: Ita panis iste supersubstantialis, uita est animæ & sanitas mentis.

Quemadmodum panis præ cæteris terræ alimentis, sustentationi corporum: Ita saluti animarum, supra omnia quæ bene sanctéq; fiant, cogitatio assidua mortis necessaria: nam memorans nouissima sua, non peccabit.

Quemadmodum qui est à terra panis percipiens uocationem Dei, iam non communis panis est, sed eucharistia ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti: Sic & corpora nostra percipientia eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.

Sicut ut fit species uisibilis panis, multa grana in unum consperguntur, tanquam fiat illud quod de fidelibus ait scriptura, Erat illis anima & cor unum in Deum: Sic & de uino: fratres recolite unde fit uinum: grana multa pendent ad botrum, sed liquor granorum confunditur: Ita dominus Iesus Christus nos significauit, nos ad se pertinere uoluit, mysterium pacis & unitatis nostræ in sua mensa cõsecrauit.

Panem nobis petentibus & apertionem cordis, nõ dabit pater cœlestis cor obB tursum & lapideum. Et similiter si piscem petieritis, id est, si legentes uolueritis cognoscere Christum, cuius sacramentum quodammodo latet ita in scriptura legali & prophetica, sicut piscis in aqua, nequaquam porrigit uobis serpentem, inducendo uos in errorem, & sensum à Christo, quem in scripturis quæritis pro desiderio, longè recedentem.

Quemadmodum pancratiastes admirandus est & illustris, bonaq; corporis habitudine, etiam cùm artem intra se habet, cæterùm quum artem ac uires suas exerit, quum ictus tolerat, quum ferit aduersarium, tum uerò maximè clarus est & illustris, eò quòd tum maximè proferẽ bona corporis habitudo, maximeq; declaratur quantum arte præstet: Sic nimirum salus nostra tum magis exeritur, hoc est, ostenditur, augescit atq; intenditur, quum tolerat, quũ patitur, quum omnia fortiter sustinet homo. Nimirum declaratio salutis non in hoc sita est, ut quis alij faciat malè, sed ut ab alijs afficiatur malis.

Ita fit ut quum paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tamen non sit nisi intra paradisum: Sic ergo baptismus ecclesię potest esse extra ecclesiam: munus autem bonæ uitæ & beatæ, non nisi intra ecclesiam reperitur.

Vt in paradiso terrestri quatuor fuere fontes, qui uniuersam irrigarẽt terram: Ita in Christo, qui noster est paradisus, quatuor est reperire fontes. Primus fons misericordiæ, ad diluendas culpas aquis remissionis. Secundus fons sapientiæ, ad potandum sitim nostram aquis discretionis. Tertius fons gratiæ, ad irrigandas plantas bonorum operum aquis deuotionis. Quartus fons, ad condiendum & decoquendum nostras affectiones aquis æmulationis. Et de istis intelligi potest illud Esaiæ: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

Nam quemadmodum is præposterum agit parentẽ, qui præbet se filio in conniuendo ad pessima quæq; flagitia indulgentem: in consulendo autem & adiuuãdo filio in aduersis, durum & seuerũ: Ita præposterus est magistratus, qui ibi exercet de-

C cet clementiam, ubi seueritate opus est, & ubi clementia exercenda esset, ibi seueriter agit. Neq; enim uel clementia uel seueritas, si altera alteram è loco suo proturbat, uirtutes sunt, sed uitia, & clementia fit ignauia, seueritas autem fit tyrannis & crudelitas. Quare tunc probantur uirtutes, quum unaquæq; legitimum suum locum obtinuerit.

Quemadmodum parentes corporum compatiuntur natis ex se liberis: Sic etiã animus naturaliter indulget rationibus & cogitationibus. Et quanquam omniũ & per omnia liberi fuerint ridiculosi & turpissimi, omnium tamen uidentur sua uissimi & formosissimi: Sic etiam amenti animo suæ cogitationes & rationes, tametsi ex omnibus fuerint pessimæ, sapientissimæ tamen esse uidentur.

Nam ut parẽtes maximum beneficium conferunt pueris suis, quum educant eos in timore & correptione domini, ac retrahunt ipsos castigatione à uitijs: hoc tamen beneficium pueri fletu & eiulatu excipiunt, imò quoquo modo possunt, reijciunt: Ita uulgò inter homines fieri solet, ut summa Dei beneficia summo fastidio contemnantur adeoq; damnentur. Prophetæ qui fuerunt ante deuastationẽ Assyriacam & Babylonicam, & concionati sunt pœnitentiam, attulerunt Israëlitis non solùm salutem cœlestem, uerumetiam conseruationem regnorum Israëlis & Iudæ in hac terra. Sed hæc beneficia intantum non agnouerunt, ut etiam prophetas interfecerint.

Qui secundum carnem parentes sunt, quum natum ultimo spiritu laborantẽ habuerint, circum sedent, ultimaq; eius audiunt uerba, manus circumpalpant, adhortationes fomentaq; alia de industria adhibent, os deosculantur ultimo parentum osculo. Exinde quum reddiderit puer animam, quemadmodum desiderant, iubent parentes officia adhibere. Manus componunt, oculos claudunt, caput di-
D recto statuunt, pedes reducunt, lauant, sepulchroq; condigno dignis funeralibus condunt, atq; propria calamitate solantur. Sed quid generoso huic pugili? (uidelicet Iob) abijt in domum funestam, quæ ipsis una & eadem hora domus & sepulchrum, conuiuium & tumulus, festum & fletus facta est. Circumfodit & quæsiuit liberorum membra, inuenitq; uinum & sanguinem, panem & manum & puluerem. Et excepit quandoq; quidem manum, quandoq; pedem, quandoq; caput cũ puluerulenta materia, quam abstrahebat cum lapidibus, cum lignis: & quandoq; quidem uentris, quandoq; intestinorum partem, uiscera cum macerie confusa. Sedit autem cœlo celsior ille luctator, dispersa liberorum membra legens. Sedit componens membra ad membra, manus ad brachium aptans, caput ad humeros, genu ad femur. Neq; una erat illius casus calamitas, sed diabolica operatione & tyrannide, omnem sermonem excedens subuersio. Seditq; uerus fortisq; adamas beatus Iob, discernens liberorum suorum membra, cauensq; ne fortè in masculinis membris fœminea coniungat.

More optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arrident, non cessant dij beneficia congerere de beneficiorum autore dubitantibus, sed æquali tenore bona sua per gentes populosq; distribuunt, unam potentiam sortiti, prodesse. Spargunt opportunis imbribus terras, maria flatu mouent, syderum cursu notant tempora, hyemesq; æstatesq; interuentu lenioris spiritus molliũt, errorem labentiũ animarũ placidi ac propicij ferunt: imitemur illos. Demus, etiãsi multa in irritũ data sint: demus nihilominus alijs, demus ipsis, apud quos iactura facta est.

Si quis uideat paruulum in profundo cœni necari, & ipse quũ sit uir magnus & potens, extremis, ut ita dixerim, plantis ingrediatur cœnum, & paruulum morientem liberet, pollutus ne à te accusabitur hic uir, quòd paululum luti calcauerit? an ut misericors laudabitur, quòd uitam contulerit morituro? Sed hæc etiam de communi honore dicta sunt. Redeamus nunc ad naturã eius qui natus est. Quantum

A tum putas natura solis eo inferior est? quantum creatura sine dubio creatore. Intuere nunc solis radios, si in cœni alicuius uoraginem demittantur, nunquid iam aliquid inde pollutionis acquirunt? aut obscœnorum illustratio solis ducetur iniurijs? Ignis quoque natura quanto est inferior his de quibus sermo est? Et nulla materia uel obscœna, uel turpis, adhibita ei, ignem polluisse creditur. Quum ergo hæc ita esse in rebus naturalibus constet, tu in illa superuenienti & incorporea natura, quæ super omnem ignem, & supra omne lumen est, pollutionis aliquid putas aut obscœnitatis incidere?

Quemadmodum si quis paruulo datam pecuniam iubeat diligenter continere, aut domestico cuipiam conseruandam dare, ne uolenti rapere liceat: Sic & nobiscum Deus agit. Da, inquit, egeno, ne tibi quispiam ea subripiat, utpote caluminiator aliquis, aut diabolus, aut fur, aut certè post omnes ipsa mors: neque enim secura erũt, donec apud te illa detinueris: si uerò mihi illa dederis, quod erit, cũ pauperibus dederis, ego tibi omnia cũ summa securitate seruabo, cumque opportunũ fuerit, magno tibi cumulata fœnore restituam: non enim ideo illa abs te accipio, ut tibi penitus auferam, sed ut auctiora faciam, ut diligentius custodiam, ut in id temporis seruem, quo nemo erit qui mutuum det, nemo qui misereatur.

Pueri paruuli quum medicum uiderint ignem aut incisionem adferẽtem, ululantes lacerique aufugiunt ac resiliunt, magis eligentes per continuam marcidi corporis deperire putredinem, quam modicum temporariumque laborem ferendo, secuutura sanitate potiri. Qui uerò mente saniore sunt, propè agnoscunt peius esse continuo morbo teneri, quàm aliquò usque incidi: Ad eum modũ intelliges, in malitia esse peius esse, quàm puniri. Hoc enim curari sanarique est, istud uero deperire, infirmitateque continua teneri.

B Nihil à paruulis, quos caniculorum improbitas fatigat, differunt diuites, quos scilicet omnes undique allatrant, uellicant, distrahunt, non homines solùm, sed illiberales illæ gulæ, ebrietatis, adulationis, petulantiæque simul uniuersæ passiones.

Quæ utilitas si non scortaris quidem, sed auarus es? Passer licet non ex omni parte, à pede tamen detinetur solùm, & ita perit, ac in laqueo irretitus stat, & nihil prosunt ei alæ capto pede: Ita & tu, non per fornicationem, sed auaritia captus es: captus certè es: non hoc quæritur quomodo captus sis, sed quòd captus es. Ne dicat adolescens, Non sum auarus, sed forsan scortaris: & quæ iterum utilitas? Non enim possibile est quòd per unam ætatem omnes affectiones nos infestent, sed discretæ sunt, & hoc propter Dei misericordiã. Et iterũ nõ simul imposita difficilius euincuntur, & grauius certamen exhibent. Quantæ erit ignauiæ etiam separatis nõ imperare affectionibus, sed per singulas ætates uinci & sublime sapere, ex his quæ non sunt à nostro studio, sed ab ætate afferuntur? Non uidetis aurigas, quanta diligentia & exercitatione, quantoque labore & cibis alijsque utuntur, ne deiecti à curribus distrahantur? Vide quanta sit ars: nam uir quidem fortis ne unũ quidem equum magistratur: adolescentulus autem arte sæpe duos coniungit, agit & moderatur facilè. Et in India magna illa bestia & terribilis elephantus, puero quindecim annorũ cum magna alacritate cedit. Quare autem hæc à me dicta sunt? Quia si elephantes & equos feroces studijs constringimus, multo magis possemus affectiones quæ in nobis, à quibus trahimur per totam uitam. Nunquam artem illam curauimus, nunquam uel per ocium, quum nondũ esset certamen, de his locuti fuimus nobisipsis, quid nam utile sit. Tunc nos inexercitatos super currum stare uiderit quis, quando certamẽ adest. Quare igitur ridiculi sumus? Nonne dixi sæpe, Exerceamur apud domesticos ante tentationem? sed apud pueros domi sæpe exasperamur, uincamus illic animi impetum, ut dextrè illo apud amicos utentes appareamus. Et in alijs omnibus si exerceremur, non fieremus ridiculi. Nunc au-

C tem sunt arma exercitia, studia in aliis artibus & certaminibus, in uirtutibus minimè. Non ausus est agricola uineam tangere, non antea bene in re rustica exercitus: neque gubernator amplustre trahit, non prius edoctus bene. Nos autem absque exercitatione omni primam palmam habere uolumus, oportebat silere, oportebat nulli communicari uel uerbo, uel negocio, donec possemus bestiam, quæ in nobis, cōpescere. An nō quouis grauius cōtra nos militāt & furor & cōcupiscentia? Ne uadas cum his bestiis in forum, donec bene imponas eis frenum, donec ipsas mansuefacias, & manum tuam sequantur. Non uides hos qui mansuetos leones circunducunt, quantum lucrifaciant, & quanta sint in admiratione, quia in feroci bestia talem mansuetudinem operati sunt: si autem subitò ferociat ille, omnis turba quę in foro, submouetur, & periclitatur postea homo, qui circunducit illum, & perditionis aliorum factus est autor. Et tu igitur leonem mansuefacias prius, & tunc circunducito, non ut pecuniam accipias, sed ut lucrum, cui nullum par est, lucrifacias. Nihil eñ par est iustitiæ, quæ & possidentib. & utētibus ualde utilis est.

Quemadmodum passerculus pede alligatus, uolare incipiens in terram funiculo detrahitur: Sic quoque mens nondum affectibus liberata, & ad rerum cœlestiū cognitionem uolare contendens, ab affectibus ducitur, & ad terram detrahitur.

Vulnerato pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? Aut quis populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se feriendum hostilibus exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est?

Pastores quandiu noxia bestia molesta non est, sub ilicem aut populum porrecti, fistula canunt, sinentes oues liberè pro suo arbitratu pascere: uerùm simul atque senserint alicūde luporum incursionem imminere, mox abiecta fistula fundam arripiunt, & omisso calamo, fustibus & saxis obarmant sese, proque septis consisten-
D tes magno emisso iubilo uociferantes, frequenter ipso clamore feram, priusquam irrumpat, abigunt: Itidem & nos facimus. Superioribus enim diebus in scriptura uelut in prato ludentes, choreasque ducentes, nihil in enarratione attigimus contentiosi sermonis, eò quòd nullus esset qui nobis obturbaret aut molestus esset. Caeterùm quoniam hodie lupis omnibus sæuiores Iudæi, oues nobis circumuallaturi sunt, ad pugnos & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum. Ne uerò mirum uobis uideatur, si quum ieiunium illud post decem & eo amplius dies uenturum sit, nos ab hoc statim tempore munimus & armamus animas uestras. Quandoquidem & inter agricolas, qui uigilantes & industrii sunt, quum habent uicinum torrentem, qui uexat lęditque segetem, non quum suo tempore torrens inundat, uidelicet hyeme, sed tempus illud præuertentes, & ripas obsepiunt, & aggeres erigūt, & fossas agunt, denique modis omnibus sese pręparant aduersus torrentis futuram uiolentiam: dum enim tranquillus est & stagnans atque angustus, facile est illi admoliri manus: uerùm posteaquā increuit, multoque aquarum impetu fertur uiolentus, non perinde facile est exundantibus obsistere: eoque multo antè tempore præueniunt illius irruptionem, undiquaque præparantes quicquid agros possit tutos reddere. Eundem ad modum & milites, & nautæ, & agricolæ, & messores facere consueuerunt. Siquidem & milites priusquam ueniat pugnandi tempus, & thoracem abstergunt, & scutum si quid desit circumspiciunt, & frenos apparant, & equos omni diligentia nutriunt, cæteraque omnia rectè diligenterque curant. Similiter & nautæ priusquam nauim in portum detrahant, & clauum apparant, & instaurant latera, & remos dolant, & uela consarcinant: denique quicquid præterea ad totius nauis armaturam pertinet, diligenter accurant. Quin & messores consimili modo multis antè diebus & falces acuunt, & aream præparant, boues item & currum, breuiter, quicquid ipsis ad messem ac trituram conducibile iudicant. Imò uideas omnes homines, si quid rerum agendum est,

A est, prius ad eas apparatum facere, ut quum aduenerit rei gerendæ tempus, facilè conficiant quod opus est. Hos igitur & nos imitantes, multis antè diebus præmuni- mus animas uestras, exhortantes uos ut impium hoc Iudæorum & sceleratum ieiunium fugiatis.

Quemadmodũ pater ex lõgo interuallo audita filij reuertẽtis uoce, nõ ad con- spectũ modò illius, uerumetiã ad ipsam uocẽ excitat: Sic & Saul simul ut accepit uerba Dauidis in animũ ingressa, abiecit inimicitiã, iãq; sanctũ agnouit, positoq; affectu, recepit affectũ. Siquidẽ posita ira recepit tranquillitatẽ & condolescentiã. Et quemadmodũ quãdiu nox adest, sæpe ne præsentẽ quidẽ amicũ agnoscimus, at mox ut exortus est dies, etiam eminus conspectũ agnoscimus: Itidem & in ira- cundia solet usu euenire. Donec inter nos maleuolum gerimus animum, & uox audita nobis aliter sonat, & ipsam faciem corrupta mente aspicimus. Cæterũ ubi posuerimus iram, & uox quæ prius erat inuisa atq; hostilis, placida nobis ac iucun dissima uidetur, & aspectus ipse prius inimicus & iniucundus, tunc fit amabilis & iucundus. Idem accidit in tempestate: non patitur nubium concursus nobis con- spicuam esse cœli pulchritudinem, sed quamuis millies habeamus oculos perspi- caces & acres, nequaquam pertingere possumus ad illam supernam iucunditatẽ: cæterùm ubi iam radiorum calor, perruptis ac discussis nubibus, solem ostendit, rursus & cœli decorem ostẽdit. Idem accidit in nobis ira feruentibus: dum simul- tas uelut densa nubes ante oculos & aures stat, facit ut uoces aspectusq; uideantur aliter q̃ sunt: uerùm simul atq; aliquis animi robore posuerit odium, nubemq; di ruperit ægrimoniæ, tunc demum incorrupta mente & uidebit & audiet omnia. Quod & huic euenit Sauli, qui simul atq; nubem maleuolentiæ disrupit, agno- scens uocem Dauidis, ait: Vox tua ista fili Dauid?

B Sicut misericors pater filium habens bona indole præditum, & omni cura edu catum, & fruentem omnibus delicijs, & ueste nitida & sericis amictum, & pater- nis opibus securè utentem, quum uiderit eum nimia prosperitate in malitiæ præ- cipinum prolapsum, priuat illis omnibus, & suę potestati subijcit, & ueste spoliat, & uilem seruilemq; togam illum induit, ne omnino nudus sit & turpis: Ita & mise ricors Deus, quoniam Adam & Eua indignos sese exhibuerunt indumento glo- rioso illo & nitido, & quod tegendo nullis corporalibus eos necessitatibus obno- xios esse sinebat, exuit nunc omni illa gloria & fruitione, qua ante grauem hanc ruinam gaudebant, multamq; erga illos declarauit misericordiã, misericordia mo tus ob tantam ruinam, quia uidebat magna confusione circũactos, et nescios quid facerent. Tales enim sunt diaboli machinationes, ut si quando aliquẽ inuenit qui sibi pareat, eum uoluptatula quadam supplantatum, & in profundum malitię pro- iectum, omniq; confusione & ignominia plenum, iacere relinquat miserabile o- mnibus qui illum uident, spectaculum. At animarum nostrarum curator uidens illos in tãtis difficultatibus, ipsos omni nõ destituit præsidio, sed uelamentũ illis ex cogitat, uestem frugalem, ostendens qualibus se uestimentis dignos fecerint.

Sicut clemens pater tenero filio omni copia fruenti, ne insolens fiat, paruam & congruam quandam curam excogitat: Sic & dominus Adæ operationem & cu- stodiam præcepit, ut cum uoluptate ubertateq; ac iucunditate placidè hæc duo fa- ceret, quæ procliuitatem illius morarentur & impedirent.

Sicut clementissimus pater filium indignum quid nobilitate sua commisisse, & à summo honore in extremam utilitatem redactum uidens, paternis uisceribus commotis, non illum cõsilij inopem & auxilio destitutum sinit, sed iterum suum agit officium, breui illum à leuitate liberatum, pristinæ restituens dignitati: Simili modo bonus Deus miseratus est hominis cum uxore sua circumuenti diaboli in- sidijs, cuius per serpentem consilium acceperat. Nam ueluti medicus ad inualidũ

C & ægrotantẽ, iacentẽq; ac indignantẽ, cura & medici manu protinus illũ accedit.

Sicut clementiſſimus pater puniens eum qui filium ſuum occiderit, & gladiũ, & enſem, per quæ filius ſuus occiſus, deſtruit, & in multas partes diuidit: Eodem modo & Deus agit. Quippe ſerpens quaſi gladius quidam diabolicæ ſeruiuit malitiæ, unde & perpetua ipſi pœna intentata eſt, quò per uiſibile & ſenſibile hoc ratiocinemur & expendamus, in quanta ignominia ſit & diabolus. Nam ſi is qui ut ſerpens miniſtrauit, tantam expertus eſt indignationem, quale ſupplicium ueriſimile eſt ſuſcepturum diabolum?

Sicut non natura, ſed gratia nos facit patrem appellare Deum, qui dominus noſter naturaliter eſt: Sic & incarnatio filij facit, ut decenter ac uerè dominũ ſuum patrem appellet.

Quemadmodum patres, quando pueros ſuos ſedulos ac ſtrenuos faciunt, tũc & primùm illis dant (nam debitores ipſis ſunt, quòd in uoluptatem eos conſtituerunt) Ita & Deus mercedem, inquit, accipe, ſi probus atq; integer fueris, exhilaras nanq; patrem, unde hanc tibi mercedẽ debeo. Si uerò malus fueris, nõ item: nam exacerbas eum qui te genuit.

Patres filios delinquentes frequenter ex ædibus exigunt, & à menſa ſubmouent, non ut ſemper illinc exulent, ſed ut hac correptione redditi meliores, cum debita laude in paternum redeant contubernium: Idem ſanè faciunt & paſtores, dum oues ſcabie oppletas, à ſanis ſegregant, ut miſero morbo leuatæ, denuò tutò ad ſanas reuertantur, potius quàm ægrotæ gregem uniuerſum ſuo illo morbo impleant.

Quemadmodum paterfamiliâs ſtudioſus, ſcit in domo ſua quid unuſquiſque neceſſarium habet: Ita & ſacerdos ſingulorum mores & actus, & conuer-
D ſationem debet indiſcere, ut quale quibuſque medicamentum neceſſarium fuerit, ſubminiſtret: cui conſolationem, conſolationem, cui increpationem, increpationem. Cui autem aſperior increpationis medicina fuerit poſita ſecundum qualitatem paſſionis illius, non debet indignari: quia nec infirmus iraſcitur contra medicum, ſi poſuerit aliquam medicinam mordentem. Non enim conſiderat aſperitatem medicinæ, & iraſcitur, ſed conſiderat beneuolentiam medici, & ſuſtinet: quia prodeſſe illi deſiderat, non nocere. Sicut autem infirmus qui ipſe uenit ad medicum, ex parte iam ſanus eſt: Sic & ipſe peccator qui uenit ad ſacerdotem, & doctrinæ, aut pœnitentiæ medicinam quærit, ex parte iam iuſtus eſt. Illum autem grauis tenet infirmitas, quem ſacerdos ſequitur uerbis, & ille ſpiritualium uerborum medicamentum non ſentit, nec melioratur, ſed quaſi qui ſtomachum patitur, quicquid manducauerit & biberit, iterum uomit: Sic & illa añima patiens quicquid audierit, ſtatim de ſenſibus ſuis proijcit foras.

Sicut paterfamiliâs habitat in domo ſua, & in poteſtate habet quemadmodum regat domum ſuam: Ita etiam mens in ſermonibus noſtris habitat, & gubernat uerba noſtra, & uis eius ac diſciplina in ſermone elucet. Et bonus paterfamiliâs à primo ueſtibulo domus æſtimatur: Ita etiam de ſermonibus noſtris mens noſtra perpenditur.

Paterfamiliâs ſi quis ſit ſapiens & iuſtus, & habens multa ſeruitia, nónne quanta fieri ſagacitate poteſt, contemplabitur, quorum ex his animus aptus ſit ad rus colendum, & ipſos ruri deputabit? cuius uerò ad negociandum, cuius etiam nutriendi pecoris, cuius uerò ad miniſterium, & obſeruandi cubiculi ſui aptum probat ingenium, & ita unumquenq; competentibus officijs, utpote ſapiens mancipabit? Verùm quoniam non latet eum ſiue paterfamiliâs, ſiue rex iſte ſit, quòd neceſſe ſit interdum rebellare ſubiectos, & diſciplinæ iura corrumpere, & ob hoc correctione ac uerberibus indigere: neceſſe eſt ergo ut eligat ex omnibus apta ad

hoc in-

A hoc ingenia, si qua illa sunt atrocius incitata, quæ suis quidem motibus ferantur, emendationem tamen delinquentibus necessariam conferant. Ponamus ergo uel patremfamiliás istum, uel regem uidisse tempus quo emendari debuissent hi qui contra mores & disciplinam multa commiserunt, & elegisse durissimum aliquem, & his ipsis qui corripiendi sunt multo duriorem, qui pro sceleribus suis iam non sit dignus emendatione, sed morte. Volens ergo interitum eius ad emendationem proficere cęterorum, mittens eum ad illos quos morte eius corrigi cupit, dicit ei, Quia ad hoc ipsum te suscitaui, ut ostendam in te uirtutem meam, & ut annunciem nomen meũ in uniuersa terra. Vide enim quia nõ dixit: Quia ad hoc ipsum te feci, alioquin ad conditorem referri uideretur culpa, sed ait: Ad hoc ipsum te suscitaui, hoc est, ut per animi tui malitiam, quam tibi infrunite & sine Dei timore uiuendo quæsisti, & in alios irrogetur utilis & fructuosa correctio, & in teipsum ad posteritatis exemplum famosissimus conferatur interitus, uide Origenem cap. 9. ad Rom. libro 7.

Sicut paterfamiliâs multa mancipia habens, omnibus quidem mediocrem uestem dat, mediocrem annonam dat pro debito dominij sui, quia nec potest esse seruus eius, nisi ab illo uestitus fuerit & nutritus: quibusdam autem fidelioribus circa se, dat meliorem uestem, & delicatiorem annonam, non propter debitum dominij sui, sed propter bonos mores eorum: Sic & dominus generalem gratiã, id est, intellectum boni & mali omnibus dat pro necessitate naturæ: quia nec uidemur esse homines ad imaginem Dei creati, nisi habuerimus diuinum intellectum. Dignioribus autem dat specialem gratiam, utputa cognoscendi mysteria, non pro necessitate naturæ, sed pro remuneratione bonæ uoluntatis, aut bonorũ operũ.

Neque si ex clarissima patria, & claris parentibus ortus, in longinquam regionẽ B nemini notus abires, sine filijs, sine diuitijs, & te quispiam contumelia afficeret, ęgrè ferres, ac si domi talia fierẽt. Quòd enim certò te hospitem aliena in patria uersari uides, omnia æquo animo, & contemptum, & famem, & sitim, & huiusmodi ferre persuadet. Ciuitatem habes, cuius opifex & autor Deus est, quô breui accersemur. Qui uult pulset, iniurietur, maledicat, peregrini sumus, & in miseria uiuimus. Graue est in patria, inter ciues ea perpeti, illic & ignominia maxima est & iactura. Si quis alicubi nullum notum habeat, omnia patienter tolerat, contumelia secundum inferentis mentem grauior iudicatur.

Sicut si fortissimè pro patria dimices, bonum est: si contra patriam, malum: Sic & affectus si ad usus bonos habeas, uirtutes erunt: si ad malos, uitia dicentur.

Qui aũt uult hæc eũ non de humilitate, sed de cõscientia protulisse, dicit Paul. apostolus: Homo erat acuti & acris ingenij, & qui ad primos quosque disputantiũ conatus, sagaci mente, quę erãt inferẽda prænosceret. Videbat igitur sæpe ex utraque parte sic dici, & tam uerisimilia in rebus cõtrarijs afferi, ut ambigere facerẽt audientem: idcirco ut homo, & adhuc in fragili corpusculo cõstitutus, circumferebatur quidem omni uento doctrinę, sed nõ elidebatur in saxa, nec nauis eius gurgitibus implebatur. Stabat quippe in puppi gubernaculũ tenens, & spumãtes hæreseos fluctus, fidei securitate frangebat. Nõ tamen intrepidus et securus, nec quietus ac placidus prospiciebat uentos hinc inde perflantes, & solicita aure captabat, uincebatque contraria, sed non erat illi secura uictoria.

Noli perdere paternã diligentiã, quã in ipsa inquisitione seruasti, quando tantorum scelerũ confessionẽ, non extento equuleo, nõ sulcãtibus ungulis, nõ urentibus flammis, sed uirgarũ uerberibus eruisti. Qui modus coertionis, & à magistris artiũ liberaliũ, & ab ipsis parentib. et sępe etiã in iudicib. solet ab episcopis haberi.

Sicut autem sunt multi facultatibus pauperes, cupiditatibus diuites: Ita sunt multi uirtutum inopes, sed falsæ pietatis persuasione locupletes.

C Sed si aliter non meruit pacem habere domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello quod contra patrem gerebat, fuisset extinctus, quamuis magna cura mandauerit suis, ut eum, quantum possent, uiuum saluumq; seruarent, & esset cui poenitẽs, paternus affectus ignosceret: quid ei restitit nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita, suam mœstitiam consolari? Sic ergo catholica mater bellantibus aduersus eam, quid aliud quàm filijs suis, quia utiq; ex ipsa magna arbore, quę ramorum suorum porrectione toto orbe diffunditur, iste in Africa ramusculus fractus est, cũ eos charitate parturiat ut redeant ad radicem, sine qua ueram uitam habere non possunt, si aliquorum perditione cæteros tam multos collegit, præsertim quia isti non sicut Absalon casu bellico, sed spontaneo magis interitu pereunt, dolorẽ materni cordis lenit & sanat, tantorum liberatione populorum?

Paxillus nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhæreat, omne quod in eo pendet, citò dilabitur, & ipse solutus à rigore suæ firmitatis cum oneribus ad terram dilabitur: Sic & Princeps nisi suo conditori pertinaciter adhæserit, & ipse, & omnis qui ei consentit, citò deperit.

Quemadmodum pedi obtorto atq; obliquo calceus rectus non admodũ probè aptatur: Sic obtortis cordibus diuina laus minimè conuenit.

Quemadmodum qui pedibus suis poterit iter conficere, ascendere tamen uehiculum malet: Sic pauper si poterit, esse diues uolet, & habebit utiq; opes, sed tanquam leues & uolaturas, nec ulli alij, nec sibi graues esse patietur.

Quemadmodum à pedibus nostris carnalibus munimenta calceorum quascunque molestias atq; læsiones repellunt, ut sine offendiculo uias quascunq; peragemus: Haud secus Euangelica institutio uitam nostram & mores rectè dirigit, ut tali præsidio circumfulti, peregrinationem huius mundi sine aliqua læsione
D pertranseamus.

Sed magnum est, neq; ab initio peccare, aut saltem non in maximis delinquere, quoniam penitus à peccato liberum esse, Deus supra humanam naturam ordinauit. Secundo autem, quemadmodum mihi uidetur, magnum est, ut qui in re aliqua peccauere & correpti sunt, ac deinde renouati, ut in sensu permaneant disciplinæ, fugiantq; secundum ex secunda prauitate flagellum. Quapropter & nos, cum diuinæ correptionis opere emersimus, ostendamus nos dignos, non eorum quæ prius sumus perpessi, sed quæ postea sumus consequuti. Respondeamus ad calamitatem quæ nos comprehendit, quoniam non ut malefici gentibus traditi sumus, sed ut filij modestiores sumus facti. Non obliuiscamur tempestatis, postquã in supernam saluati sumus Hierusalem, nec Aegypti post Aegyptum memores simus, nec faciamus melius afflictionis tempus quàm quietis. Ostendemus autem, si uidebimur tunc quidem timore Dei correpti, modestè egisse, & spes omnes in cœlum posuisse: nunc autem postquam laudem & relaxationem assequuti sumus, haudquaquam ad eadem rursus peccata recurrisse, ob quæ in euenientes non bis impegimus calamitates.

Hoc & nos dicimus, posse hominem non peccare, si uelit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quandiu intentus est animus, quandiu chorda nullo uitio laxatur in cithara. Quòd si paululum se remiserit, quomodo qui aduerso flumine lembum trahit, si remiserit manus, statim retrolabitur, & fluentibus aquis quò non uult ducitur: Sic humana cõditio, si paululum se remiserit, discit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.

Sicut qui peccat, dum peccat, magis atq; magis tenebrescit mens eius, & à luce ueritatis recedit, ita ut nulla scientia salutaris remaneat in eo, nisi sola malignitas, de qua dicit Salomon: Sapientia impiorum, nequitia scientiæ est: Sic & qui iustitiam operatur, dum operatur, magis atque magis clarescit mens ipsius, & ad notitiam

A tiam sapientiæ maioris ascendit, & ipsa se iustitia quasi speculum offert ante oculos cordis ipsius.

Defectus autem iste qui peccatum uocatur, si tanquam febris inuitum occuparet, rectè iniusta pœna uideretur, quæ peccantem consequitur, & quæ damnatio nuncupatur. Nunc uerò usq; adeo peccatum uoluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit uoluntarium. Et hoc quidem ita manifestum est, ut nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat.

Sicut malignus suasor peccati, etiamsi non persuaserit, meritò pœnam decepto ris incurrit: Ita fidelis iustitiæ prædicator, etiamsi ab hominibus respuatur, absit ut apud Deum sui officij mercede fraudetur: res enim certa fit ad incertum. Incertum dico, non primum facientis, sed animum audientis. Incertum est nobis utrum assensurus sit, cui prædicatur ueritas, sed certum est talibus etiam ueritatem prædicari oportere: at certum est fideliter eam prædicantibus retributionem manere, siue suscipiatur, siue spernatur, siue etiam propterea quælibet temporaliter aduersa patiantur. Dominus non suos certos fecit Apostolos, an essent eorum pacem suscepturi, quibus eam prædicarent, certos tamen fecit ut eam sine cunctatione prædicarent.

Vnde illo magno peccato primi hominis, natura ibi nostra in deterius commutata, non solùm facta est peccatrix, uerumetiam genuit peccatores. Et tum ipse languor quo bene uiuendi uirtus perijt, non est utiq; natura, sed uitium: Sicut certè mala in corpore ualetudo, non est ulla substantia uel natura, sed uitium. Et licet non semper, tamen plerunq; malæ ualetudines parentum ingenerantur quodam modo & apparent in corporibus filiorum.

Sicut is qui peccato carnis prægrauat, si alios peccati accusauerit, semetipsum B prius accusat: Sic & qui in calamitate est, si aliorum calamitates irriserit, sibi prius insultat.

Quomodo minuta plura peccata si negligantur, occidunt, minutæ sunt guttæ quæ flumina implent: minuta sunt grana arenæ, sed si multa arena imponatur, premit & opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluctus irruens. Paulatim per sentinam intrat, sed diu intrando & non exhauriendo mergit nauim. Quid est autem exhaurire, nisi bonis operibus agere, ut non obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo?

Hoc sunt peccata lapsis, quod grando frugibus, quod turbidum sydus arboribus, quod armentis pestilens uastitas, quod nauigijs sæua tempestas.

Illa dimitti uolumus nobis peccata, quæ humanæ fragilitati quamuis parua, tamen crebra subrepunt. Quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabũt & oppriment, sicut unum aliquod grãde peccatum. Quid enim interest ad naufragiũ, utrum uno grandi fluctu nauis operiatur & obruat, an paulatim subrepens aqua in sentinã, et per negligentiã derelicta atq; contẽpta, impleat nauẽ atq; submergat?

Peccata sunt uua acerba, ut comedentium dentes obstupescant, & non possint eius suauitatẽ sentire, de quo dicit: Gustate & uidete, quoniã suauis est dominus.

Esse sub sentibus delicias cõputabant, quia qui peccatorũ delectationib. pressi ex affectu uitę præsentis, q̃ sint aspera quæ patiunt, ignorant, lætant sub sentibus, quia rebus quidem temporalibus gaudent, & ea cura punguntur miseri qua premuntur. Manent sub sentibus, & hoc ipsum delicias putant: quia & dura quidem ex præsentis uitæ amore tolerant, & tamen ex affectu nimiæ cupiditatis obligant, laborem eiusdem tolerantiæ uoluptatem putant.

Nemo ex seipso saluatur. Quod si nonnulli sunt qui contradicant, illi non aliter faciunt, quàm si quis enormis peccator, cùm seipsum in iudicio constitutus excusaret, non posset, condemnatus & iamiam plectendus, regia tamen beneficentia

C tia dimissus, post acceptam remissionem impudenter se nihil peccasse gloriaretur: oportebat enim antequam remissionis donum uenisset, innocentiam ostendere & probare. Posteaquam uerò illud iam aduenit, nullus deinceps innocentiam iactandi locus relictus est. Hoc sanè & Iudæis usu uenit. Quũ enim iam ex seipsis essent conuicti, aduenit ipse suo aduentu omnem illis iactantiam auferens, &c.

Polluitur ex uno peccatore populus, sicut ex una oue morbida grex uniuersus inficitur: Sic etiam uno uel fornicante, uel aliud quodcunque sceleris committente, plebs uniuersa polluitur.

Non solùm igitur pecore, uel qualibet alia re incorruptibili atque terrena, sed ne ipsa quidem iustitia hominum Deum egere credendum est: totumque quo rectè colitur Deus, homini prodesse, non Deo: neque enim fonti se quisquam dixerit profuisse si biberit, aut luci, si uiderit.

Similis est pecunia usuraria aspidis morsui: sicut enim qui ab aspide percutit, quasi delectatus uadit in somnum, & sic per suauitatem soporis moritur: Sic et qui accipit sub usuris, pro tempore delectatur, quasi qui beneficium accipit, & sic per suauitatem beneficij non sentit quomodo captiuus efficitur. Nam sicut uenenum aspidis latenter per omnia membra discurrit & corrumpit: Sic usura per totas facultates eius discurrit, & conuertit eas in debitum. Sicut enim fermentum modicũ quod mittitur in multam farinam, totam conspersionem corrumpit, & trahit illã, & facit illam totam fermentum: Sic cùm usura in domum alicuius intrauerit, totã substantiam eius ad se trahit, & conuertit in debitum.

Pecuniæ cupiditas tenebra est, qua efficitur ut aliter quàm se habeant res, uideãtur. Sed quemadmodum si quis in profundissimis tenebris aut uas aureum, aut lapides preciosos, aut uestes aureas uideat, dignitatem earum rerum discernere nõ potest: Pariter certè auarus optimarum rerum pulchritudinem nullo modo
D percipit. Depelle igitur huius passionis caliginem, & tunc naturam rerum cognosces, quæ nusquam sic apertè, ut in paupertate discitur: nusquam ita probè cognoscuntur ea quæ quum non sint, esse putantur, quemadmodum in philosophia.

Quemadmodum ei qui uoluit mihi pecuniam credere, & non credidit, nihil debeo: Ita ei qui uoluit mihi beneficium dare, sed non potuit, amicus quidem ero, sed non obligatus.

Quemadmodum qui pecuniam amant, sumptus oderunt, esurire malunt, quàm aceruum minuere: Ita quisquis diligit uerè, quiduis ferat potius quàm ut offendi uideat amantem.

Qui pecunias colligere uolunt, & huius seculi negociationem exercent, nõ aliter possunt augere suas opes, nisi multa pericula terra marique sustinuerint. Necesse enim est ut ferant latronum & piratarum insidias. Attamen omnia magna alacritate suscipiunt, & ob expectationem lucri uix sentiunt amara quæ ferunt: Eodem modo & nos cogitãtes diuitias & spirituales merces, quæ nobis hîc colligere licet, oportet gaudere & exultare, & non contemplari quæ uidentur, sed quæ non uidentur, sicut & Paulus admonet, dicens: Non cõsiderantibus nobis ea quæ uidentur. Fidei enim est, non corporalibus oculis contentos esse, sed oculis mentis imaginari ea quæ non uidentur. Nam illa fide digniora credenda sunt, quàm ea quæ corporalibus oculis uidentur.

Sicut pecunias colligere uolentes, & hanc secularem exercentes mercaturam, non aliter propriam rem augere possent, nisi multa terræ marisque pericula sustinerent: necessarium enim est & latronum insidias, & piratarum incursus sufferre, & prorsus omnia cum magna subeunt promptitudine propter lucri expectationẽ, nullum capientes tristium sensum: Eodem & nos modo diuitias hîc nobis confluentes, & spiritualem cogitantes mercaturam, gaudere decet & exultare, nec

quæ

A quæ uidentur, sed quæ uideri non possunt, considerare.

Sicut pelagus diuersis flatibus agitatum, in multas diuiditur partes: Ita & languentes diuersis cogitationibus occupati, multis solicitudinibus prægrauantur.

Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio. Perdix enim, inquit, contentiosum animal, notum est quanta auiditate ipsius contentionis curratin laqueū. Nō enim disputare amant hæretici, sed quoquo modo separare impudentissima peruicacia, ut cōgregent, sicut hic dixit, quæ non pepererunt. Christianos enim quos maximè Christi nomine seducunt, iam per ipsius Christi euangelium natos inueniunt, & faciunt illas diuitias suas non sanè cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderata. Non enim intelligunt ibi esse ueram & salubrem, & quodammodo germanam atq; radicalem Christianam societatem, unde istos separauerunt, quos ad suas diuitias congregauerunt. Et quia de talibus dicit apostolus: Sicut enim Iannes & Mambres restiterunt Mosi, sic & isti resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed ultrà non proficient: dementia enim eorū manifesta erit omnibus, sicut & illorū fuit. Sequit & hic prophetica, & dicit de perdice, qui congregauit quę non peperit: In dimidio dierum eius derelinquit eum, & in nouissimis suis erit insipiens, id est, qui primò tanquam per pollicitationem & ostentationem excellentis sapientiæ seducebat, erit insipiens, quum apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus.

Quemadmodum peregrè proficiscens pignus amoris sui ei quem diligit derelinquit, ut quotienscunq; illud uiderit, possit eius beneficia & amicitias memorare, quem ille si perfectè diligit, sine ingenti desiderio non potest uidere uel fletu: Ita dominus passurus, in cordibus nostris suæ passionis memoriam cōmendauit perseuerantem. Si in luteum, imò nec in uas sordidum quis illud mittere audet, quanto B magis in cor & corpus pollutum? Nam & ille iustus ideo sindone munda inuolutum, in sepulchro nouo corpus domini sepeliuit, præfigurās corpus domini accepturos tam mundam mentem habere debere, quàm nouam.

In peregrinatione uitam agentibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias: Idem accidat necesse est his qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properanter transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio: non uenit uulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentantur. Non conualescit planta, quæ sæpius transfertur, nihil tam utile est quod in transitu prosit. Distrahit animum librorum multitudo.

Tu autem quum pulchra peregrinatione peregrinatus fueris, trinitatis mihi memor esto, in tabernaculis habitantis, si Deus saltē in manufactis habitat, & par ui huius ueris, nequaquam ex paruis pietatis seminibus, licet adhuc parui & pauperis, ac paulatim collecti: facti enim sumus tāquam stipulas colligentes in messe (siquidem prophetæ illud hoc tempore proferre decet) & tāquam racemuli in uindemia, quum non supersint racemi. Cernis quanta sit congregatio? ac ideo adnitere ut aream nobis ditiorem, torcularq; reddas abundantius.

Quandoquidem non eadem hîc quæ in cæteris peregrinationibus conditio est. In illis comprehensus aliquis limes, & interrogati incolę non patiuntur errare. At hîc tristissima quæq; uia, & celeberrima maximè decipit.

Quemadmodum nemo alienus ac peregrinus intrinsecas potest animæ cogitationes inspicere: Eodem scilicet modo si quid cum Deo in secretis ipsius communicat, non alienum nec peregrinum ab eo, profunditates iudiciorum ipsius inuestigare potest.

Quomodo ergo si essemus peregrini, qui beatè uiuere nisi in patria non possemus, eaq; peregrinatione utiq; miseri, & miseriam finire cupientes, in patriam redi

C re uellemus, opus esset uel terrestribus uel marinis uehiculis, quibus utendū esset, ut ad patriā, qua fruendū erat, peruenire ualeremus. Quòd si amœnitates itineris, & ipsa gestatio uehiculorū nos delectaret, conuersi ad fruendū his quibus uti debuimus, nollemus citò uiā finire, & peruersa suauitate implicati, alienaremur à patria, cuius suauitas faceret beatos: Sic in huius mortalitatis uita peregrinātes à domino, si redire in patriā uolumus, ubi beati esse possumus, utendū est hoc mundo, non fruendū, ut inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciantur, hoc est, ut de corporalibus temporalibusq́; rebus æterna & spiritualia capiamus.

Vt grassante peste ex his qui eiusdem sunt ætatis, eiusdem uictus, eiusdem opificij, alter peste abripitur, alter incolumis euadit: Ita imminente Iudæorum deuastatione, ex his qui sunt eiusdem status, eiusdem ordinis & conditionis, hic liberabitur, ille peribit. Quod accidit in deuastatione Hierosolymitana, hoc idem accidet in deuastatione totius orbis terrarū, & in extremo iudicio. Hic enim nullus erit respectus uel diuitiarum uel paupertatis, nullus erit delectus, uel regię maiestatis, uel infimę seruitutis. Inter reges enim & diuites alter seruabit, alter condemnabit. Inter pauperes & seruos alter in cœlum ibit, alter in infernum conijcietur. Ibit autem in cœlum qui sectatus est pietatem, & conijcietur in infernum qui egit impiè & non resipuit, siue ille dominus, siue seruus fuerit. Hic enim non est personarum, sed pietatis respectus. Nemo igitur confidat maiestati personæ suæ, sed operam det pietati, ut misericordia Dei in omnibus aduersis seruetur.

Vt in pestilentia cauendum est, ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrātibus assideamus, quia pericula trahemus, afflatuq́; ipso in proximo laborabimus: Ita in amicorum legendis ingenijs dabimus operam, ut quamminimè inquinatos assumamus.

D Quemadmodum aduersus pestilentiam nihil potest firmitas corporis, & diligens ualetudinis cura, promiscuè enim imbecilla robustaq́; inuadit: Ita ab ira tam inquietis moribus periculum est, quàm compositis & remissis, quibus eo turpior ac periculosior est, quo plus in illis mutat.

Quemadmodum in pestilentibus locis sensim attractus aër latentem corporibus morbum inijcit: Sic item in praua consuetudine ac conuersatione maxima nobis mala hauriuntur, etiamsi statim incommodum non sentiatur.

Sicut is qui super excelsam petram stat, fluctus ridet, quos uidet ad petram magno impetu rumpere, & protinus in spumam solui: Ita & uirtuti uacans in securo constitutus loco, nihil insuaue fert à rebus turbulentis, sed tranquillus animo, & quietus sedet, intelligitq́; res huius uitæ nihil differre ab amnium fluentis tam rapido cursu transeuntibus. Nam sicut uidentur marini fluctus nunc quidē in altum tolli, mox autem & deprimi: Ita & uidemus eos qui uirtutem contemnūt, & malitiam operantur, nunc quidem sublime sapere, & supercilia surrigere, & huius uitæ curis intentos esse, subitò ad extremam uenire inopiam & abiectionem.

Quærebam igitur petram, aut locum præruptum, siue murum dirutum, sub quibus delitescere possem, aliorumq́; (dicebam) sint honores & labores, aliorum bella & uictoriæ. Mihi autem satis sit fugere pugnas, ac ad me ipsum respicere, & ita uiuere sicut possum, quemadmodum in fragilitate paruum transfretant mare, paruamq́; mansionem illic in pauperculo præsentis politiæ habitaculo adipisci studebam: nam humilium fortassis est intellectus, sed securiorum ut ab altitudine & casu caueant.

Sicut non est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus, & in Ioanne qui passus non est: Sic non est impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham qui filios genuit. Nam illius cœlibatus, & istius connubium pro temporum distributione Christo militauerunt.

Quemad-

A Quemadmodum Phaëton magno orbis exitio tractauit currum Solis: Ita stultis & indomitis affectibus, monarcha summam calamitatem inuehit rebus mortalium: quanto magis oportet eos qui dispensatores sunt mysteriorum Dei, abundare intellectu legis diuinæ, & animum habere purgatum ab omnibus malis cupiditatibus?

Pharisæi sua peccata non agnoscentes, persimiles erant phreneticis, qui quum à grauissimo tentantur morbo, & planè delirant, non tamen suum cognoscunt morbum, sed se sana esse mente atque corpore sibi persuadent, & uerbis apud alios astruunt.

Ac sicut post amarum pharmacum gaudet homo restitutus sanitati: Ita gaudet peccator, timore Dei compulsus ad uitæ puritatem.

Quemadmodum nec amara pharmaca præterquam oportet, nec dulcia conferunt quicquam: Ita nec simplicitas per se, nec prudentia.

Neqꝫ semper expedit pharmaca lenia adhibere, sed quando hulcus durius est, oportet attractiua & mordacia admouere, quò morbo occurratur citius. Sciāt igitur omnes his criminibus obnoxij, si post hanc nostram admonitionem in ea negligentia manserint, non toleraturos nos, sed legibus ecclesiasticis usuros & magna austeritate docturos, ne talia posthac negligant, ne'ue tanto contemptu diuina audiant eloquia.

Quemadmodum est aliqua pars Philosophiæ naturalis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis: Sic & his quoque liberalium artium turba, locum sibi in Philosophia uendicat.

Postquam uerò in uires euasere, ac iam Philosophię attigerūt dogmata (quod utiqꝫ nunquam euenisset) uimqꝫ ex sermone acquisiuere, quæ mansuetis quidem

B uirtutis est armatura, scelestioribus uerò malitiæ fit aculeus, non iam amplius morbum penitus quantus erat celare poterat, neqꝫ omnino impietatis dolum in seipso tantùm Philosophicè exercere ualebat, sed tanquam ignis in materia delitescens, etsi nondum flammam claram emittat, è scintillis tamen quibusdam micantibus, aut fumo è profundo emergente indicatur. Aut si mauis, quemadmodum fontes qui per fistulas quasdam ui spiritus sub terra ferūtur, postea nec spatiū latum neqꝫ exitum habent liberum: sæpius terram inflant, & infernè submurmurant, impetu quidē spiritus impulsi, sed ui superna cohibiti & intercisi: Ita & ille plurimū impietatis ob tēporis gratiam & institutionē Constantij imperātis abscōdebat. Nondū enim tutum erat palā impiè agere, nonnunq̄ tamen mētis detegebat arcanū acutioribus impietate q̄ intellectu, pręcipuè in sermonibus ad fratrē, plusq̄ bene habere et pro gentilibus contendens, nempe sub prætextu, tanquam sermonem exerceret tenuem, cæterùm hæc potius quæ ueritatis erant exercitamenta, quàm omnibus gauderet, quibus impij denotarentur mores.

Sicut qui ad Philosophiā hortari pergit, siue ille persuadeat siue nō, perfectam consequit integerrimāqꝫ mercedem: omne enim quod erat sui muneris impleuit: Ita & qui aliquē perdere uoluerit, siue illū læserit, siue nō lęserit, eadem animaduersione punieē, & hic enim cūcta quæ potuit, fecit. Itaqꝫ etsi nihil ualueritis ad deijciendos ac peruertēdos fortes filiorū animos, huius tamen iniquissimi conatus tātas pœnas dabitis, quātas si id quod cupiebatis, ex proposito illo deiecissetis. Hæc igitur uniuersa cogitantes, cunctisqꝫ cauillationibus omissis, curemus effici nobiliū fortiumqꝫ filiorum patres, templorumqꝫ Christoferorum fabri, pugilumqꝫ cœlestium curatores, ungentes, erigentes, & undiqꝫ commodis illorum consulentes, ut coronarum quoqꝫ participes esse mereamur. Sin autē uos cōtenderitis, filij quidē si fuerint egregia uirtute præditi, etiāsi nolueritis, ad hāc peruenient Philosophiā, sempiternisqꝫ gaudijs fruenē: uos aūt infinitos uobisipsis cruciatus congeretis.

C Philosophus quidam rogatus, quid esset dulcissimum, respõdit, accipere. Applausit huic dicto sensus communis mortalium. Sitis igitur alacribus animis fratres, cœlestis Philosophiæ studiosi, ac spiritualiũ opum auidi: adfero quod gratis accipiatis, et quidem hoc maiore fructu uestro, quo accipietis auidius. Dei munus est quod adfero, ipse nihil aliud quàm porrector alieni muneris. Vtriq; nimirum & autori & porrectori, gratiã optatam retuleritis, si quod defertur, sitientibus animis receperitis. Si quis uobis dono offerat byssum, gemmas, aurum'ue, ut repentẽ serenatur frons, hilarescunt animi: quanta cum alacritate porrigitis purgatas manus? Si quis offerat cibum prælautum, patinis purgatissimis excipitis. Ecce defero quod omnibus gemmis, bysso & auro preciosius est, quod omnibus placẽtis suauius est, atq; etiã salubrius. Iniuriam facitis muneri, imò potius uobisipsis, si quod gratis offertur, somnolẽti, segnes ac tristes excipitis. Hilarem datorẽ diligit Deus, rectissimè dictum est ab Hebræo sapiente, sed æquè diligit hilarem acceptorem. Qui tristis dat, deterit partem gratię beneficio suo: qui tristis accipit, ingratus est & priusquam accipiat. Hilariter accepisse magna pars est relatæ gratiæ apud homines, apud Deum pro insolidum relata gratia deputatur.

Cùm sæpe Philosophi per ignorantiã ueritatis à ratione desciuerint, atq; in errores inciderint inextricabiles: Id enim solet his euenire quod uiatori uiã nescienti, & non fatenti se ignorare, ut uagatur, dum percontari obuios erubescit.

Qui uerbo tenus sunt philosophati, nec uita sermonem sunt comitati, umbris comparandi, & simile aliquid pictoribus præ se ferentes existũt, qui hominis pulchritudinem in tabulis imitãtes, talem effingũt, qualis ille uerẽ reperitur. Quoniã magnificè quidem uirtutẽ laudare, & in mediũ longos de hac sermones facere: priuatim uerò uoluptatẽ temperantiæ præferre, & rem malè partã iustitia potiorẽ habere: similẽ ergo dixerim Histrionibus, qui in scena fabulas agunt, & ut reges ac

D principes sæpenumero ingrediunt, cùm nec reges neq; principes, & forsan omnino ne liberi quidẽ existãt. Et musicus ut populo canat, lyrã discordem nõ facilè sumet: nec chori princeps officiũ suum peraget, nisi ex æquo respondentẽ chorũ habeat: & hoc pacto quisq; à seipso diffidebit, dum sermoni uitam non adhibet consonam, sed linguã quidem uirtuti consonam, mentem uerò adfert disparem, ut secundum Euripidem dicat: Cupio bonus uideri magis quàm esse.

Insani & qui phrenesi tenentur, si quando seipsos plurimùm lædunt, & miseranda committunt, unde ab alijs deplorantur, nihilosecius rident, & quasi in delicijs constituti, in propria ipsorum læsione exultant: Sic impij etiam agunt. Verũ non ideo dicimus miserabili illos supplicio liberatos, sed difficiliore magis ob id ipsos cruciatu teneri, eò quòd neq; in quibus malis sint, intelligunt. Non enim ab ægrotis, sed à sanis oportet fieri rei censuram, alioqui scelus istud olim, & quasi quædam lex esse uidebatur.

Quis enim phrenetico medicus irascit, quis'ue febricitãtis & frigida prohibiti, maledicta in malã partem accepit? Hũc affectum aduersus omnes habet sapiẽs, quemadmodũ aduersus ægros suos medicus, quorũ nec obscœna si remedio egẽt cõtrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignaẽ, nec per furorẽ sęuientium excipere conuicia. Scit sapiens omnes hos qui togati purpuratiq; incedunt, ualentes coloratosq; malè sanos esse, quos nõ aliter uidet, quàm ægros intẽperatos. Itaq; ne succenset quidem, si quid in morbo petulãtius ausi sunt aduersus medentẽ. Quo animo honores eorũ nihilo æstimat, eodem parũ honorificè facta. Quemadmodũ non placet sibi, si illum medicus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi honor plebis ultimæ salutanti mutuam salutationem non reddiderit, sic nec se suspiciet quidem, si illum multi diuites suspexerint.

Si nec medicum agnoscimus, non in eum tanquam phrenetici sæuiamus, non ab eo

A ab eo tanq̃ letargici auertamur. Multi sæuiendo, multi dormiẽdo perierũt. Phrenetici sunt qui nõ dormiendo insaniũt: letargici sunt qui multũ dormiendo premunt. Prorsus tales sunt homines letargici similes, qui non sæuiunt in Christũ, nec malitia usi sunt aduersus Christianos, sed tantũ differendo, languescũt uerba somnolentis, in lucem oculos extendere pigrescũt, & qui eos excitare uolunt, molesti sunt. Recede à me, ait letargicus. Quare? dormire uolo. Sed ille, Morieris inde. Ille, Amore somni mori uolo, respõdet. Et charitas desuper, Nolo. Plerũq; istũ charitatis affectum exhibet etiam filius seni patri morituro, post dies paucos iam utiq; ætate finita, si letargicum uidet, & letargico morbo premi suum patrem medico agnoscit dicente sibi, Excita patrem tuum, noli eum permittere dormire, si uis ut uiuat: adest puer seni, pulsat, uellicat, pungit, pietate molestus est, nec mori citò permittit citò moriturum, etsi uiderit ut aliquando plures dies uiuat, quum discesserit successurus. Quanto maiore charitate nos amicis nostris molesti esse debemus, cum quibus non paucos dies in hoc mundo, sed apud Deum in æternum uiuamus? Quidam ueterana peccati consuetudine, tanquam letargico somno obdurati. At enim quibusdam ista non prosunt: nunquid ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum est insanabilis pestilentia? Sed attende quàm multi sunt, de quorum salute gaudemus. Non omnis qui parcit, amicus est: nec omnis qui uerberat, inimicus. Meliora sunt uulnera amici, quàm uoluntaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligebat, quàm esurienti panis frangitur, ut iniustitiæ seductus acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui letargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis nos potest amplius amare quàm Deus? Et tamen nos non solùm docere suauiter, uerùm

B etiam salubriter terrere non cessat fomentis lenibus quibus consolatur, sæpe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungens. Exercet fame Patriarchas pios, populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Non aufert ab Apostolo stimulum carnis, tertiò rogatus, &c.

Vt pila compulsa manu, si decliuem nacta fuerit locum, partim ob suam formam, partim ob aptitudinem loci præceps ad ima sua celeritate fertur: neque prius moueri desinit, quàm plana suscipiant ipsam loca: Sic sanè natura rerum, hoc unico concitata præcepto, per res gerendas æquali quodam cursu corrumpendasq; transit, generumq; successionem similitudine seruat. Succedit equus equo natura, leo leoni, aquila aquilæ, singulaq; animalia suis ordine successoribus conseruantur usque ad exitum consummationemq; mundi. Nullum unquam tempus proprias peculiaresq; naturas animalium delet, sed omnium ipsorum natura recens semper noua que, perinde atque nunc incepisset, tempus huius seculi concomitatur.

Vt in orbe ac pila nihil estimum, nihil summum, nihil extremum, nihil primum, quia motu ordo mutatur, & quæ sequebantur, præcedunt, & quæ occidebant, oriuntur: omnia quomodocunq; ierint, in idem reuertuntur: Ita in homine existima fieri, quum illum in multa mutaueris, unus est.

Quomodo facti sunt in desolationem? repentè destituti sunt, perierũt propter scelera eorum, tanquam puluis qui disperditur à procella, tanquam arena uento disiecta, tanquam ros matutinus, tanquam sibilus sagittæ emissæ, tanquam ictus tonitrui, tanquam coruscatio perstringens.

Quemadmodũ pictor cũ in gurgustio aliquo tabulã historiæ uarietate repleuerit, illã repentè in mediũ proferẽs, ablatis uelamẽtis omnib. multitudini spectandã proponit: nec iam quæ picta sunt, interpretari opus habet, sed spectatorib. omnibus futuro quoq; tẽpore picturã ut sese habeat inspiciendã noscendãq; permittit:

 Ita

C Ita ferè & mens post uitæ exitum, sublato uelamento corporis, quo animæ tabula obtegebatur, quam per omne uitæ tempus uarijs cogitationibus pinxit, quæq; in intimis recessibus fuerant picta, cunctis cernenda producit in lucem, uidereq; in promptu est animæ tabulam historiæ uarietate plenam, æquè ad intuendum cunctis expositum. Si igitur diuinæ quædam ex lectionibus sacris, cogitationibusq; probis expressæ cernantur historiæ, laudibus omnibus & mens quæ pinxit, & animæ tabula quæ picturam suscepit, dignissima censetur ab omnibus, ita ut præ dignitate picturę, summaq; pictoris industria & arte, amoueri à spectaculo, auelliq; nón possunt, cunctis per singula picturæ pulchritudinem, figuras, diuinamq; picturarum rerum formam admirantibus, & eximium pictorem illum, quòd ritè ui ta usus sit, & sub hoc amictu corporis die noctuq; huiusmodi picturas, præter omnium spem uenustiore manu & arte animæ inscripserit tabulę, laudantibus. Sin uerò turpes, atq; indecoræ picturæ illæ uisæ fuerint, probro atq; irrisione dignissimus pictor ille iudicabitur, cũ fortè cõtrà quàm sperabatur, priusquã uelamen animæ amoueretur, submoto corporis tegmine, cuncta repentè deformia fœdaq; apparuerint. Vbinam, quæso, tunc se iste recipiet, quando ex collatione alterius, inter cogitationes se inuicem accusantes seu defendentes, à cunctis iudicabitur? Vbinam, inquam, animæ tabula illa statuetur, quæ spectantium oculos historijs obscœnis, omniq; mõstruosa specie impleuit? Sicut enim qui maculas habent in corpore, priusquam ueste nudentur, opertas ac plurimis ignotas ferunt: sæpe uerò preciosissima ornati ueste, quum fortè intrinsecus quoq; formosi ac uenusti ex illo exteriore cultu putarentur, exuti tunica, nudiq; in balneo conspecti, contrà quàm putabãtur, ridiculi atq; innumeris maculis fœdè insigniti corpus continuò apparuerunt: neq; iam obscurum esse potest, nudato sub omnium oculis corpore, ubinam,
D qualis, quantaq; sit macula, sed simul atq; nudata est, intuentium sese oculis aperit: Ita & nos quum uelamen carnis exuerimus, neq; subducere maculas animæ, neq; operire ulla ratione poterimus: cæterùm sub omniũ obtutibus nudi atq; conspicui, quæ prius corpore quasi ueste contecta minimè habere putabamur, ea nudata se omnium oculis ingerent, nullusq; iam uel negationi uel defensioni erit locus, quando ipsa cernentur opera in suo autore conspicua: nõ enim confusè aut summatim & indigestè res ipsę cernentur, sed singula per partes, ut sese habeant, ueluti in pictura noscentur.

Quemadmodũ pictor similem faciens imaginem, innumeras facilè perficiet: Sic & Deo facile est innumeros mundos facere atq; infinitos. Imò quemadmodũ facile est intelligere te ciuitates, & mundos infinitos: Sic facere Deo est facile, imò uerò et longè facilius. Nam tu tempus uel partum cogitando consumis, Deus autem minimè: sed quanto leuissimis pennis, uel potius mente nostra lapides grauiores sunt, tanto animus noster in faciendo à Dei celeritate uincitur.

Pictores imitanť arte naturã, & colores coloribus permiscẽtes, uisibiles corporum depingũt imagines, & faciũt homines, et animalia, & arbores, et reges, et rusticos, et barbaros, & pugnas, & rixas, torrẽtes sanguinũ, & lanceas, & loricas, & scuta, et sedẽ regalem, & imperatorem sedentẽ, & barbarũ subditum, & gladiũ acutũ; & fluuios decurrẽtes, & cãpos uarijs floribus adornatos, & omnia quę uidenť per artem imitantes, mirabilem historiam uidentibus præstant: Sic & prophetæ uelut quidam pictores sunt uirtutis ac militiæ. Describunt enim & illi peccatorem, iustum, pœnitentem, stantem, cadentem, surgentem, titubantem. Et sicut faciunt pictores, occidentes & occisos: Sic & prophetæ faciunt, aliquando quidẽ insurgentia peccata, aliquando etiam & allisa: eodem modo & dæmones impugnantes, & homines flentes & pugnantes, sic & diabolum insidiantem & uictum.

Quemadmodum pictores quando imaginem ex proposita imagine pingunt, crebrò

A crebrò ad exemplar respicientes, figuram illius ad artis suæ industriam transferre satagunt: Ita oportet eum qui omnibus uirtutum partibus absolutum sese præstare conatur: ad uitas sanctorum tanquam ad uiuas quasdã & agiles statuas aspicere, & quod illi bene gesserunt, peculiare sibi per imitationem facere.

Sicut pictores pingendam tabulam uestigijs quibusdam adumbrare cõsueuerunt, & sic colorum uarietate perficere: Ita & Christus fecit in mensa, & typum paschæ descripsit, & pascha ueritatis ostendit.

Sicut enim optimorum pictorum artẽ facilius explorare quis poterit, qui ueræ atq; archetypæ rei pictam imaginem conferat: Ita nos decet philosophorũ & prophetarum dicta conferre, & tunc discernere.

Pictoribus hic mos est, quoties imaginem aliquam ad uiuum expressam absoluere cupiunt, non unum tantùm diem ac duos, sed & complures dies assident his quos effingunt, ut assidua contemplatione citra errorem exactéq; formarũ exprimant similitudinem: Itaq; & nos non corporalis formæ imaginem, sed animi pulchritudinem ac spiritualem decorem cupimus uobis hodie proponere, ipsum uidelicet Dauidem, ut omnes in eum intuentes, in suum quisq; animum imitatum referamus pulcherrimum, huius iusti imaginem, mansuetudinis, tranquillitatis, in summa, uirtutum omnium. Etenim si corporis imagines nonnullum intuentibus solatium adferunt, multo magis idem facient mentis imagines. Atq; illas quidem non licet ubiuis intueri, sed eodem in loco consistas oportet: hanc uerò nihil uetat, quò minus, quôcunq; uelis, tecum circumferas. Nam posteaquã eam in animi penetralibus reposuisti, ubicunq; locorum fueris, poteris contemplari, plurimumq; ex ea utilitatis capere. Et quemadmodum qui laborant oculis, si spongias ac uestium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex eo colo-

B re nonnullum capiunt morbi leuamen: Similiter & tu, si Dauidis imaginem præ oculis habeas, & in hanc assiduè defigas oculos, etiamsi millies obtũdit ira, mentis oculum perturbans, ad hoc uirtutis exemplar respiciens, perfectam consequêris sanitatem, puramq; animi philosophiam ac tranquillitatem.

Nostra uerò ætas quum rempub. sicut picturam accepisset egregiam, sed euanescentem uetustate, non modò non coloribus ijsdem, quibus fuerat, renouare neglexit, sed ne id quidem curauit, ut formam saltem eius, & extrema tanquam liniamenta seruaret.

Si quis pingendi artifex uultũ alicuius, & speciem, & corporis qualitatẽ æmulo colore signasset, & signato iam cõsummatoq; simulachro manus alius afferret, ut iam formata, iam picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria & iusta indignatio uideretur. Tute existimas impune laturã tam improbæ temeritatis audaciã, Dei artificis offensam? Vt eñ impudica circa homines et incesta fucis lenocinantib. nõ sis, corruptis uiolatisq; quę Dei sunt, peior adultera detineris.

Quemadmodum autem si in picem accensam inijcias aquam, exasperatur incendium: Ita si resistas impotenti mentis acrimoniæ, magis accrescit dolor.

An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguã eius? Generatio Christi ab Abraham usq; ad Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus, quasi longa piscantis linea est, cui lineæ ferreus hamus subligatus carne adoperitur, ob hoc ut piscis edulio prouocatus quod foris patet, ferro seipsum strãgulat quod intus latet. Diuinitas Christi, quasi ferrũ diabolo extitit, hoc ferro captus & extractus foras mittetur, sicut captum credimus. Iste est circulus quem Deus in naribus diaboli posuit: ista est armilla, qua maxillam eius perforauit. Iunxit se initium fini, id est, Deus homini, & ita hęc, scilicet initium & finis, occurrerunt sibi in utero uirginis, ut nares suas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, & armillam suã uoracem perforaret, talis armilla, armilla gloriæ & honoris, unde nunc usq; fatuus trahetur,

C trahet, & quod auidè momorderat, tenere nō poteris, per maxillæ foramē emittis.

In Psalm. 8. Intuere pisces maris, hoc est, curiosos, qui perambulant semitas maris, id est, inquirunt in profundo huius seculi temporalia, quæ tanquam semitæ in mari tam citò euanescunt & intereunt, quàm rursus aqua confunditur, postquam transeuntib. locū dederit, uel nauibus, uel quibuscūq; ambulantib. uel natātibus.

Ad præsens Deus habenas laxat, sed postea astringet. Noli gaudere ad piscē, qui in esca sua exultat, nondum traxit hamum piscator, nō iam ille hamum habet in faucibus, & quod tibi uidetur longum, breue est: omnia ista citò transeunt.

Sæpiæ (piscium genus est) ubi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur: Eodem modo hæretici Marcionitæ ubi traductionem sui sentiunt, hoc est, quum erroris arguuntur conuincunturq;, tenebras huic blasphemiæ interuomunt, ut atramentum sepiç pisces, atq; ita arguentem impediunt & auertunt, allegando quæ bonitatem creatoris infuscent obnubilentq;.

Qui plangit peccatum & iterum admittit, quasi si quis lauit laterem crudum, quem quanto magis diluerit, tanto amplius lutum facit.

Sicut plantæ rigatæ magis crescunt: Ita & fides nostra oppugnata magis floret, & seditione agitata, incrementa maiora sumit. Neq; horti aquis irrigati ita germinant & fœcundi sunt, ut ecclesiæ, si martyrum irrigentur sanguine.

Quemadmodum in plantis & lignis, si quando excessum uidemus, reliquam de cætero repudiamus partem: Sic & in homine quum id perierit, incassum est inde reliqua corporis sanitas. Auriga perit, fractus, deiectus est, uacuum in posterū equi currunt, laboriosa lex & multum oneris habet: Sic igitur & magnā habet coronam eiusmodi, laboriosa nanq; magnas habēt retributiones. Tu uerò nequaq; D laborem attende, sed retributionem considera: Sic & in uitæ rebus fit. Si uerò laborem prospexeris, graue atq; onerosum: si uerò retributionem cogitaueris, leue & facile quod subest: Sic & gubernator si fluctus uiderit solùm, nusquam è portu scapha digredietur, sed ipsam præ fluctibus utilitatem commodumq; metitur, atque demum credit innabili pelago: Sic & miles si uulnera cædesq; uiderit, non iam induit thoracem: si uerò triumphos præ uulneribus uictoriasq;, imperatum quasi concurrit ad prælium.

Sicut plectrum chordis: Ita lingua eliditur dentibus, & uocalem reddit sonū.

Sicut pluuia irrigat agrum fertilem & desertum locum: Ita scientia Dei hominem. Crescunt in deserto interdum, id est, in Philosophis, bonæ herbæ, sed discreti hominis est eas posse discernere à ueris & domesticis herbis. Faciamus igitur sicut qui rosaria demetunt, spinas quidem intactas dimittunt. Apes etiam (hæc natura eas docuit) non solùm floribus qui sunt dulces, insidunt, sed etiam qui sunt amarulenti, quum tamen solam dulcedinem ex amaro & dulci flore sugunt, amariciem auersantur. Harum exempla imitamur, & è uestris illis amarulentis pratis, dulce nobis & perquam utile mel nobis componimus. Ac ueluti corporum curatores è uenenatis feris atq; serpentibus salutares medicinas cōficiunt, deq; ipsis uiperis alia quidem reijcientes, alia uerò elixantes, multos harum rerū præsidio morbos propellunt: Ita & nos uestrorum poëtarum, historicorum Philosophorumq; monumenta uersantes, noxia & pestifera declinamus, alia sparsim nostræ doctrinæ inserentes, auxiliarem nobis salubremq; curationem afferimus.

Quicquid loquimur in nomine Dei, quoniā Dei est per nos loquentis, imber Dei est. Videte uos qualis terra sitis. Nam quādo pluuia uenit super terram, si bona terra est, fructus bonos parit: si mala terra, spinas parit. Pluuia tamen dulcis est, & super fructus & super spinas. Qui istis uerbis auditis peior factus fuerit, & spinas de pluuia generauerit, ignem speret, & pluuiam non accuset. Qui autem melior fa-

A itor factus fuerit, & fruges de bona terra generauerit, horreum speret, & pluuiam laudet. At quid sunt nubes, aut quid est pluuia, nisi Dei misericordia omnia faciẽtis circa omnes quos diligit, & quibus donauit ut ab eis diligatur?

Sicut non est possibile, ut ex sola pluuia fructificet terra, nisi flauerit super eam uentus: Sic non est possibile, ut sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit spiritus sanctus in corde ipsius.

Sicut semper pluuia bona est, maximè tamen grata est tempore siccitatis: Et uisitatio amicorum semper suauis est, multo tamen suauior tempore luctus: Sic doctrina & consolatio sacerdotis semper opportuna est, maximè autem in tempore persequutionis.

Sicut data à Deo pluuia, ex æquo & fruges nutrit & loliũ: messis autem tempore frumenta quidem congregantur in horreum, paleæ uerò uel lolium igni consumuntur: Ita in die iudicij quum iusti introducentur in regnum Dei, iniusti autẽ abijcientur foras, tunc etiam iustitia Dei ostendetur.

Nunquam effunditur sine nubibus pluuia: Neq; sine bona conscientia Deo placere possibile est.

Sicut enim pluuia si descendat in uellus, animaduerti non potest, quia strepitum non facit: Ita Christum in terram sine cuiusquam suspicione uenturum esse dixit, ut iustitiam doceret & pacem.

Quemadmodum pluuia terræ infusa accõmodam qualitatẽ plantis suppeditat, dulcem quidẽ dulcibus, amarã aũt amaris: Sic quoq; gratia fideliũ cordibus indeclinabiliter adijciens, conuenientibus uirtutibus actiones largitur.

Corpora nostra terrena sunt. Quomodo pluuia nimium grandis & diuturna si fuerit, terra confunditur, & in lutum resoluitur, ut nulla in ea cultura possit B fieri: Sic & caro nostra quando abundantiori potu fuerit inebriata, nec spiritualem culturam accipere, nec fructus animæ necessarios poterit exhibere ei Deo. Quomodo omnes homines sufficientem pluuiam in agris suis accipere desiderãt, ut & culturam ualeant exercere, & de fructuum ubertate gaudere: Ita & in agro corporis hinc tantum deberent bibere quod oportet, ne nimia ebrietate ipsa corporis terra uelut in paludem conuersa, magis uermes & serpentes uitiorum generare, quàm fructus bonorum operum possit afferre. Omnes enim ebriosi tales sunt quales paludes, uidentur serpentes, sanguisugæ, nascuntur ranæ, & diuersi generis uermium, quæ magis horrorem possunt generare, quàm aliquid quod ad uictum proficiat, exhibere. Herbæ quæ in ipsis paludibus, uel circa ripas eorum nasci solent, nihil utilitatis habere uidentur, intantum ut annis singulis incendio concrementur: Ita quod de ebrietate nascitur, igni præparatur.

Sicut torrens pluuialibus aquis colligitur, redundat, perstrepit, currit, & currendo decurrit, id est, cursum finit: Sic est omnis iste cursus mortalitatis, nascuntur homines, moriuntur, & alijs morientibus alij nascuntur, succedunt, accedunt, decedunt, nec manebunt. Quid hîc tenetur? Quid non decurrit? Quid non quasi de pluuia collectum it in abyssum? Quomodo enim fluuius repenti collectus de pluuia, de guttis imbrium, it in mare, nec apparet, quia nec apparebat antequam de pluuia colligeretur: Sic hoc genus humanum de occultis colligitur, & profluit in mortem. Rursum in occultum uergit, medium hoc sonat & transit: de hoc torrente bibit Christus, hoc est, natus est moriturus.

Si hausto poculo moreretur ille qui biberat, uenenum scires esse quod ille potauit. Si accepto cibo, qui acceperat interiret, scires esse letale, quod acceptũ potuit occidere, nec ederes inde, nec biberes, cũ interisse alios antè cõspiceres. Nũc quãta ignorantia ueri est animi, quãta animi demẽtia, id uelle quod & nocuerit semper & noceat, & putare quòd inde ipse nõ pereas, unde alios perisse cognoscas.

L Sicut

C Sicut poculo naturali homines inebriati quietem diligunt, timorem mortis expellunt, iniurias non sentiunt, aliena non quærunt, suorum obliuiscuntur: Ita etiam poculo tuo crapulatus, pacē diligat, & fidei exultatione securus, mortem infidelitatis ignoret, patientiam charitatis exhibeat, sacrilegia aliena non teneat.

Quid podagra peius? quid chiragra? Incidemus membra? minimè, sed aliquod remedium disquiremus, ex quo morbum soluere possumus: Hoc idem in fratribus faciamus, etsi grauissimè ægrotent: curemus medicinam, & feramus inuicem onera, sic implebimus legem Christi.

Quemadmodum à pœnitentiā agente alienum est elato animo superbire: Sic sua sponte peccantem, humilem esse impossibile est.

Quicquid ergo mediocritas nostra ad pœnitentiam semel capessendam & perpetuò cōtinendam suggerere conata est, omnes quidem deditos domino spectat, ut omnes salutis in promerendo Deo petitores, sed præcipuè nouitiolis istis imminet, qui quum maximè incipiunt diuinis sermonibus aures rigare, quiq; catuli infantiæ adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta reptant, & dicunt quidem pristinis renunciare, & pœnitentiam assumunt, sed includere eam negligunt. Interpellat enim illos ad desiderandum ex pristinis aliquid, ipse finis desiderandi, ut sut poma quum iam in acorem uel amaritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiæ suæ adulantur. Omne præterea cunctationis & tergiuersationis erga pœnitentiam uitium, præsumptio intinctionis importat. Certi enim indubitatæ ueniæ delictorum, medium tempus interim furantur, & cōmeatum sibi faciunt delinquendi, quàm eruditionem non delinquendi. Quàm porrò ineptum, quàm pœnitentiam non adimplere, & ueniam delictorum sustinere? hoc est precium non exhibere, ad mercem manum emittere. Hoc enim precio dominus ueniam addicere instituit, hac pœnitentiæ compensatione redimendam
D proponit impunitatem. Si ergo qui uenditant, prius nummum quo paciscuntur examinant, ne scalptus, neue rasus, ne adulter: etiam dominum credimus pœnitentiæ probationem prius inire, tantam nobis mercedem perennis scilicet uitæ concessurum.

Vadis huc & illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius fit: Sicut in naui onera immota minus urgent, inæqualiter conuoluta citius eam partem in quam incubuere, demergunt.

Nemo adhuc importuno tempore acerba poma decerpat. Nemo suam nauem quassatam & perforatam fluctibus, priusquam diligenter eam refecerit, in altum denuò cōmittat. Nemo tunicam scissam accipere & indicare potest, nisi eam ab artifice perito fartam uiderit, & fullone curatam receperit. Nec ad communionem uenire quis potest, nisi prius illi à pastore manus fuerit imposita.

Ac sæpius qui popularibus rebus obnoxius fuit, parumper emendatus, plus consequutus est, quàm is qui in libertate sua non penitus se emendauit. Quemadmodum, ut arbitror, magis mirandum est, quempiam pedicis uinctum aliquantisper progredi, quàm quum nihil degrauat, uehementer currere: ac per cœnum parumper desœdari, quàm in munda uia omnino mundum remanere. Huius sermonis testimonium est, quòd Raab meretricem in alijs non laudandam, solùm iustificauit hospitalitas: publicanumq; nullo alio testimonio suffultum extulit humilitas, ut & tu disceres tibi facilè desperandum non esse.

Solet enim populus, etiamsi ad præsens iram cohibeat, tanquam ignis in ligno delitescens, seu fluuius ui cohercitus, ubi tempus est oblatum, reaccendere & erumpere.

Porris ac cepis simile est peccatum. Qui plerunq; comedunt, lachrymas emittunt: Ita difficultas uitæ præsentis quæ à dilectoribus suis non sine luctu agere, &

tamen

A tamen cum lachrymis amatur. Sed hi sunt filij stultorum & ignobilium. Hi deserunt manna cœleste.

Quemadmodum porcus in cœno uolutatus, quocunque ingressus fuerit, omnia fœtore replet, ac sensus grauceolenti stercore imbuit: Ita & scortatio malum est, quod difficilè abluatur.

Sicut portæ introitus ciuitatum sunt: Sic pericula introitus mortis sunt.

Quemadmodum in portum tranquillum irruentes è contrario feroces uenti, quouis illum turbine ac freto periculosius reddunt: Ita & subingressa gloriæ cupido omnia subuertit & confundit. Adestis sæpenumero magnarum ædium incendio, uidetis quomodo ad cœlum usque fumus ascendat, & dum nemo malum extincturus prodit, sed quisque quæ sua sunt spectat, ignis ille magna ui cuncta depascatur? Et circumstetit plerunque ciuitas tota, circumsteterunt uerò spectatores tantùm, non opitulatores aut adiutores. Et uidere est isthic quàm nihil faciant omnes quotquot circum incendium adstant, sed quisque illorum extensa manu recenter aduentanti uel locum ostendat, uel flammam è foribus indesinenter exilientem, uel trabes deiectas, uel uniuersum culminum ambitum deuulsum, ad terramque ruentem. Sunt autem plurimi audacium, inque pericula seipsos projicientium, qui quàm proximè ad ædificia illa ardentia ausi sunt accedere, non ut manus illis porrigerent malumque extinguerent, sed ut iucundius haberent spectaculum, & ut è uicino cuncta diligenter spectare possent, quæ foris positos antea plerunque latuerant. Si uerò splendidis istud & magnis contigerit ædibus, miserabile uidetur esse spectaculum, & multis lachrymis dignum. Et est reuera miserandum spectaculum, uidere columnarum capita in puluerem redacta, plures etiam ex illis in frusta comminutas, has quidem igne uastatas, illas uerò etiam

B eorum manibus sæpenumero qui ædificauerant, impulsas ac demolitas, ne latius reliqua depasceretur incendium. Videre est hic & columnarum monumenta, quæ multo ornatu, imposito tecto, stabant, iam sublato culmine in lucem detecta, multoque dedecore in patulo prostantia. Opes uerò quæ intus erant reconditæ, quis enarrabit? Vestes uidelicet deauratas, uasaque argentea, & locum illum, quò non facilè herus ipse cum coniuge sua ingrediebatur, ubi multorum erat uestimentorum, aromatum, lapidumque preciosorum repositorium. Hic omnia in unam pyram conflantur, & balnearij, & stercorarij, & serui fugitiui, & quotquot intus sunt. Omnia in his ædibus iam nihil aliud sunt, quàm aqua infusa, ignis, lutum & fimus, cinis & semiusta ligna. Sed quamobrem hanc imaginem adeò fuse extendi? Nolo simpliciter domus alicuius incendium describere. Quæ enim mihi esset illius cura? Sed ecclesiæ mala oculis uestris quantum licuerit, subijcere uolo. Non enim aliter illa reuera, quàm uelut incendium aut fulmen quoddam cœlitus delapsum, ita in ipsum ecclesiæ culmen deuenerunt, & tamen neminem excitant, sed paternis ædibus incensis profundo quodam & insensibili pressi somno altùm dormimus omnes. Quem enim hic ignis, quasque columnas in ecclesia stantes non corripuit? Nam nihil aliud est ecclesia, quàm ex nostris animabus constructa domus. Non est autem ipsa domus eiusdem honoris in omnibus, sed lapidum ex quibus est perfecta, quidam quidem splendidi sunt & illustres, quidam uerò minoris gloriæ, & obscuriores. Est autem hic melius multo uidere, quàm multi sint qui auri locum ac dignitatem obtinẽtes, tectũ exornent, quomodo alij eum repræsentent ornatum, qui est à monumentis. Videre est etiam hic multos columnarum instar stare. Nouit enim ecclesia & homines uocare columnas, non uirtute ac robore duntaxat, sed & uenustate quadam, quam ex deauratis capitibus habent, plurimum ornatus exhibentes. Videre est hic & multitudinem, ut plerunque est interstitium & capax septorum ac ambituum latitudo. Plurima enim illa eccle-

C stæ multitudo in ordine est eorum lapidum è quibus parietes cõstruuntur, imò ad illustriorem aliquanto imaginem transeundum est. Ipsa ecclesia non ex lapidibus ædificata est, sed ex auro & argento, lapidibusque preciosis, & plurimum ubique aurum in illa dispersum conspicitur. Sed ô rem amaris lachrymis dignam. Nam omnia ista incendit uanæ gloriæ tyrannis, flamma illa nihil non uorans, & nemo est qui malo isto superior factus sit, sed stetimus flammam quidem ipsam admirantes, malum uerò nondum extinguere uolentes. Et si extinxerimus aliquando modico & exiguo tẽpore, mox tamẽ duobus aut tribus elapsis diebus, uelut cũ ex cinere quodam rediuiua scintilla omnia subuertit, & non minus quàm antea fecerat, demolitur: Ita & hic contingit. Ad eum enim modum cum incendijs euenire solet. In causa uerò est quòd columnarũ, quæ in ecclesia sunt, sustentacula destituerunt nos, qui ipsum culmen recipimus, & qui omne ædificium continemus, igne nos primùm circumplexa sunt. Propterea & in reliquos parietes facilè peruenit incendium. Nam & in ædificijs quidem quando ligna corripuerit ignis, eo fortius aduersum lapides armatur: quando uerò columnas demolitas ad terram proiecerit, nihil iam amplius opus est flamma, quò reliqua deuastet. Cadentibus enim sustentaculis, quorum est superiora fulcire, sponte iam & magna promptitudine sequuntur & ipsa suprema: Ita sanè & nunc in ecclesia factũ est. Omnia corripuit ignis. Honores ab hominibus quærimus, gloriæ desiderio accendimur, &c. uide tom. 4. Chrysost. fol. 835.

Nam sicuti nos potestati nostræ subiectos coërcere debemus: Ita etiam peccata uniuersorum Deus coërcere debet: quod ut faciat, irascatur necesse est, quia naturale est bono ad alterius peccatum moueri & incitari.

Siquidem multi fuere in potestatibus & sublimitatibus constituti, quos magis D credibile erat, tam propter metum quàm spem superari posse: multi etiam ex humilioribus, & numero tantùm noti, in quos ille irruens, non secus reiectus est, ac machina quædam haud tempestiuè generoso muro admota.

Nam sicut si ex uino, aqua, melle, una fiat potio, & singula per totũ sunt, & tamen tria sunt: nulla enim pars est potionis, quæ non habeat hæc tria: non enim iuncta, uelut si aqua & oleum essent, sed omnino commixta sunt, & substantiæ sunt omnes, & totus ille liquor una quædam est ex tribus confecta substantia: Tale aliquid arbitrandum est esse simul hæc tria, mentem, amorem, notitiam, sed nõ unius substantiæ sunt, aqua, uinum, & mel, quamuis ex eorum commixtione fiat una substantia potionis.

Sicut regale prandium multis ciborum speciebus ornatur: Ita & hoc conuiuiũ scripturarum diuersis iustitiarum speciebus est decoratum.

Quemadmodum floridum quoddam pratum uarios & omnigenos flores ostentat: Ita & diuina scriptura iustorum uirtutes nobis demonstrat, non ut sicut in illorum florum fragrantia paruo tempore fruamur, sed ut perpetuam inde utilitatem recipiamus. Illic manu tantùm accipimus flores, & protinus marcescentes, suam gratiam amittunt: Hic autem non sic, sed quando auribus iustorum uirtutes accipimus, & eas in sinus mentis reponimus, per omne tempus, si uolumus, eorum suaueolentia frui poterimus.

Sicut sæpe multi ex prato recedentes, rosam, uel uiolam, uel quempiam talium florum capiunt, & digitis circumferentes recedunt: alij uerò ex uiridario domum abeuntes, arborum ramos fructus habentes reportant: alij rursum à lautis cœnis mensæ reliquias necessarijs suis referunt: Sic utique & tu hinc recedens, admonitionem reporta filijs, uxori, necessarijs omnibus. Hęc ẽm admonitio, & prato & uiridario, & mensa utilior est: hæ nunquam rosæ marcescunt, hi nunquam defluunt fructus, hæc nunquam fercula corrumpuntur. Et ex illis quidem temporalis delectatio

A lectatio, ex his uerò continua utilitas, non tantùm postquam adimpleta fuerint, sed etiam dum adimpleantur. Cogita enim quale est reliquis omnibus omissis publicis & priuatis, de diuinis semper legibus differere, & ad mensam, & in foro, & in alijs conuenticulis. Si his uacemus, nihil dicemus periculosum, nihil noxiū, nec inuiti peccabimus: sed & imminente tristitia sermocinationi de his uacantes, animam liberare poterimus cura, quam meditabamur inter nos semper dicentes, Nunquid gesta rex audiuit? An irritatus est? quid uerò sententiæ pronunciauit? Nunquid ipsum quispiam exorauit? Nunquid uerò tolerabit ipse tam magnam & populosam funditus ciuitatem perdere? Hæc quidem & omnia talia in Deum proijcientes, ipsius tantùm mandata meditemur. Sic enim & illa omnia dissoluemus, si uel decem de nobis tantùm rectè egerint, breui decem uiginti fient, uiginti quinquaginta, quinquaginta centum, centum mille, mille ciuitas. Et sicut decem accensis lucernis, omnem domum lumine facilè quis implere poterit: Sic & in officijs spiritualibus, si decem soli rectè egerint, flammam per totam ciuitatem incendimus, habentem lumen, & securitatem nobis afferentem. Non enim sic flammæ natura in materiam delapsa, uicina semper ligna incendit: Sicut uirtutis zelus in paucas animas, ulterius procedendo, omnem implere ciuitatem poterit.

Prata & nemorosa loca diuersos & uarios habent flores. Et quædam quidem sunt delectabilia, quædam autem bene olentia, quædam uerò ad curam corporū necessaria, & hæc omnia congrua sunt homini. Sic enim ecclesia est, lectionem diuersarum habet scripturarum, Euangelij uidelicet & Apostolorum, & prophetarum institutiones, quæ omnia apta sunt & conuenientia Christo. Sed super prata oritur sol, & marcescunt flores, & decorem suum amittunt: In hunc uerò agrum

B uel pratum mittitur sol iustitiæ, & alium quidem corripit, alium autem sanctificat, alij uerò miseretur.

Qui praua non tantùm faciunt, uerumetiam tales collaudant ac prædicant, eandem aut etiam grauiorem pœnam sortiuntur: Ita qui bonos laudibus uehunt ac suspiciunt, coronarum illis repositarum fiunt participes.

Nihil ergo proderit dare præcepta, nisi prius amoueris obstantia præceptis, non magis quàm proderit arma in conspectu posuisse propiusq; admouisse, nisi usuræ manus expediantur, ut ad præcepta ipsa quæ damus, possit animus soluendus ire.

Bonarum artium præceptores quum pueros doctrinæ rudimentis accipiunt erudiendos, non grauiori primùm lectionum onere eorum mentes implicant, sed breuibus & ijsdem sæpenumero repetitis præceptis, paulatim eos assuefaciunt: quo fit ut eorum animis facilè doctrina imprimatur, ne ab ipso eruditionis principio ad lectionum multitudinem capessendam, memoria nimia laborante perterriti, ad colligenda præcepta segniores reddantur, & doctrinæ difficultate torpescant: Hunc & nos morem secuti, ut uos labore leuemus, paulatim hîc diuinum pabulum distribuamus, uestrisq; instillemus pectoribus. &c.

Quemadmodum præceptores suos ueneratur ac suspicit, quorum beneficio illis in uijs exit: Sic & his sub quorum tutela positus exercet istas bonas.

Admonendi sunt quos ab officio prædicationis imperfectio & ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, quòd pulli auium, si ante pennarum perfectionem uolare appetant, unde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur: quodq; structuris recentibus necdum solidatis, si tignorum pondus superponitur, non habitaculum, sed ruina fabricatur: quodq; conceptas soboles, si priusquam plenæ formentur, proferunt fœminæ, nequaquam domos, sed tumulos replent.

C Qui ad diuinam accedunt prædicationem, & fidei uacant, sitientium eos desiderium præ se ferre oportet: ita enim quam audient doctrinam, poterunt fideliter continere. Etenim qui sitiunt, poculum quamcupidissimè hauriunt, & ita recreantur: Itidem & qui diuinos sermones audiunt, si sitientes acceperint, nunquam fatigabuntur, quoad totum biberint.

Quemadmodum prædo aliquis domum cunctis dormientibus ingressus ut auferat omnia, si quem uiderit accendere candelam, illum mox interimit, & lumen extinguit, ut auferre & rapere alia absque metu possit: Ita & Nero tunc latronem & furem quendam agens, dormientibus omnibus, profundoque somno grauatis, omnium bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos subuertebat, nullumque malitiæ genus intermittebat. Proinde mox ut beatum Paulum uidit accendere in mundo candelam, & afferre sermonem doctrinæ, quo sua reprehendebatur iniquitas, quò omnia facere licenter posset, curauit ut & extingueretur prædicatio, & interficeretur magister. Itaque uinctum sanctum illum coniecit in carcerem.

Quemadmodum prædo quispiam si occupet regiam aliquam, in eaque commoretur, non est isthæc calumnia uel criminatio domus, non ipsius hoc uitio culpáue accidit: Hunc ad modum si peccatum habitet in membris nostris, eam ob rem nō est praua caro, siquidem tyrannide est oppressa.

Sicut in prægnantibus formatur & figuratur semen: Sic & in anima quæ suscepit uerbum, paulatim formatur & figuratur conceptio uerbi in ea.

Et quanto maius periculum fuit in prælio, tanto maius est gaudium in triumpho. Iactat tempestas nauigantes, minaturque naufragium, omnes futura morte pallescunt. Tranquillatur cœlum & mare, & exultāt nimis, quoniam timuerunt nimis. Aeger est charus, & uena eius malum renunciat: omnes qui eum saluum

D cupiunt, ægrotant simul animo: fit ei rectè, & nondum ambulat pristinis uiribus, & fit iam tale gaudium, quale non fuit quum antea saluus & fortis ambularet. Easque ipsas uoluptates humanæ uitæ etiam non inopinatis & præter uoluntatem irruentibus, sed institutis & uoluntarijs molestijs homines acquirunt. Edendi & bibendi uoluptas nulla est, nisi præcedat esuriendi & sitiendi molestia. Et ebriosi quædam salsiuscula comedunt, quò fiat molestus ardor, quem dum extinguit potatio, fit delectatio. Et institutum est, ut etiam pactæ sponsæ non tradantur statim: ne uilem habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatam. Hoc in turpi & execranda lætitia, hoc in ea quæ concessa est, & licita est, hoc in ipsa syncerissima honestate amicitiæ, hoc in eo qui mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Vbique maius gaudium molestia maiore præceditur. Quid est hoc domine Deus meus, cùm tu in æternum tibi tuipse sis gaudium, & quædam de te circa te semper gaudeant?

Mos eorum est, qui nequaquam longis atque assiduis prælijs præualent, ut ui ctorem exercitum, & firmis agminibus incedentem, à tergo adeant, & dorso, sicubi uiam prætereat, insidias machihentur, illic dolos fabricantur, illic omnia insidiarum artificia exercent: Ita & peccatores tentatos incassum fideles uiros, euntes iam in ueritatis uia dorso insidiantur, dorso dolos concinnant.

Quomodo præputium per circuncisionem aufertur, manet tamē in eo quem genuerunt circuncisi: quomodo etiam palea quæ opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu, qui de purgato nascitur tritico: Ita peccatum quod in parentibus per baptismum est ablatum, manet in eis quos genuerunt.

Sicut qui primitiuam pulcherrimamque pietatem exuit, in magnam deductus est humilitatem: Ita & qui piè uiuit, & uirtute præditus est, ditescit & exultat.

Sicut primogenitus uocatur, qui multos fratres habet: Sic non est unigenitus,

A nitus, nisi qui solus ita natus est, ut nullos habeat fratres. Quomodo igitur & primogenitus & unigenitus simul erit, quum hæc inter se manifestè repugnant? &c.

Princeps est non qui uocatus est, sed qui uerè est. Sicut enim rex neque medicum, neque Rhetorem faciet, ita neque principem: non enim literæ uel nomen principem faciunt. Insuper si extruat quis officinam medicorum, habeat etiam discipulos, habeat & instrumenta & pharmaca, & ingrediatur ad ægrotos: nũquid sufficient hæc ut præstent nobis medicũ? minimè, sed opus est arte, & sine illa non solũ nihil prosunt, sed etiam damnosa. Et enim qui non est medicus, melius fuerit neque pharmaca habere: nam qui non habet, neque seruat neque perdit: qui autem habet, pessundat, nesciens illis uti. Quoniam non in natura pharmacorũ est salus solùm, sed etiam in arte adhibentis. Hoc enim nisi sit, omnia corrumpuntur. Talis etiam princeps est, habet instrumenta, uocem, iram, lictores, proscriptiones, mulctas, dona, laudes. Habet & pharmaca, leges: habet officinã, tribunal: habet discipulos, milites: at sine medica arte illa ei non proderunt. Iudex medicus est animarum, non corporum. Si autem ille tantam habet corporũ curam, multo magis cura habenda animæ, quoniam & anima maior est corpore. Igitur nomen habere Principis, non est esse Principem.

Veluteundem principem strenui milites intuenť, & gaudent expectãtes coronam, uidẽt desertores & horrescunt, expectãtes suppliciũ: Sic ubi uenerit filius hominis, quanto gaudio intuebunť uultũ eius, qui pro nomine illius ignominiã, carceres, equuleos, ignes & mortes perpessi sunt? quanta rursus trepidatione spectabunt faciem illius, qui sæuierunt in membra illius?

Principatum quis adeptus est, aut gloriam, aut potentatũ, uerùm in eo quod adeptus est, nõ poterit perpetuò cõsistere, sed citò excidit, & licet nemo sit hominũ

B qui honoris illũ gradu deijciat, mors certè q̃ primum uenerit, totum auferet. Diuina uerò talia non sunt: ex ipsis enim nos, neque quispiam hominũ, nec tẽpus, nec rerum infortunium, neque ipse diabolus, sed nec mors ipsa aduentu suo eijcere poterit, sed quum mortem subierimus, tum demum bona ista exactius & cõtumacius continebimus, pluribusque semper proficiendo potiemur. Itaque si futuris fidem habes, præsentibus saltem quæ iam accepisti permotus, illis quoque fidem adhibe.

Hi qui in magno sunt principatu, quæcunque illis grauia accidunt, non sentiunt, sed perdurant in gaudio: Sic sane & Apostoli, propter afflictiones magis gaudebant. Neque enim ratione poterit quis comprehendere uoluptatem, quantã habent hi, qui propter Christum graue quiddam patiũtur: nam multo magis gaudent in malis, quàm in bonis.

Sicut ad seruandam prolis successionem Deus procreandi cupiditatem hominibus indidit, non tamen prohibens altiorem continentiæ uiam: Ita & uitæ nobis inseuit desiderium, prohibens ne quis se interimat, non impediens tamen ut præsentem uitam contemnat.

Sicut propheta futura prædicit quæ nesciuntur: Ita etiam aliquis dum scripturarum sensum, qui multis occultus est, manifestat, dicitur prophetare.

Quemadmodum prophetæ secus audiũt quàm uulgus: Sic & fideles aliter audiunt, quàm catechumeni.

Sicut in ipsis prophetis recedẽtibus ab hac uita, corpora quidẽ eorũ erant in sepulchris, animæ aũt & spiritus in regione uiuorũ: Sic & in propheticis dictionib. est animaduertendũ, ut narratio quidẽ eorũ secundũ historiã simplicẽ sit corpus, spiritualis aũt sensus, & ipsa scripturarum intima ueritas sit anima, & spiritus qui inhabitat in narrationibus simplicioribus secundum historiam.

Solet eñ generosa prudẽtia pertinacius uiolentiæ resistere, nõ secus ac flãma à uẽto agitata, tãto plus accendiť, quãto uehemẽtius inflať. Et nõ solũ cõsideratione didicis

C didicit propria, sed etiam ex prioribus cognoscere potuisset persecutionibus, quæ Christianismum honoratiorem ferè quàm imbecilliorem reddidere, quoniam ijs animæ magis in pietate sunt obfirmatæ, & per discrimina tanquam ferrum candens aquæ ui temperatæ, ac solidiores redditæ.

Prudentia te docet, ut in cunctis semper idem sis, tam in prosperis, quàm in aduersis: Sicut manus quæ eadem est, & quum in palmam extenditur, & in pugnum restringitur.

Non est præsumptionis, sed obedientiæ hoc quòd Psalterij uenas pulsare potius, quàm patefacere studemus: hoc considerantes, quòd nullus sitiens præparantibus aquam irascitur. Alij parauerint uiua fragrantia mella, alij nectaris plena liquoribus pocula, nos ex surculo oris nostri, terram hinc inde lacero uerberantes impulsu, Dauidicum laticem, licet tenuiter sitim patientibus aperimus, sitientes ut bibant. Hi autem qui cum apostolis tertia diei hora ebrij sunt, in spiritu sancto lætentur & floreant, nulla tamen sitientibus impedimenta patiantur inferri. Neque enim qui uino exuberant, aquam uolentes bibere prohibent.

Si hic ubi psalmi, ubi diuinorum uerborum enarratio, ubi Dei metus, multaque reuerentia, frequenter ceu latro quispiam uersutus clàm obrepit concupiscentia; quomodo qui desident in theatro, qui nihil sani neque audiunt, neque uident, qui undique obsidionem patiuntur per aures, per oculos, possint illam superare concupiscentiã? Tum qui nõ liberi sunt ab adulterij crimine, quomodo poterũt absque pœnitẽtia ad hæc sacra uestibula accedere, huiusque præclari cõuentus esse participes?

Liber omnis psalmorum similis est urbi pulchræ atque magnæ, cui complures ædes diuersæque sunt, quarum fores proprijs clauibus diuersisque claudantur, quæ quum in unum locum congestæ permixtæque sunt, uolenti unamquanque ædem

D aperire, maximam ignaro afferat difficultatem, ut claues uniuscuiusque ædis inueniat, aut familiaris scientia cognitam clauem ex copia illa congestæ in unum qualitatis eligere, aut ingentis laboris aptam & congruam clauem aperiendi uniuscuiusque aditus inuenire: quia ratio & qualitas non sinat, non suas claues claustris disparibus coaptare.

Finge aliquẽ diu seruata pudicitia multis floruisse uirtutibus, & postea in aliquo graui mortalique peccato esse collapsum: nõnne ad sonitum ruinæ eius interfectarumque uirtutum omnes Insulæ mouebuntur, hi uidelicet qui falsis amarisque huius seculi tunduntur fluctibus? & descendent de throno superbiæ suæ omnes qui in seculi huius salsugine principes uidebantur, & humilitate deiecti, auferent diademata de capitibus suis, quæ uidebantur bonis operibus possidere, & uestimenta uaria diuersitate uirtutum abijcient: & induentur stupore siue timoris magnitudine, quodammodo uidebuntur insani, sedebuntque humi, & stupentes super repentino casu eius admirabuntur, intantum ut omnes assumant planctum & lamentationem super eum qui corruit, & dicant, Quomodo perijsti qui prius saluus eras? Quomodo corruisti qui in tanto tempore steteras? qui in mari huius seculi inter omnes inclytos putabaris, qui eras cũctorum opinione robustus? Et habitatores Tyri, hoc est, cogitationes fortissimæ aduersum omnia ignita diaboli iacula resistentes, quæ prius erant formidini omnibus aduersarijs, uersæ sunt in stuporem. Sed & naues, omnes uidelicet sancti, qui huius seculi fluctus transeunt, obstupescent quum te uiderint concidisse. In die pauoris & ruinæ tuæ turbabuntur Insulæ, ne & ipsæ similia sustineant: aliorum enim ruinæ exempla iustorum sunt, dum omnes infirmo & imbecillo statu fluctuantique uestigio in isto seculo cõmoramur, & nunquam est nostra certa securaque uictoria: quando egredientur ex te qui prius steterant, uel in exitu tuo in fine & consummatione tua. Non enim ex præteritis, sed ex præsentibus iudicamur. Cauendumque est & semper timendum, ne ue

A neutrerem gloriam & solidam firmitatem unius horæ procella subuertat.

Siquis ad hoc condemnasset puellam uirginem, ut in cubili clanculum cum brutis coiret, illa uerò nihilosecius in re tam turpi deliciaretur: nunquid duplici nomine digna esset quæ defleretur, quòd hoc uelut morbo ideo liberari nequiret, quòd quàm ægrè haberet non sentiret: Tali modo agunt impij, &c.

Nisi præcesserit pugna, non potest esse uictoria: quum fuerit in pugnę cõgressione uictoria, tunc datur uincentibus & corona. Nam gubernator in tempestate dinoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est, quum periculum non est: conflictatio in aduersis, probatio est ueritatis. Arbor quæ alta radice fundata est, uentis incumbentibus non mouet. Et nauis quæ forti cõpage solidata est, pulsatur fluctibus, nec fert. Et quãdo area fruges terit, uẽtos grana fortia & robusta cõtẽnunt, inanes paleę flatu portãte rapiunt: Sic & Paulus post naufragia, flagella, post carnis & corporis grauia tormẽta, nõ uexari, sed emẽdari se dicit in aduersis.

Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ac propterea ab homine adimunt quod est pulcherrimum, perinde ac hi qui pinguiora auferunt cum pellibus, quò Deũ prohibeant à carne: tempus est ut illis dicatur, Deum solum carnis esse Deum, & non etiam animarum, secundum quod scriptum est, Quemadmodum dedisti ipsi potestatem uniuersæ carnis, & ad te omnis caro ueniet: &, Benedicat omnis caro nomen eius sanctum, hoc est, omnis homo. Num oportebit patres nostros rursus incorporaliter & inuisibiliter in Aegyptum descendere: ac solam Ioseph animam à Pharaone ligari, quia scriptum est, In 75. animabus descenderunt in Aegyptum, & ferrum pertransiuit animam eius, rem quę ligari nequit: ignorant enim qui hæc dicunt, quòd per synecdochen sint prolata, à parte totum ostendentem. Sicuti & pulli coruorum inuocant Deum, quò uolatilis demonstra

B retur natura, & pliadum, & uesperi, & arcturi mentio fiet pro omnibus astris, & horum dispensatione.

Quemadmodum rerum uisibilium pulchritudo sensibilem oculum: Sic mentem quoque puram rerum inuisibilium cognitio ad se pertrahit. Inuisibilia dico ea quæ sunt incorporea.

Nimirum omnis ueræ pulchritudinis fons est ipse Deus, in quo quicquid est, pura bonitas est, mera synceritas, pura sapientia. Nec inuidet alijs suam pulchritudinem, impartit largiter, quemadmodum docet Iacobus Apostolus, Omne donũ optimum, & omne donum perfectum, non è terra proficisci, sed è sublimi, à patre luminum. Spargit enim scintillas suæ lucis in animos electorum, ex quibus inter bonos oritur amabilis quidam & castus ardor mutuæ beneuolentiæ suo fonti respondens. Quemadmodum enim illa lux non nouit nubilum aut tenebrarum uices: itidem sic contractus amor, semper serenus est ac tranquillus, neque nouit rixarum ac simultatum uicissitudines. Quos igitur glutinum hoc commisit, inter hos non est opus pactis, testibus ac tabulis. Vera uirtus nescit interire. Interna igitur forma, internæ opes, interna nobilitas conciliare debet Christiana coniugia: etsi fors alijs ex causis orta est beneuolentia, tamen huc transferenda est, quò fiat perpetua. Est enim hic ordo naturæ, ut ab his quæ sensibus patent corporis, proficiamus ad ea quæ non nisi mentis agitatione percipiuntur. Nec hunc ordinem in totum aspernatur Christiana pietas, quæ corporalibus rudimentis imbecilles homines paulatim euehit & manu ducit ad res animi. Proinde quos in amorem rapit forma corporis, ueluti somnio quodam admonentur illius uerè summique pulchri, cuius ideo Plato putat in nobis excitari reminiscentiam, quòd insita sit ingenijs hominum propensio quædam ad honesta, quam in brutis nullam esse uidemus. Quòd si discusso somnio mentis oculos amans intendat in latentem animi formam, tum uerè pulchris cedunt illa uanæ pulchritudinis ludibria. Quemad-

C modum fœtus editi cognato liquore nutriuntur, & adultorum etiam corpora cognatis elementis maximè uegetantur, ita uerus amor ijsdem ferè rebus alitur, quibus gignitur. Nam amor quem uoluptas aut opes cōciliarunt, tam non est uerus amor, quàm illa non sunt uera bona. Qui coniugem bene dotatam ducit, non ducturus nisi dos inuitaret, non amat uxorem, sed pecuniam. Qui libidinis causa ducit formosam, sui ipsius amore ducitur, non cōiugis. Quis enim illos dicit amicos, qui senes orbos captant in spem hæreditatis? Nihilo iustius amās dicitur iuuenis, qui puellæ struit insidias, erepturus illi si possit quod habet optimum, pudicitiam ac famam honestam. Quæso quid atrocius moliretur inimicus? An crudelius hostes sæuiunt in captas uirgines? Probitate conciliandus est amor, ac probis item moribus alendus. Efficax habet philtrum, quā uirtus facit amabilem. Vt ameris, amabilis esto: nihil autem uerè præter uirtutem amabile.

Quòd si pulchritudinem qui nactus est, pulchritudini pulchritudinem addat, animæ nempe corpus: quòd si flos pertransijt inoffensæ, uergit ad seipsum, neque nouit an sit uisus turpis aspectu, pulcher uero recessu, non secus ac rosa odora in calice suo recondita, redolet, etiamsi non amplius floreat. Siquidem uera pulchritudo apud filios hominum nullo unquam tempore ab extra se spectandam præbet, uerum obtutum ad internum flectit hominem.

Sicut puluis non potest stare ante faciem uenti: ita nihil malarum cogitationū in anima residere potest, ubi compunctio cordis affuerit. Si enim corporalis amor ita deuinctam sibi tenet animam, ut ab omnibus eam necessarijs actibus cogat abscedere, & illi soli quem amat, operam dare, atque in eius cogitatione fixam teneri: quomodo non amor Christi ab omnibus reliquis abstrahit animam, sibique consociat, ac desiderij sui uinculis stringit?

D Quid proderit purpura regem esse uestitum armisque circundatum, si non adsit qui iubenti pareat, sed omnibus sit expositus, ut liberum sit cuiuis uel insilire, uel uituperare uolenti? Ita & Christiano nihil lucri confert, quòd fidē quidē baptismatis donum habet, passionibus uerò interea omnibus expositus est. Sic etenim maius illius erit & uituperium & dedecus.

Veluti si quis nostrum aut purpuram, aut regale diadema iacens inueniat, nūquid ea conabit adorare? cū uerò ea rex fuerit indutus, periculū mortis incurrit, si ea simul cum rege adorare contempserit: Ita etiam in Christo domino humanitatē non solam aut nudam, sed diuinitati suæ unitam, unum Dei filium, Deum uerū, & hominem uerum qui adorare contempserit, æternæ mortis pœnam patietur.

Si qui regiam purpuram coinquinant, haud secus quàm qui scindunt, puniūtur: Quid mirum si qui immunda conscientia Christi corpus accipiunt, idem supplicium subeant, quod qui eum clauis cruci affixerunt?

Quemadmodum qui purpuram tingunt, prius alijs quibusdam coloribus preparant id quod tincturam accipiet, ne flos dilutus & uanidus fiat: Itidem & hic (Act. 1.) prius animi solicitudinem Deus præparat, ac deinde infundit gratiam.

Si eat quis puer ad scholas, à magistro quidem suscipitur, & efficitur illius doctoris discipulus, sed non statim discendi ab ipso præceptore sumit exordium, sed quum ab eo prima tantùm elementa susceperit, traditur alijs erudiendus, ut ita dicam, scholæ ipsius principibus: ut quum ab illis, quantum in illis est, fuerit edoctus, & cū prima apud eos deposuerit rudimenta, tum demum ipsius doctoris per fectiora præcepta suscipiat: Ita ergo etiam nunc institutionum nostrarum initia repetens prophetia dicit, quòd quum à principibus uel principes cœperunt operari in nobis, deinde nos uoluntate & proposito subsequamur, & aucti profectibus sic ad benedicēdum iam ipsum dominum ueniamus. Vide Origenem in librum Iudicum cap. 4. Homilia 5.

A Si puer est qui loquitur, animos nostros ad auditum eloquij puerilis aptamus, nec plus aliquid in ijs quæ dicuntur, nisi inquantum sentire puer potuit, expectamus. Si uerò qui loquitur uir est, continuò contemplamur si uiro digna sunt quæ dicuntur: & rursus, si uir ille eruditus sit qui dicit, pro eruditionis eius intuitu etiã dicta pensamus. Si uerò uir quidem ille est, imperitus tamen & idiotes, aliter quæ dicuntur accipimus. Sic item si sit senior qui loquitur, & multæ ac probatæ peritię, utpote qui in eruditionibus consenuerit, longe maior in eo dictorum habebitur expectatio: Talia in scripturis diuinis consideranda sunt.

Dic mihi, obsecro, si puerum tuum quotidie uideas in ludum ire, & nihil lucri facientem multo tempore, patienter ne ferres? Nonne & puerum uerberares, & magistrum argueres? & deinde discens quòd magister omne suum officium fecisset, & planè intermisisset nihil, pueri autem ignauia causa sit omnium: nónne indignationem omnem in puerum transferres, non iam accusans magistrum? Id ipsum & hic iustè fieret. Nos enim quia gratia diuina huic loco destinati sumus, quasi spirituales filios in hasce scholas uos quotidie uocamus, salutarem uobis doctrinam proponentes, & non quas ex nostra mente excogitauimus, sed eas quæ à domino per diuinas scripturas nobis donatæ sunt, doctrinas in medium afferimus, illasq; uobis inculcamus. Si ergo quum nos uigilanter omnem adhibemus diligentiam, & quotidie in uiam ueritatis ducimus, uos in ijsdem perseueratis opinionibus, cogitate quantus & noster sit dolor & uestra condemnatio, ne quid dicam acerbius. Quoniam nos nihil prætermittimus, quod ad uestrã pertineat ædificationem, sed uestræ salutis curam gerimus, & ideo non possumus non grauiter ferre uestram ignauiam. Quia & doctor quum uidet discipulum, nullum studio suo fructum facere, non uulgariter dolet & gemit, uidens se omnẽ laborẽ perdere.

B Finge puerum noualem esse, præcepta uiuendi semen, usum exercitationem in his quæ tradita sunt. A primo igitur conceptu usq; ad annum septimum, tantũ noualis præparatur ad sementem. Potest enim natura nostro uitio seu culpa melior aut deterior fieri. Neq; uerò hic mediocre studium est agricolæ: exiccat limosa, rigat arentia, liberat opaca, æquat aspera, execat frutices, extirpat radices, inuehit lætamen, macerat glebas: Hæc eadem facit mater infantulo, dum uitat omnia quæ ualetudinem & indolem illius possint corrumpere. Prima cura est agricolæ, ut semen quàm optimũ iaciat in noualem. Hæc cura matris incipit ab anno septimo, sed non absq; patre. Verũ uterq; labor fuerit inutilis, nisi accedens exercitatio prouehat adolescentem, ut iam & facilè præstet uirtutem, eò quòd assueuit: & quoniã uidet honesti tum fructum, tum pulchritudinem, libens etiam sequatur quod intelligit esse optimum. Quàm uerò præclaram messem metent parentes ex liberis suis, posteaquam huc profecerint? tum uerè fiet illud quod prædixit Salomon: Filius sapiens lætificat patrem: filius uerò stultus mœstitia est matri suę. Et si nihil metant ex filijs, nimirum uita defunctis, priusquam ad maturam ætatem peruenissent, à Deo tamen metent uitam æternam.

Quemadmodum pueri qui dum à nutricibus baiulantur, in ignem quidem ac lucernam ardentem temerè ac cum audacia manus immittunt: uirum uerò qui sacco indutus sit, exhorrent: Ita & Græci isti tanquam uerè perpetuò pueri, ut & quidam de ipsis dixit, Græci semper pueri sunt, quæ quidem peccata non sunt, metuunt, ut sunt sordes corporis, affinitatis & coniugij, superstitiosa cura, dierumq; obseruatio, & quicquid eiusmodi est: quæ uerò reuera peccata sunt, ut in pueros lasciuus amor, adulterium & fornicatio, horum neq; rationem ullam habent, &c.

Quemadmodum pueri ludentes ex fœno coronas inuicem imponunt, coronatum autem sæpenumero eius rei ignarum, post tergum irrident: Ita sanè & nũc qui te in faciem prædicant, apud sesipsos clanculum subsannant, atq; ita quid aliud *Inanis gloriæ cupidas taxatur.*

 sit, q;

C fit, quàm quòd & nobis inuicem fœnum coronantes imponimus? Et utinam nihil aliud quàm fœnum. Nunc autem multo etiam nocumento plena est hæc nostra corona, nam omnia nostra rectè facta perdit. Considerata itaq; ipsius utilitate damnum istud effugito.

Pueri singulis diebus ad magistros proficiscentes, & doctrinam accipiunt, & acceptam recitant, nunquam uacantes, ut scientiæ possessionem adipiscantur, interdum noctes diebus iungunt, & adhuc pro caducis & fluxis rebus sæpenumero illos cogitis: Nos autem à uobis qui perfectiori estis ætate, non tantùm exigimus, quantum uos à liberis uestris: non enim singulis diebus, sed duobus tantùm, & breui eorum parte, ut uos labore leuemus, hortamur orationi nostræ aures adhibeatis. Adhæc & paulatim uobis scripturarum dicta decerpimus, ut facilè accipere, in mentis uestræ thesauris recondere, memoriæ mandare, mandata alijs diligenter exponere possitis: quod profectò assequemini, nisi perquam somnolenti & desidiæ dediti, & puerulis longè hebetiores sitis.

Quemadmodum parui pueri doctrinam despicientes, ob ferulas flagellaq;, quæ magistri & pædagogi adhibere solent, attentius dictata suscipiunt, & ipse sermo ante plagas non auditur, post uerbera doloresq; ueluti statim apertis auribus & auditu excipitur oratio, & memoria custoditur: Sic accidit & his qui diuina audiunt præcepta, & ad ea seruanda se negligenter habent. Nam postquam disciplina eis inflicta est à Deo, tunc quæ molestè semper illis inculcabantur diuina mandata, quasi iam primùm in aures ipsorum cadant, suscipiuntur. Hac itaq; de causa inquit (Salomon) Disciplina domini aperit aures meas, quoniam disciplina indocilem ac detrectantem corrigit atq; admonet, ut Paulus planè factitabat, tradens Satanæ, ueluti publico cuidam tortori & carnifici, ut erudirentur, discerent que

D minimè blasphemare.

Sicut pueri funiculum longùm & corruptum ex contrario inter se trahentes, cum multo impetu supini omnes cadunt, funiculo per medium disrupto, & hi quidem capite, hi uerò alia corporis parte feriuntur: Sic & inter se contraria iurantes, iuramento pro rerum necessitate disrupto, in periurij barathrum utriq; cadũt: hi quidem peierando, hi uerò periurij causam alijs præbendo.

Vt pueri nullius utilitatis curam suscipiunt: Nõ secus gentiles omni tempore lusibus uacare uolunt, & humi abiecti iacent, & humilium rerum desiderio tenentur. Pueri nonnunquam quum de necessarijs rebus uerba facimus, quæ dicuntur non intelligũt, sed rident semper. Eiusmodi gentiles sunt: quum de cœlesti regno disputamus, risibus concutiuntur. Et ueluti ex ore pueri multa manat saliua, quæ interdum & cibum & potum corrumpit: Sic quæ à gentilium ore uerba effluunt, & inania, & turpia: & si necessarium cibum præbueris, maledictis te dolore semper afficiunt, & amoueri precantur. Pueri præterea quum furem domum ingressum, & quæ domi sunt auferentem conspicantur, non modò eos non ulciscuntur, sed insidianti arrident. Si autem calathum eis, uel sistrum, uel quiduis aliud ludicrum abstuleris, molestò id ferunt animo, anguntur, se lacerant, calcibus pauimentum pulsant: Itidem gentiles quum diabolum omnia, & patrimonium, & quæ ad uitam necessaria sunt, surripientem uideant, rident, & tanquam ad amicum obuiam proficiscuntur. Verùm si quis possessiones, diuitias, & alia huiusmodi auferat, lamentantur, & se lacerant. Et quemadmodũ pueri nudi non id sentiũt, neq; erubescunt: Non aliter gentiles cum meretricibus & mœchis uersati, naturæ leges nudantes & scelestos inducentes concubitus, non aduertunt.

Pueri parui magna non desiderant, uilia solent admirari, currus, equos, aurigas, rotas luto factas, hoc aspectu delectantur. Quòd si regem in curru aureo sedentem, & mulos albos iunctos, & eximium cultum uiderint, ne respiciunt quidem,

a dem. Præterea & puellas ex creta ornant, ueras autem pulchras nesciunt, & in multis alijs rebus itidem afficiuntur: Tales nonnulli nunc reperiuntur, nulla his cœlestium cura, sed ad lutea tanquam pueri obstupescunt, & terrenis diuitijs blandiuntur, & gloriam, & uoluptates huius seculi magnipendunt, quæ ita puerilia sunt ut illa. Quæ uerò & uitæ, & gloriæ, & requietis causa sunt, non curant, sed ut pueri his priuati deflent: illa autem ne desiderare quidem norunt, ita & multi in ætate prouecta.

Sicut pueri sæpe quando cultellos & gladios arripiũt, eò quòd nesciũt bene illis uti, periclitantur, unde matres non permittũt illis eos impunè attingere: Ita profectò & iuuenes, qui pecuniarum abundantiam susceperint, quum nolunt eis bene uti, in periculum certum se præcipitant, sarcinam peccatorũ sibi inde colligentes. Nascuntur enim inde luxus, deliciæ, & absurdæ uoluptates.

Nam & pueri os parentum feriunt, et crines matris turbauit lacerauitq; infans & sputo aspersit, aut nudauit in conspectu suorum tegenda, & uerbis obscœnioribus non pepercit, & nihil horum contumeliam dicimus. Quare? quia fecit, contemnere non potest. Eadem causa est quur nos mancipiorum nostrorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demum sibi in conuiuijs ius facit, si cœpit à domino. Vt quisque contemptissimus, & ut maximè ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est. Pueros quidem in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt, & sub magistro habent, qui probra meditatè effundunt. Nec has contumelias uocamus, sed argutias. Quanta autem dementia est ijsdem modò delectari, modò offendi, & rem ab amico dictam, maledictum uocare: à seruo, ioculare conuitium? Quem animum nos aduersus pueros habebimus, hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiam post iuuentam

b canosq; puerilitas est. An quicquam illi profecerunt, quibus animi mala sunt, auctique in maius errores, qui à pueris magnitudine tantùm, formaq; corporum differunt? & cæt.

Oportet igitur ut quemadmodum pueros prius moribus formamus, quò posteriora effugiant uitia: Ita etiam ne in sermone circa parua uideamur temerarij & inerudití, ne circa maiora meditatione abutamur: facilius enim est sub initiũ prauitate non maculari, illamq; ingruentem effugere, quàm cùm processerit abscondere, & ea superiorem apparere, quemadmodũ facilius quoq; est lapidem sub initium retinere, quàm quum è manibus missus est reuocare.

An non uidetis frequenter, quòd qui in urbibus uersantur, pueros nuper à lacte depulsos faciunt thallophoros aut agonothetas, aut certaminum præfectos, aut chorearum magistros faciunt? Idem & nos faciamus, à primis statim annis inducamus eos ad disciplinam reipublicæ cœlestis. Siquidem hæc terrena quum impendium adferat, fructum tamen nullum habet. Nam quæso te, quis fructus esse possit è populari applausu? Simul ut uespera nos occuparit, ilico plausus ille, totusq; tumultus emarcescit: ac festo peracto, perinde quasi in somnis fuerint deliciati, ita omni uoluptate destituti consistunt, dũ neq; à corona, neq; à magnifica ueste, neq; à reliquo fastu uniuerso conceptã uoluptatem si quærant, inuenire ualeãt, quòd omnia illa quouis uento celerius prætercurrãt. Cęterũ in cœlesti politia omnia secus habẽt, citra impendiũ lucrũ adferũt & copiosum & stabile: nã illic nõ homines ebrij, sed angelorũ populus iugiter applaudit rem gerenti, &c.

Sicut autem sunt multi facultatibus pauperes, cupiditatibus diuites: Ita sunt multi uirtutum inopes, sed falsæ pietatis persuasione locupletes.

Videte à pueris, quemadmodum cùm corripiuntur uerberibus à pædagogis, uel doctoribus excitant, molestè quidem accipiunt, et summũ malũ iudicant dolorem illũ, qui eis causa eruditiõis infligit, & quãuis profectus suos in huiuscemodi

C eruditionibus uel correptionibus esse positos non ignorent, tamen molestè atque impatienter ferunt. Quòd si eruditio puerorum huiusmodi est, quid sentire debemus de nobis senibus? qualem nobis uel eruditionem uel correptionem imminere censemus, quæ non à dispēsatoribus neq; à pædagogis infertur? Nouit quippe scriptura pædagogum & dispensatorem & procuratorē paruuli: quid, inquā, existimare uel sentire debemus, quum ab ipso patrefamiliâs eruditio nostra facta fuerit atq; correptio?

Quemadmodum pueris placentas emimus & pecuniā damus, unum hoc ab ipsis exigentes interea, in disciplinam ut eant: Ita & Deus tum fecit, & diuitias dedit & delicias, unum ab ipsis duntaxat per multam remissionem & indulgentiam mercatus, Mosen ut audirent. Propterea tradidit eos præceptori, ne se tanquam beneuolum & indulgentem patrem contemnerent.

Dissimile. Interdum pueris gulæ nimium deditis indulgemus desideratos cibos auidius sumere, ut nimietate ipsa satiati, horrescāt, & auertant se de reliquo ab huiuscemodi cupiditate: Auaritia tamen nihil tale patitur, sed quanto plus inuenerit, tanto amplius quærit.

Sicut pueris quando molestam curationem recipiunt, utpote ex sectione, uel ustione, uel amaro pharmaco, deinde suauiter illis blandimur: Ita & Paulus facit cum Corinthio.

In coercenda pueritiæ lasciuia ualeat parentum seueritas usq; ad uerbera: in negocio matrimonij, persuasioni locus esto, coactioni nequaquam. Rursum ubi per lenam, per uinum amentiæ parentem, per impudicos lusus, per noctem pudore carentem, per magicas epagogas, inter uix puberes intercedunt tria uerba, an illic est cōsensus, ubi nullus est sobrius sensus, sed totum pectus temulentia, libido,
D & maleficæ uoces triplici occuparunt insania? Nullus ualet contractus initus cum homine mēte capto, nō ualet cū impubere, aut cū annis minore quàm oporter: & ratum est omnium maximum matrimonij fœdus, quum adsit ætas, cui leges ob rerum imperitiam inopiamq; iudicij succurrunt in leuibus etiam contractibus: ubi præest temulentia, quæ plus est quàm insania, adeò ut nonnunquam ebrietas continua sit perpetuæ dementiæ? Ira breuis insania dicitur, temulentiæ uix prolixus medetur somnus.

Quemadmodum pueruli parui regiæ mensæ admoti, cum cibis illis, ut quodcunq; in manus uenit, ori etiam intrudunt: Sic crassi homines cum diuinis scripturis, sua ut quæq; in promptu sunt, producunt.

Puteus altus est, & in quo hauriam non est mihi, ueruntamen solet interdum superposita puteis humectare linteamina uapor exhalans. Propterea sanè licet irrumpere uerear, propriæ conscius iufirmitatis, frequenter tamē uelut super os putei expādo ad te domine manus meas, pro eo quòd anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et nunc siquidem quod ascendente de deorsum nebula tenuis ebiberit cogitatio, uobis id communicare curabo fratres, uelut oppresso linteamine, uel exigua refundens cœlestis stillicidia roris.

Quemadmodum qui in puteum decidunt, non facilè euadūt, sed aliorū opus est consilio, qui eum eripiant: Sic qui in profundum peccatorum immersus est. Demittamus igitur ad hoc funes, eosq; educamus, uel potius nullo alio indigemus, quàm nobisipsis, ut prosilire & ascendere possimus, non tantum quantum descendimus, sed multo magis, modò uoluntas adsit. Deus enim nobis opitulatur, neq; uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur.

Eleganter autem dictum esse narratur, quod huic rei satis aptè conuenit. Cùm quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet ne morere tur, quàm suffocaret ne loqueretur: accessit alius, & eo uiso admirans, ait: Quomodo huc

A do huc cecidisti: at ille, Obsecro, inquit, cogita hinc me liberes, nō quomodo huc ceciderim quæras: Ita quoniam fatemur, & fide catholica tenemus, de reatu peccati tanquam de puteo etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberādam, satis est ei quòd modum quomodo salua fiat, nouimus, si etiam nūquam quomodo in malum illud deuenerit nouerimus.

Modò quòd te in puteum, ut morereris, misisti, utique libera uolūtate fecisti: Sed quàm crudeles essent serui Dei, si te huic malæ uoluntati tuæ permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non meritò culparet? quis non impios iudicaret? Vos tanquam in sepibus inuenimus, & intrare compellimus, plenos spinis & asperitate.

Vt putei continuò exhausti, & copiosiore & pulchriore admodū fluunt aqua, demissi uerò & quieti facilè putent: Sic & opes conditæ quiescentes'ue, inutiles: motæ autem & translatæ publicum commodum & fructum pariunt, quarum gratia quāta tibi laus ex ijs qui beneficiū acceperūt proueniet? quā tu nolis negligere.

Qui semet in puteos, ut dixi, præcipitant, aut qui incidunt imprudentes, grauiter offenduntur: qui paulatim descendunt in altissimos puteos, nihil patiuntur incommodi: Ita qui temerè nulloque iudicio ducunt uxores, hi solent deplorare, serò licet, infelix coniugium: raros autem comperias, quos pœniteat contracti matrimonij, qui ex consilio maiorum, qui maturo sobrioque delectu tales asciscunt, quas perpetuò queant amare. Quicquid enim affectuum arbitrio geritur, temporariū est: quod ratione iudicioque tractatur, firmum est ac perpetuum.

Quemadmodum qui putres, & ruinā minantes parietes albo tectorio liniunt, non tamen eos possunt dirigere: Ita & mendaces facilè deprehenduntur.

Sicut accensa pyra, & qui propè habitant periculi sunt participes, igne omnia B depascente: Eodem modo & nunc adolescentis Sychem intemperantia nō solum patrem, sed & omnes ciues simul perdit.

R.



QVEMADMODVM quercus altius demissis radicibus, nullius uenti uiribus sternitur: Ita animam diuino confixam timore, nullus tentationis uentus euellet.

Ranæ & loco & uisu, molestoque strepitu sic odibiles habentur, sicut diabolus cum suis agnoscitur abominabilis ueritati: Ita & pseudoprophetas more ranarum, tanquam animantibus coaxantibus nocte, damnabiliter erroris latratu conuenit perstrepere. Quid cœnum cōpares cœlo, quod conuenit habitationi ranarum, tanquam horrendum pseudoprophetæ blasphemijs? Tantum distant doctores ueritatis à pseudoprophetis, quantum ranę à sanctis hominibus, qui pseudoprophetæ sicut ranæ ignaros impediunt, ne quieto deuotionis cultu percipiant ueritatem.

Quemadmodum fur non tantùm defensus & excusatus est, quando rapinam solam reddidit, sed & uitam sæpenumero adiecit: plerunque uerò multo pluribus quàm furatus fuerat redditis, liberatus est demū: Ita et defraudator auarus. Nam & auarus fur est & latro, illo etiam tanto peior, quanto uiolentior. Nam ille quidem & occulendo, & noctu facinus suum tentando, plurimum audaciæ & facinoris præcidit, utpote pudore prohibitus peccareque ueritus: Hic uerò abiecto omni pudore, nudo & aperto capite, medio foro quæ omnium sunt rapit, simul & fur existens & tyrannus, non parietes perfodit, neque lampada extinguit, neque arculam reserat, nec signacula peruertit, sed quid? istis audaciora facit, uidentibus etiam illis quos iniuria afficit. Per ipsam ianuam rapinam suam profert, cum securitate omnia referat, miseros illos ipsos cogit sua ipsorū bona expromere, tāta est uiolētię excellētia, Iste igit illis multo est scelestior, quāto uidelicet impudētior et uiolētior.

Quem-

C Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum, & domesticum & mite, natura enim illorum est surda suadenti: Sic non sequuntur, non audiunt affectus quantulicunq; sint.

Qui rationibus persuasus est, alijs potest induci rationibus ut fluctuet. Qui uero fide fuerit solidatus, auditum suum iam dudum quasi quodam circũducto muro, ne sermonibus peruersis inficiatur, studiose munijt.

Quæ est ista secunda plaga ranæ in abundantia? In ranis hæretici intelligunt atq; Philosophi. Habes congruenter signatam Philosophorum uel hæreticorum prauitatem, si consideres ranarum loquacitatem. Ranæ sunt clamantes in paludibus limosis, per superbiam & inanes contentiones strepitum uocum habere possunt, doctrinam ueræ sapientiæ non possunt insinuare. Qui enim Christianæ ueritati contradicunt, & in sua uanitate decepti, ranæ sunt tædium afferentes auribus, non cibos mentibus.

Rebelles & inobedientia murmurãtes sunt uelut rotæ carri, quibus deest oleũ unctionis, secundum illud Ecclesiast. 33. Præcordia fatui quasi rotæ currus.

Quemadmodum receptor quispiam qui regias pecunias accepit, si neglexerit his quibus iussus est distribuere, inq; proprias consumpserit delicias, pœnas dat ac perditur: Ita sane & diues receptor quispiam est pecuniarum, quæ pauperibus distribui debebant. Itaq; cũ in mandatis habeat eas distribuere suis conseruis egentibus, si quid amplius quàm postulet necessitas, in seipsum insumpserit, grauissimas illis daturus est pœnas.

Sicut enim in regiam militaremq; uiã reliqui calles à pagis agrisq; proueniũt: Ita hunc prophetæ, qui etiã uiæ sunt, hunc Christũ uiã esse credentib. ostẽderunt.

Si quum regiæ leguntur literę, ubiq; est silentium, abestq; strepitus & tumul-

D tus, omnibus adstantibus & aures arrigentibus, ut sciant quæ regijs literis manifestentur: & quisquis uel parum tumultuatus fuerit, in magno periculo est: Multo magis cum magno timore & tremore adstandum, & altum habendum silentium, & pellendæ cogitationes turbulentæ, ut quæ dicuntur intelligere possitis, quò rex approbata obedientia uestra maioribus uos muneribus remunerare dignetur.

In ipsis regijs apud nos, si quis introductam meretricem cognosceret, uel ebrietate, uel aliqua huiusmodi turpitudine dehonestaretur, ultimum daret supplicium. Quòd si hæc in regijs intolerabilia sunt, longè magis in cõspectu summi & omnipotentis regis, quum ubiq; præsto adsit, & quæcunq; audemus intueatur, meritis pœnis afficiemur.

Miratur scriptura reginam Saba uenisse ab extremo terræ, audire sapientiam Salomonis, quæ quum uidisset prandium & supellectilem & ministeria domus eius, obstupuit, & tota in miraculo fuit: Nos si tantas domini nostri opes, tantam sermonis supellectilem & abundantiam doctrinarum non libenter amplectimur, si non comedimus panem uitæ, si non carnibus Christi uescimur, & cruore potamur, si contemnimus dapes Saluatoris nostri, scire debemus quòd habeat Deus & benignitatem & seueritatem.

Quemadmodum si regius quidam filius ea patrem afficeret ignominia, ut crebrò cum latronibus & homicidis, sepulchrorumq; spoliatoribus esset, quæq; illorum essent, præ paterna eligeret aula, quem quum pater nullo posset pacto à sententia reuocare, relinqueret, ut uel per experientiam propriæ stultitiæ excessum agnosceret: Sic Deus tradit nos & relinquit.

Quemadmodum religio deos colit, superstitio uiolat: Ita clementiam mansuetudinemq; omnes boni præstabunt, misericordiam autem uitabunt. Est enim uitium pusilli animi ad speciem aliorum malorum succidentis.

Quęrite regnum Dei & iustitiam eius. Quid est regnum Dei, nisi uerbũ eius?

Nam

A Nam per quod facta sunt omnia, per ipsum uerbum reguntur omnia, & in hoc sermone utiq; regnare est. Quoties ergo ad audiendum siue tractandum uerbum Dei conuenimus, quoties lectiones sanctas legimus, uel libenter audimus, toties quærimus regnum Dei & iustitiam eius. Hic quidem quærere possumus, inuenire autem non nisi post hanc uitam. Thesaurus est hoc Dei regnum, in agro absconditus, thesaurus in agro literæ legalis atq; propheticæ literæ ex magna parte parabolicæ uel ænigmaticæ diligenter clausus atq; signatus. Hunc thesaurum inuenire, est scripturas sacras intelligere, & præ gaudio thesauri omnia uendere, & agrum emere, hoc est, præ delectatione cœlestium bonorum, uel regni cœlorum, quale in scripturis promittit, omnē sollicitudinē abijcere secundū hoc Euangelicū consiliū, solūq; earū amplecti studiū scripturarū, ut homo semper sit expeditus ad uerbum Dei tractandum & audiendum. O quantos hoc studium non solùm ad sufficientiam uictus & uestitus, sed ad amplissimos honores prouexit. Super salutem, &c. uenerunt in omnia.

Verùm rursus regnum impium, rursus malum reuertitur, & non secus ac ex hulceribus recisis sanies effundit, & lupi graues, alius aliūde nos discerpens, ecclesiam dilacerant, sacerdosq; contra sacerdotem armat, ac populus contra populū insanit. Rexq; impietati tribuit audaciam, ac leges contra rectam fert opinionem.

Quemadmodum qui regno inhiat, etsi purpuræ loco alium quemuis honorē assequatur, nihil se adeptum arbitratur: Sic & nos omnia despiciemus præsentia, si honorem desiderabimus. Nónne animaduertistis ludentes pueros, quū aciem struunt, & milites, & precones, & lictores præcedunt, medius puer principis loco incedit? Huiusmodi res humanæ sunt, neq; puerilibus differunt ludis, uel etiā abiectiores, quæ hodie existunt, cras nusquam apparent. Altiùs igitur erigamur, ne-
B que solùm nullum horum desiderium nos moueat, sed erubescamus, si quis ea nobis proposuerit. Hoc enim pacto his contemptis, diuinum amorem cōplectemur.

Venale est quod habeo, dicit dominus tibi, eme illud. Quid habet uenale? requiem, regnum. Dicis illi, Quantum ualet? Precium ipsius labor est: quomodo si diceret precium ipsius aurum est, non sufficeret hoc dicere, sed quæreres, Quantū aurum? Nam si solidus est, aurum est, & semiuncia, & libra, & tale aliquid. Ideo dixit, Precium ne laborares quærere, quàm diu huius rei precium labor est. Quantus labor est? iam quære tu quantum laborandū sit, tu iudica quanto labore emenda sit requies illa sempiterna sine fine, ubi gaudium incorruptum sine fine, uita æterna sine fine. Quanto labore digna est requies, quæ non habet finē? Quia sempiterna est requies, æqua precium, æterno certò digna labore æterna requies comparari. Si uerum uis comparare & uerum iudicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Certè tantus debuit esse. Idem sempiternus labor pro requie sempiterna. Decies centena millia annorum in labore quid ualent? habent finem: quod tibi dabo, ait dominus, non habebit finem. Qualis misericordia Dei. nec dicit decies centena millia annorum labora, non dicit uel mille annos labora, non dicit quingentos labora: cùm uiuis, labora paucis annis. Inde iam requies erit, & finem non habebit. Ecce quantum precium damus, quodammodo unam siliquam, ad accipiendos thesauros sempiternos, siliquam laboris ad requiem incredibilem.

Quomodo res appetere sine ullo uirtutum amore, & sine cultu ingenij, ac nudas edere operas minimè probabile est (misceri enim inter se ista, & cōferri debēt) Sic imperfectum ac languidum bonū est, in ocium sine actu proiecta uirtus, nūquam id quod didicit, ostendens.

Sicut enim ipsa rerum natura maior est autoritas unius ad unum omnia redigentis, nec in genere humano multitudinis ulla potentia est, nisi consentientis, id est, unum sentientis: Ita in religione qui ad unum uocant, eorum maior & fide dignior esse debet autoritas.

C Non sicut in sensibilibus rebus, ita in spiritualibus usu uenit. Illic enim is qui ex diuitijs in extremam redactus fuerit inopiam, breui eas reparare nequit: Hic autem per misericordiam Dei (si modò condemnare facta nostra, & iam sistere ignauiam uoluerimus) poterimus statim ad pristinam abundantiam redire.

In rebus externis prius est uidere quàm gustare, in spiritualibus contrà. Panem corporis alimentum prius inspicis, quàm mittis in os. At uerbum Dei qui est panis animi, nemo perspiciet nisi crediderit, quemadmodum ait propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Dominus ergo quæritur, dum nos à uitijs ad pœnitentiam conuertimur. Accedimus fide, gustamus acceptis primitijs spiritus, uel arrabone. Videmus dum eo fruimur, contemplantes illius in nos mirificam charitatem, simul'que sperantes perpetuam illam ac beatificam diuini uultus contemplationem.

Quemadmodum reus sententijs paribus absoluitur, & semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius: Sic animus sapientis, ubi paria maleficijs merita sunt, desinet quidem debere, sed non desinet uelle debere: & hoc facit quod qui post tabulas, accepto quidem præstauerant usuram, uel hi remittunt, uel tabulas nouas soluunt.

Resurrectio est secunda eius quod interijt statio. Nam animæ quum immortales sint, quomodo resurgent secundò? siquidem mortem diffiniētes dicimus esse separationem animæ à corpore: resurrectio omnino erit coniunctio animæ & corporis, & secunda iterataq; eius quod dissolutum est ieritq; pessum, animalis restitutio: ipsum igitur corpus quod corrumpit, resurget incorruptibile. Non impotens enim est is, qui in principio ex puluere terræ ipsum cōstituit, rursus resolutū & cōuersum in terrā, ex qua sumptū est (secundū cōditoris dictū) iterato suscitare

D illud. Qui puluerem in corpus sola uolūtate trāsmutat, qui paruā materiæ stillam, id est, semē in utero adolescere præcepit, & fecit illud multiforme & multimodum corporis organum, nónne magis quod fuit & defluxit, iterum suscitabit sola uoluntate? Considera in sulcis tanquam in sepulchris semina suffossa: quis illis radices imponit, & stipitem, & folia, & subtilissimos culmos? nonne qui uniuersorum artifex est, eius præcepto cōdita omnia? Sic crede & mortuorū resurrectionē fore diuina uoluntate & nutu, concurrentem enim habet uoluntati uirtutem.

Qui retia iactat in aquam, nescit quos pisces comprehensurus est, sed quos Deus ei transmiserit, illi intrant in retia: Sic & doctor quando diuini sermonis retia super populum iactat, nescit qui sunt accessuri ad Deum, sed quoscunque Deus excitauerit, illi adhærent doctrinæ. Ergo sicut in piscatore labor solus requiritur piscandi, Deus autem transmittit capturam: Sic & in doctore nihil requiritur, nisi instantia doctrinæ. Populum autem non corrigit homo, sed Deus.

Quomodo ut restis fiat, additur spartum sparto, non autem id rectum, sed torquetur: Sic omnia peccata facta, quæ sunt peccata, quum adduntur sibi & addendo peccatum peccato, & peccatum ad peccatum annectitur, fit restis longa: quorum semitæ prauæ, & flexuosi gressus eorum. Quô autem ualet ista restis, nisi ut inde ligentur ei manus et pedes, & projciatur quisq; in tenebras exteriores? Funiculis enim peccatorum suorum unusquisq; constringitur. Væ eis qui trahunt peccata uelut restem longam.

Nec illum erit admissura respub. si ualetudo illū impediet. Quomodo nauem quassam non deduceret in mare, quomodo nomen in militiam non daret debilis: Sic ad uitam quàm inhabilem sciat, non accedet.

Si quis rex seueras leges tulisset in homicidam, semel condonanti perpetratum homicidium, fortassis adscriberetur dementiæ. Quòd si idem eidem iam decies ac sæpius in idem facinus reuoluto condonaret, nónne clamarent omnes immodicam

A dicam esse regis clementiam, quæ legum uigorem dilueret, & improbitatem ad peccandum inuitaret impunitate? Item pater qui semel aut iterum filio pecuniæ nequiter profusæ ueniam daret, fortassis lenis ac mitis diceretur. Idem si sæpius peccanti subinde pecuniam crederet, nónne dicerent omnes, Immodicè lenis est, & indulgentia sua corrumpit filium? Multo iustius id diceretur, si idem faceret seruo. Adhæc, si quis maritus uxorem semel in adulterio deprehensam reciperet in gratiam, nimirum omnes admirarentur tam lenem inueniri maritum, qui talem mulierem dignaretur suo cubiculo. At idem si mulierem subinde fallentem coniugij fidem, & nunc huic, nunc illi adultero sese conglutinantem receptaret, nónne totus populus diceret eum aut insigniter fatuum, aut uxoris suæ lenonem? Deus autem qui rex est noster, qui pater est, qui dominus, qui sponsus, nullum excipit peccati genus, nullum præscribit peccandi numerum, quoties resipiscimus, remittit pœnam, quam æterna lex illius comminata est, recipit in familiam, introducit in cubiculum charitatis suæ, nec recipit solùm, uerumetiam omnium admissorum obliuiscitur. Ouem perditam humeris suis reducit ad caulas, inuitat sanctorum ecclesiam ad commune gaudium, occurrit filio prodigo redeunti domum è longinqua profectione, profert stolam & annulum, iubet occidi uitulum insignem. Quid hæc sonant aliud, quàm immodicam quandam ac nimiam, ut ita dixerim, Dei misericordiam? Iam uerò minus mirum uideatur, si homo sæpius ignoscit homini peccanti, qui & ipse sit aliquando prolapsus in eadem peccata, aut certè prolabi possit: si rex ignoscat ei, cuius officium aliquando expertus est sibi commodo fuisse: aut pater condonet filio, cuius consuetudine sentit subleuari senectutem suam: si dominus gratiam faciat seruo, cuius opera iuuet: si maritus adulteræ, cuius conuictum expertus sit aliquando fuisse iucundum. Inter homi-
B nes nonnunquam is metuit qui ignoscit, eum cui condonat, nonnunquam ulcisci nec potest, si uelit. At Deus qui nullius est indigens, qui nutu potest, si uelit, perdere, toties à nobis spretus, desertus, abnegatus, tolerat, inuitat, recipit, amplectitur. Vt non est uehementior charitas, quàm inter maritum & uxorem, nec arctior coniunctio: Ita non est implacabilior ira, quàm proditæ fidei coniugalis. Et tamen audi quid apud Esaiã loquatur lenis dominus adulteræ suæ tot adulterijs pollutæ. Vulgò dicitur, Si dimiserit uir uxorem suam, & illa recedens ab eo, duxerit uirum alterum, nunquid reuertetur ad eam ultrà? Nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, & tamen, Reuertere ad me, dicit dominus, & ego suscipiam te. Homo maritus uxorem, quam ipse fortassis ob leuem culpam aut causam dimisit, non recipit, si post diuortium se iūxerit alteri uiro. Non enim patitur alterius uiri consortium maritalis amor. Deus autem sponsam suam, pro qua mortuus est, quam sibi suo sanguine purificauit, toties ultrò fugientem, seq́ue prostituentem immundis spiritibus, tamen non fastidit reuertentem. Nec mirum est, si nimiam habet misericordiam, qui nimiam erga nos habet charitatem.

Velut si quis rex pergat ad gentem, in qua proprios habeat captiuitatis uinculo alligatos, deuictaq́ue carcerem intret, in quo uincti detinebantur, soluat catenis uincula, & claustra comminuat, & uinctos in remissionem adducat, & eos qui sedent in tenebris & in umbra mortis, luci ac uitæ restituat: ergo dicitur rex fuisse quidem in carcere, non tamen ea conditione qua cæteri qui tenebantur inclusi, sed illi quidem ut pœnas soluerent, hic uerò ut absolueret pœnas: Ita diuina natura in mortem per carnem descendit, non ut lege mortalium detineretur à morte, sed ut per se resurrecturus, ianuas mortis aperiret.

In humanis negocijs quando rex diademate coronatus literas mittit, tunc is qui eas affert, per se nullius momenti est, sed humilis quidam, sæpe neq́ue progeni-

C tores numerare sciens, obscurus & ex obscuris, sed nō ad illum spectāt, qui literas suscepturi sunt, sed propter regis literas magna reuerētia & silentio recipiūt. Si igitur is qui hominis literas affert, chartam tantū apportat, sic omnibus acceptus est: Multo magis uos, si fueritis iusti, eloquia quę à spiritu uobis per nos missa, magna attentione suscipite, ut magnā gratitudinis recipiatis mercedē. Nam si uiderit dominus omniū, animarū nostrarū promptitudinē, & nobis largiores sumptus suppeditabit propter uestrā ædificationem, & uobis maiorē prębebit intellectū, ita ut quæ dicunť, intelligere ualeatis. Liberalis enim est spiritus gratia, & se in omnes effundens, nullā partitionem sustinet, sed cū distribuitur, magis crescit, & quanto plures sunt eius participes, tanto & beneficium magis extenditur.

Quemadmodū si rex quispiā barbarorū seruus fiat, omniū est miserrimus: Sic qui in peccato uiuit. Barbarū nanq; peccatum est, quod cū animam semel captam, ita ut contrà persuaderi nesciat, in suis sordibus demerserit, sub tyrannidē redigit.

Dicitur rex etiam regis imago: Ita sancti dīj, qui id participatione sunt effecti, quod ipse est natura. Quomodo igitur non honorandi sunt qui filij Dei existunt? Nam honor erga gratos & benignos conseruos, beneuolentiæ erga communem dominū indiciū est: hi promptuariū Dei & habitacula facti sunt & templum Dei. Fontes nobis salutares dominator Christus reliquit sanctorū reliquias multimoda beneficia scaturientes, unguentū suauitatis emanantes, ut nullus discredat. Si enim ex rupe & firmo saxo aqua in eremo prosiliuit, uolente Deo, & ex maxilla asini Sampsoni sitienti: ex martyrum reliquijs unguentum suaue olens emanare incredibile est? Nullo profectò pacto ijs qui sciunt Dei uirtutem, & ab ipso sanctorum honorem. In lege Num. 19. omnis qui tangebat mortuū, immundus erat: hic autem non sic. Quomodo enim mortui sunt, qui uiuunt, non tanget eos tor-

D mentum mortis, &c. uiuunt, quoniam per eos dæmones abigūtur, infirmi curantur, cæci uident, leprosi mundantur, tentationes tristitiæ soluuntur. Quantum laborares ut inuenires adiutorem, qui te ad mortalem regem adduceret, & pro te ad ipsum sermones faceret? Adiutores ergo totius generis Deo pro nobis supplicationes porrigētes nō honorandi sunt? certè honorādi. Tēpla à nobis Deo erigēda sunt in ipsorum nomine, in Psalmis, hymnis, odis spiritualibus. Nam ijs quibus delectatur Deus & colitur, coluntur & delectantur eius serui: quæ despicit, despiciunt & eius clientes, statuas, imagines uisibiles ipsorum, Mariam, ut matrem domini, apostolū, exercitatores, id est, cōfessores, qui diuturniori martyrio certarūt.

Quemadmodum rex aliquis inuasurus tyrannum, fingit metum, dicens exercitibus suis: Fugiamus hinc à facie illius, ut ne à nobis fugiat, sed persequať nos, & sic conuersi comprehendamus illum: Ita & dominus prætexebat formidinem, ut cū diabolus ipsum quasi hominem aggrederetur, inueniret Deum qui illū interimeret, & liberaret omnes qui ab illo detinebantur in inferno.

Dissimile. Non dignatur rex in exercitum suum adscribere, qui seruili sunt conditione: Vnigenitus autem Dei filius neq; publicanos, neque magos, neque seruos, & his etiam despicaciores & pauperiores homines, nōnullos etiā manco, distorto, & sordido corpore in filios accipere non dedignatur. Tanta fidei uis, tantæ gratiæ exuberantia. Et quemadmodum ignis, si metallorum terram attigerit, eam q̄primum aurum reddit: Sic & longè magis pro luteis aureos eos baptisma facit, quos abluerit, cū spiritus sanctus tanq̄ ignis illa ipsa hora animos nostros ingrediať, et terrena absumpta similitudine cœlestē illā nouā & clarā, tanq̄ ex fornace fulgentē referat.

Rex quando gloriosior, quādo indutus purpura, diademate decorus, aspersus auro, solio sublimis, ad pompā tamen nō parat ire, sed hæc in secreto fiūt: an quando in campum conniuens uultu, & honore ultimus, periculis primus, onustus ferro, grauis armis, pro patria, pro ciuibus, pro liberis, pro uita omnium premit hostem,

A Item, discrimina despicit, contemnit uulnera, ipsam libens mortem suorum suscipit ad salutẽ, ut maiorẽ contemptũ mortis, q̃ de ipso hoste uictoriã referat & triumphum? Et quare displicet, si Christus de sinu patris, de deitatis secreto ad nostram seruitutẽ uenit, ut nos suæ redderet libertati, nostrã mortem suscepit, ut nos eius morte uiueremus? Quandoquidem per despectum mortis, mortales in deos retulit, nos cœlestibus æstimans.

Si rex aliquis terrenus legẽ tibi posuisset, ut uel inimicorũ tuorũ curã geras, uel morte puniaris: an non metu mortis corporalis omnes accurrerẽt ad implendã legem? Quanta igit̃ accusatione dignus fuerit is, qui ob corporalẽ mortẽ, quã alioqui naturæ necessitas afferet, omnia facere paratus (mortẽ, inquã, quæ hic nullã in uenit consolationẽ) minus curat dominum uniuersorum, si & ipse ponit legem?

Sicut rex cum tyranno bellum facturus, si uoluerit aspicere exercitum, & considerare arma illorum, iubet mitti tubam, ut fiant admoniti: tunc omnes milites festinant arma sua aspicere, ubi sit gladius eius, ubi lorica sit posita, ubi iacet scutũ. Et qui securitatis tempore arma sua studuit immaculata custodire, paratus & lætus currit ad inspectionem. Et qui tempore securitatis gladium suum æruginare dimiserit, aut loricam sordescere, scutum frangi aut rumpi: quum audierit tubam, & ipse quidem excitatus timore, festinat limare gladium suum, detergere loricam, ligare aut stringere scutũ, sed non poterit celare negligentiã suam: quia urgens necessitas non permittit longi temporis opus implere: Sic & domino absente malus seruus non aspicit opera sua, quod facit, quod non facit, aut quomodo credit: nec cogitat quia uenturus est dominus eius, & opera perfecturus & fidem: sed quum uiderit eum uenientem de longe, tunc aspicit opera sua, tunc incipit festinare, sed nihil ei proderit festinatio eius: quia multorum dierum negligentia non potest

B una hora impleri.

Eodem modo quo rex & nudus adoratur & indutus, & purpura ut nuda purpura, & conculcatur & proijcitur, facta autem regis amictus honoratur & glorificatur, & si quis illam proterere præsumpserit, persæpe morte mulctatur: Et quẽadmodum lignum nudum non est tactui inaccessibile, atqui igni coniunctum, & carbo factum, non propter seipsum, sed propter coniunctum ignem inaccessibile fit, & non ut ligni natura tactu inaccessibile est, sed ut carbo, id est, quando ignitum est lignum: Sic & caro Christi secundum suam naturam non est adorabilis, adoratur autem in incarnato Deo uerbo, non propter seipsam, sed propter cõiunctum sibi secundum hypostasin, Deum uerbum, & nõ dicimus quòd carnem nudam, sed carnem Dei, id est, incarnatum Deum.

Horrendum quiddam dicit, uel quia spiritum ab anima diuidit, ac relinquit eam desertam ab sanctificatione huius, quam dominus in Euangelio dissectionem nominauit. Perinde nanq; ut rex principi cuipiam peccanti cingulum adimit ac priorem dignitatem, tum q; punit: Hunc ad modum hic spirituali primũ dignitate uiduatur homo, deinde supplicio adficitur. *Ad Heb. 4. Pertransiens usq; ad diuisionem animæ & spiritus.*

Assistit aliquis regi terreno, omnibusq; modis molit̃, ut q̃plurimã erga illũ reuerentiã exhibeat, quo per hoc maiorẽ illius erga se cõciliet beneuolentiã. Cuius gratia nõ solũ specie capitis, uerumetiã ipsa uoce, ipsa manuũ cõpositione, ipsa pedum cõiunctione, totiusq; corporis cõtractione, talẽ reuerentiã conat̃ ostendere. Hoc & ab illis incorporeis uirtutibus fit. Cũ enim plurimam habeant erga conditorem reuerentiam, & hanc undiquaq; conantur præstare: deinde quoniam non assequuntur quod expetunt, quod deest affectui, hoc uelo obtegunt.

Quis dubitet potentissimũ esse regẽ, qui totius orbis habeat imperiũ? neq; immeritò, quum illius sint, quæ ubique sunt omnia, quum ad eum solum omnes undique copiæ congerantur. At si plures partiantur orbem, minus certè opum,

C minus uiriū singuli habebunt, cū intra præscriptam portionem se quisq; cōtineat: Eodem modo dij, si plures sint, minus ualebūt, alijs tantundem in se habentibus.

Etenim si in paganorum iudicijs regem terrestrem testem citare fas nō est, utpote maiorem & ijs qui citant, & ijs qui iudicant: quur Deum increatū ad res creatas inuocarissus, facientes ut Deus ab hominibus contemnatur?

Sicut rege adueniente ad aliquam ciuitatem, hi qui honoribus & dignitatibus decorantur, cum summa confidentia nō expectato eius ingressu lōgè ante portas occurrūt, & excipiunt aduenientem: rei autem, & criminibus obligati intra muros retinentur, imperatoriam expectaturi sententiam: Ita & quando dominus ueniet, iusti ei in ipso medio aëre confidenter occurrunt: noxij autem & obruti peccatis, hic remanent expectantes iudicium.

Qui cum rege terreno colloquitur, de his tantùm uerba facit, de quibus ille uoluerit audire, & de quibus rex fuerit percontatus. Quòd si quis ausit inijcere secus q̃ ille uelit, extremo supplicio afficietur. Tu uerò cum rege regū colloquens, cui cū horrore seruiunt angeli, omisso cum illo cœpto sermone, de luto, de puluere, de telis aranearum loqueris. Nihil enim aliud sunt huius uitæ negocia. Et quomodo sustinebis istius contemptus pœnam? Quis autem te ab hac uindicta liberabit?

Quemadmodum qui cū rege collocuti sunt, & ob hoc sermones placidos, honoremq; sunt consecuti, non dignantur in contubernium uenire mendicorum & abiectorum hominum: Ita qui cum Deo fabulatus est, eiq; uota sua protulit, nequaquam dignabitur mali & impij spiritus familiaritatem admittere.

Nō succedit omnibus ad reges ac satrapas accessisse. Multis negat̃ aditus, multi reijciunt̃ admissi, multi pro sperato beneficio referūt supplicium. Et à multis principibus tutius est abstinuisse, q̃ accessisse propius, quod & Græcorum prouerbio te

D statū est, Procul à Ioue & fulmine. At nō talis est dominus, qui sic est omnium maximus, ut idem sit omniū benignissimus. Occurrit accedentibus ad ipsum, & conuertitur ad eos qui sese ad ipsum conuertunt, teste propheta sub persona Dei loquente: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos: & Euangelica parabola de prodigo filio, cui conspecto procul pater obuiam properat.

Quemadmodū apud reges omnes quidē uni subditi sunt regi, nō tamē omnes eadē administrāt, sed huic demādata est administratio exercitus bellici, huic gubernatio ciuitatū, illi uerò custodia regaliū thesaurorū: Ita fit & in spiritualib. Hic quidē Deū colit, atq; illi seruit credēdo, uitāq; suā bene disponendo, ille uerò peregrinos curādo, alius aūt cōmissam sibi pauperum præfecturā fideliter administrādo, &c.

Quemadmodū alij quidē reges incolumitatis suæ spem ponere cōsueuerūt in militum peritia, & arte belli gerēdi, in sagittarijs, in cataphractis, in equitibus: Ita magnus ille Dauid sanctis precibus mœniū uice suū cinxit exercitū, nequaq̃ respiciens Imperatorū, tribunorū ac centurionū ferociā, neq; pecunias colligēs, nec arma cōparans, sed orādo diuinā armaturā è cœlo deportās. Nā uerè cœlestis est armatura deprecatio, quæ Deo funditur, solaq; firmā custodiam præbet his qui sese Deo tradiderunt. Siquidē cataphractorū & robur, & peritiā, tum sagittariorū experientiam, atq; in prodēdo hoste calliditatē sæpenumero ludit ac frustrat̃ uel ipsa belli facies, uel hostiū fiducia, cumq; his alia permulta. Cæterū deprecatio armatura est inexpugnabilis, ac tutissimū nec unquam fallens munimentum, pari facilitate uel unum repellens militem, uel innumerabilia hostium millia.

Apud quosdam ueteres reges moris erat, ut si quis fortiter pro rege fecisset in bello, & corpus, & animā periculis obijcere non timuisset, curru atq; alijs regiæ dignitatis insignib. donaret̃. Igit̃ reges terreni atq; mortales ita sibi deuotissimos remunerare cōsueuerunt. Quāto magis omnipotens Deus, quia rex regum, & dominus dominantium est, Heliam suū tota se corporis & animæ deuotione zelantem,

A tem, post multorum laborum sudores, post dirarũ persecutionũ grauissimas fatigationes, post tantorũ bellorũ magnas illustresq́; uictorias opima de mũdo & diabolo spolia referentẽ, igneo curru atq; equis flãmantibus impositũ triumphali gloria præfulgẽte, ad sua regna uoluit peruenire? Oportebat nãq; errãtis populi rectorẽ, gubernatorem sacrorum, moderatorem discrepantium uoluptatum, Israëlis aurigam, qui ad iugum timoris Dei lasciuos & uagos animos reuocauit, frenis lorisq́; adstrinxit, & ad iter disciplinæ recto tenore currendum concordi quadam copulatione composuit, ad regña cœlestia curru atq; equis transuolare euectum.

Quemadmodũ reges in equorũ cursu atq; certamine, in ipso agone coronas, uestes, cęteraq́; munera ante certantium oculos ponunt: Sic & dominus in medio stadio præmia locauit, & quasi multorũ manibus per uerba prophetæ ostẽdit. Et reges quidẽ isti, etsi reges sunt, tamẽ quia & ipsi mortales sunt, & sua facultas caduca, & liberalitas facilè potest exhauriri: idcirco ut multa uideanẽ quæ donãt, singulis singula munera ministris in mediũ producũt: Rex aũt noster ecõtrà. Nam quoniam immortalis & ditissimus, & nihil omnino facit ad ostentationem, omnia simul collecta ante oculos posuit: quę si quis per singula diuidat, innumera erunt, & infinitis opus manibus erit, ut teneri & ostentari possint.

Verba regum sæpe defluũt, & omnis homo mendax, siue quòd non persteņt in sententia, siue quòd aliquoties præstare non queant quod promiserunt: At diuina mens nunquã mutatur, & quum solus omnipotens, nihil tam arduũ, quod non facilè præstet ubi uoluerit: nec id solùm, uerumetiam omnia quæcunq; dixerit aut fecerit, prosperabuntur.

Sed nunc ex desiderijs humanis prophetæ desideria metiamur. Ad egressus regum quanta expectationis solicitudine curritur? & quod uidentibus gaudiũ esse,
B dum se præbuerint cõtuendos? Quid illũ cœlestis spiritus capacẽ uirũ existimabimus uelle? Quanto desiderij ardore cupere, ut Deũ cernat, qui ipsam illam inuisibilem maiestatem, per has angelorũ claritates, & Mosi gloriam metiamur? Cõtrà uerò ad conspectũ uiri infidelis, religiosi omnes, quibus timor Dei est, lætanẽ, ut uel solo corpore cõtemplationis uisu gratulenẽ, modo autẽ herbarũq́; quarundã, quæ uisu tantùm & conspectæ morbis aliquibus & infirmitatibus medentur.

Faciamus quod in regũ aulis facere solẽt, qui cupiũt eas uidere. Quid aũt illi faciunt? Vbi quæsierint eũ cui claues cõmissæ sunt, illum adeunt, alloquunẽ & supplicant, frequenter & pecuniã numerant, ut ipsis gratificeẽ. Adeamus ergo & nos unum eorum, quibus cœlestes portæ commissæ sunt, appellemus, supplicemus, pro pecunia promptã uoluntatẽ synceruũq́; affectũ exhibeamus. Et si ille mercedẽ hãc acceperit, manu nostra apprehensa per omnia circũducet, nõ ad istam supellectilem regiã, sed ipsum regẽ in throno sedentẽ astantibus exercitibus exercituũq́; ducibus, assistentibus innumerabilium angelorum & archangelorum millibus: breuiter omnia diligenter nobis ostendet, quatenus nobis uidere fas est. Quis igitur est iste cui hæc functio commissa est, si quando uolumus ingredi? Esaias prophetarum uocalissimus cap. 6.

Regibus in delicijs uiuentibus, ac tanto honore, nullũ aliũ esse sermonem uel in mensa, uel in aliquo alio tempore, quàm quomodo hostibus queat præualere, & propter hoc quotidie conuentus facit, & capitaneos & milites deligit, ac tributa petit. Etiam in ciuilibus causis, opinor hasce duas rationes necessarias, ut & hostibus imperent, & suos in pace contineant. Nos autem neque somniamus uelle talia dicere, sed ut seruos quidem emamus ac agros, & ut facultates ampliemus. Quotidie loquendo nulla satietate oneramur: de rebus autem nostris, & uerè nostris, neq; ipsi loqui uolumus, neq; alios loquẽtes sustinemus. De quo igiẽ, dic mihi, loqui uis? De prãdio? sed hæc coquorũ sunt uerba. De pecunijs? sed hæc merca-

C torum & institorũ sunt. De structuris? sed hæc architectorũ sunt & ædificantiũ. De terra? sed hæc agricolarum. Nostrum autem nullum est opus, quàm ut opes animæ acquiramus. Non igitur super illis nobis perpetuò sermo esset? Quare nullus accusat medicos semper de re medica disserẽtes, neq; alios opifices de sua arte loquentes. Quòd si sic nostras affectiones moderaremur, ne admonitione opus, merito quis nobis obijceret ostentationem & ambitionem, imò neq; sic: nam etiamsi emendatę essent, etiam sic colloquendum, ne succumbamus: quoniam & medici non ægrotis solùm, sed & medicis loquunt, & sunt eis libri super ea re, ut & morbos curent, & à morbis perseuerent. Et ita licet sani simus, neq; sic desistendum, ut etiam conseruemus sanitatem. Quando autem & ægrotamus, duplex sermonum necessitas: una quidem ut liberemur à morbo, alia autem ne liberati recidamus. Itaq; curatiuam methodum proponamus infirma curaturi.

Omnes ergo rimæ, ne dicam portæ, claudendę sunt, ne per unum foramen castra omnia penetrentur, & uniuersa componenda sunt munimenta, ne per modicum non munitum, tota ciuitas ruat, sicut Salomon repetit, dicens: Qui spernit modica, paulatim cadit.

Riuus quà fluit, terram cauat: Sic decursus temporalium conscientiam rodit. Si potest torrens in agros excurrere sine læsione satorũ, & tute posse ista sine mentis uulnere tractare confidis? Quotidianas expensas quotidiano reciprocamus scrutinio, & innumera dominici gregis detrimenta nescimus: de precio escarum, & numero panum cum ministris quotidiana discussio est, raro admodum celebratur collatio cum presbyteris de peccatis populorum. Cadit asina, & est qui subleuet eam: perit anima, & nemo qui reputet: sic optimi æstimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam uel nullam de maximis curam gerunt.

D Sicut rogum, cùm ualde accenditur, aqua iniecta restinguit, ita & animum camino magis exardescentem, uerbum cum mansuetudine prolatum extinguit.

Sicut ros cœli nocturnas amouet siccitates: Ita ros domini nostri Iesu Christi nocturnis & secularibus tenebris æternę uitæ stillauit humorem.

Rota licet in terra uoluat, tamen dum steterit, magna pars eius aliena est à terra, & parua pars eius in terra consistit. Vox ergo Dei in rota est, qui paruis rebus terrenis contentus, totum quod sursum est quærit: quod sursum est, pergit ubi Christus est.

Quis rusticus, si fortè nobilis & præpotens quispiam apud eum uoluerit hospitari, non libenter in angulo domus suæ, aut sub gradibus suis, uel potius ipsis cineribus occupabit, cedens hospiti suo locum, sicut dignum est, potiorem? Sic caro, quæ in regione propria habitat, animæ exuli honestum præbeat hospitium, neq; animæ uelit dominari, sed eligat subseruire ac etiam multa pati, quandoquidem multam ex illa expectat mercedem. Nam si anima imaginem inuenta sit habere Dei, corpus informabitur & configurabitur corpori claritatis Christi.

Operari tu putas rusticum posse, si dixeris, Agrum peritia omni rusticitatis exerce, culturis diligenter insiste, sed nullam messem metes, nullam uindemiã premes, nullos olíueti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel si cui demum usum nauium suadens dicas, Materiam de excellentibus syluis mercare frater, catenam præualidis & electis roboribus intexe, clauo, funibus, uelis, ut fabricetur atq; armetur nauis, operare, sed cum hoc feceris, fructum de artibus eius & cursibus non uidebis? Ita si tollas pœnitentiam, quis non statim pereat? quis non ipsa desperatione deficiat?

Nam & hoc si ut respondeat rustico proponatur, quæ causa sit ut cum aliud sit olea, aliud oleaster, de semine utroq; utrunq; nascitur, non omittit inserendi curationem, etiamsi non possit istam soluere quæstionem.

Quemad-

A S.



VEMADMODVM in sabbato ab omnibus operibus carnalibus & externis abstinere lex iubebat, ac sacerdos ea sola perficere, quæ ad cultum Dei pertinebant, & quæcunque animæ cōmodabant: Sic cum omnia spiritualia sunt ac diuina, nihil carnale, nihil obstans, ubi aufugit dolor, mœror atque gemitus.

Quemadmodum arcet à sacerdotio etiam falsa infamia: Ita qui connubium optat undiquaque felix, curare debet ut talem deligat, de qua mentiri fama uereatur. Etenim si C. Cæsar meritò repudiauit uxorem, ob adulterij suspicionem, quum ipse citatus testis, negasset se quicquam de uxore suspicari, quòd existimaret Cæsaris uxorem non solùm uacare oportere crimine, uerumetiam omni criminis suspicione: Quanto iustius abstinebit iuuenis ab eius coniugio, quæ licet innocens, tamen popularibus fabulis circumfertur?

Hæc ego quum sciam, & quòd nemo magno Deo, ac sacrificio, & pontifice dignus est, qui non prius seipsum Deo offert sacrificium uiuens, seu potius qui non factus est templū Dei uiuentis & uiuens: ac igitur quomodo ego me audacter diuinis ingererē sermonibus, aut boni consulerē, si alij se audacter ingererēt? quādoquidem desideriū tale nunquam laudabile est, conatus uerò terribilis, ac ideo decet, ut unusquisque primò se expurget, deinde cū puro conuerset, si non uelimus Manee illud audire & dicere, cū in Dei contemplationem incidimus: Perij ô mulier, quia Deum uidi: seu Petri instar, Iesum à nauicula repellere, tanquam numine & obtimiditatem digni: aut sicut Centurio ille, qui sanitatē pro filio expetebat, sanantē uerò nequaquam excipiebat. Dicat igitur unusquisque ex nobis quādiu Centurio est, et multæ in malitia potētiæ, Cæsarique deorsum trahenti, & huius mūdi militat domi-
B no, non sum dignus, ut tectū meū subeas. Cū autem Iesum uidebo, etiamsi ætate spiritali adhuc sim paruus, Zacchei illius instar, & super sycomorum attollar, mortificans membra super terram, ac euacuauero corpus humilitatis, tum Iesum excipiam & audiam, Hodie facta est salus domui huic.

Diximus de sacrificiorum rationali institutione, auocanti scilicet ab idolis ad Deum officia ea, quæ si rursus eiecerat, dicens: Quò mihi multitudinē sacrificiorū uestrorū? hoc ipsum uoluit intelligi, quòd nō sibi ea propriè exegisset. Nō enim bibam, inquit, sanguinem taurorum, quia & alibi ait: Deus æternus non esuriet nec sitiet. Nam etsi ad oblationes Abel aduertit, & holocausta Noë odoratus est libenter, quæ iocunditas siue uiscerum uerueinorum, siue nidoris ardentium uictimarum? Sed animus simplex & Deum metuens offerentium ea quæ à Deo habebāt, & pabuli, & suauis olentiæ gratiæ apud Deū deputabat, non quæ fiebant exigentis, sed illud propter quod fiebant, ob honorē scilicet Dei. Si cliens diuiti, aut regi nihil desideranti, tamen aliquid uilissimi munusculi obtulerit, quantitas & qualitas muneris infuscabit diuitem & regem, an delectabit titulus officij? At si cliens ei munera ultrò uel etiam dicto ordine suo offerat, & solennia regis obseruet, nō ex fide tamen, nec corde puro, nec pleno circa cætera quoque obsequia, nōnne consequens, ut rex ille, uel diues exclamet, quò mihi multitudinem munerum tuorum? Plenus sum. Et solennitates, & dies festos, & uestra sabbata dicendo, quæ secundum libidinem suam, non secundum religionem Dei celebrando, sua iam nō Dei fecerant: conditionalem idcirco & rationalem demonstrauit recusationē eorum quæ administranda præscripserat. &c.

Sagitta infixa femori canis: Sic uerbum in corde stulti. Sicut enim canis non quiescit, donec eiuscemodi remouerit è femore suo: Ita nec stultus quiescere potest, donec uerbum malum quod de proximo audiuit, alijs retulerit.

Sicut sagitta si mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mittentem

O reuer-

C reuertitur, & uulnerat uulnerantem, illudq; cōpletur, Facti sunt mihi in arcū prauum: & alibi, Qui mittit in altum lapidem, recidet in caput eius: Ita detractor, qui tristem faciem uiderit audientis, imò ne audientis quidē, sed obturantis aures suas ne audiat iudicium sanguinis, ilicò conticescit, pallet uultus, hærent labia, saliua desiccatur.

Quemadmodum sagittæ in durum aliquod signum immissæ, magno impetu huc illuc disperguntur, mollius uerò assecutæ figuntur & desinunt: Ita & maledicos & feros repugnando magis exasperamus, cedendo mitigamus facilè, & eorū mollimus insaniam.

Quemadmodum sagittæ magna ui emissæ, si in durum aliquid ac respuens inciderint, in emittentem facilè redeunt: Sic inuidia proximis tristitiam nequaquam affert, tantùm inuidenti officit. Quis enim unq; in mœrore positus aliquod propterea proximo incommodum intulit? Sese solum uastat atq; cruciat: sed & qui morbo huiuscemodi sunt affecti, lōgè peiores uenenatis iaculis existimanť, quòd illa per plagas uires inferunt atq; nocent, & paulatim quod infestum est, depascunť. At inuidos existimant nonnulli non solùm rebus alijs, sed oculis etiam officere incommodaq; inferre. Vnde & corpora uegeta pubescentiū aliorum'ue ætate forma q; florentiū, prosperam habitudinem inficiunt atq; debilitant: statim ut ex eorum luminibus pernicie quadā defluente ac contaminante, uideas contacta membra pulchra in siccitatem ac ualetudinem uenire.

Vt sagittarius qui sua tela directurus sit, probè ac scitè priusquā mittat quemadmodum constet, procurat: & ubi se per directum calci propositæ accuratè constituit, tum iacere incipit: Idem etiam tu agere debes, quum sagitta pessimum illud infestumq; hostis diaboli caput transfigere cupias, cura de statu cogitationū tuarū

D accipere prius, ut ex directo, & sine ullo impedimento fixo pede tela tua probè in illum possis dirigere.

Quomodo sal superfluos uel nocituros humores carnium desiccat, & à putredine purificat: Sic Apostolica doctrina, necessaria decalogi præcepta, cunctaq; iustitiæ legalis instituta desiccatis carnalibus ceremonijs purificare habeat, & ubique terrarum consilio castitatis salire credentium corpora, quatenus non putrescerēt, aut usquaq; putrenti corrumperentur luxuria. O quantas salierunt turmas, ut carnes penitus desiccarentur.

Qui saliunt, prius destinant oculis locum quem petunt pedibus: Ita prius est credere quàm amare, prius, inquam, non tam tempore quàm natura. Quot sunt affectus in homine, tot sunt chordę in cithara, tot sunt pedes in anima. Sed ut sunt affectus quidam improbi, quidam naturales, quidā spirituales, ita sunt uarię chordæ diuersa sonantes. At chordæ quæ uitiant harmoniam, aut incidendæ sunt, aut si hoc fieri non potest, donec animus uersatur in hoc terreno corpore, certè transiliendæ sunt. Si ab affectibus turpibus subsilisti ad affectus naturæ, è monstro factus es homo. Nam si diligis uxorem, aut parentem, aut liberos, eo affectu quo probus Ethnicus diligit suos, nihil aliud es quàm homo, uicinus periculo, si per occasionem, necessariorum charitas te pertahat ad iniustitiam. Verùm si naturam transilieris, ac subuolaris ad spiritum, iam homine maior, cepisti ad angelorū sublimitatem accedere. Amas uxorem, non uoluptatis gratia, sed quòd Christus iussit eam diligi, deserturus uxorem citius quàm à Christi præscriptis recessurus, iam transilisti ab anima ad spiritum. Sunt quinq; sensus externi, sunt totidem interni. Hos omnes transiliat oportet, qui uelit esse uerus Idythum, & in templo coram domino canere.

Vt salutaria quæ citra gustum tactumq; odore proficiunt: Ita uirtus utilitatem etiam ex longinquo & latens fundit, siue potitur & fruitur suo iure, siue precarios

A habet acceſſus, cogiturq́ uela contrahere, ſiue ocioſa mutaq́ eſt, & anguſto circũſcripta, ſiue adaperta, in quocunq́ habitu eſt, profit.

Sed ubi ſanctus non adiuuat ſpiritus, inſpirans pro concupiſcentia mala cõcupiſcentiam bonam, hoc eſt, charitatẽ diffundens in cordibus noſtris, profectò illa lux quamuis bona, auget prohibendo deſideriũ malum: Sicut aquæ impetus, ſi in eam partem non ceſſet influere, uehementior fit obice oppoſito, cuius molem cùm euicerit, maiore cumulo præcipitatus, uiolentius per prona peruoluitur.

Nam quemadmodũ ſi ſanctus quiſpiam hypocrita peccata ſua nondũ agnoſcens, & ſceleratus iam peccatorũ ſuorũ agnitione turbatus, conferant̃ ad Deum, uterq́ indiget ad iuſtificationẽ & ſalutẽ gratia dei, & tam facilè eſt Deo, hypocritã in peccatorũ agnitionẽ inducere, & peccata ei per fidẽ remittere, q̃ facilè eſt remittere ſcelerato peccata iam agnita. Quòd ſi uerò inter ſe conferant̃, ibi tum hypocrita multo lõgius abeſt à uera iuſtificatione, & difficilius peruenit ad eã, q̃ ſceleratus, propterea quòd ille nondũ peccata ſua agnoſcat, hoc eſt, nondum peruenit ad primũ gradum iuſtificationis: hic autẽ agnoſcit iam peccata, & eſt in primo iuſtificationis gradu: Ita ſi cõferas diuitẽ & pauperem ad potentiã Dei, nõ difficilius ducitur diues q̃ pauper ad fidem euangelij & regnũ Dei. Si aũt hos inter ſe conferas, ibi tum diues qui confidit ſuis diuitijs, multo difficilius peruenit ad fidem euangelij, quàm pauper, qui nihil aut parum diuitiarum poſſidet. Euangelion enim pugnat ex diametro cum his diuitijs, in quas fiducia cordis collocatur.

Soli uerè ſancti ſunt, quos ille ſanctos reddidit, cætera uanitas ac mendacium. Homines addunt mitram, pedum, cucullam, pallium, torquem, coronam, galerũ: hæc ſuſpiciendum reddunt apud ſtultos, & ad tempus. Dominus addit dotes animi, quas nemo poteſt eripere, addito perum inſignia, quæ nullus mortalis poteſt
B edere, niſi Deus operetur in illo. Atq́ ideo uult operari per idiotas imbecilles & abiectos, quo maior ſit admiratio uirtutis diuinæ. Sanctus quem hic mundus ſanctificauit, attingitur uerbo, & exitium molitur à quo læſus eſt, afficitur damno rei pecuniariæ, & parat homicidium. Sanctus domini pro uirulentis conuitijs rependit fraternam admonitionem, exutus bonis agit gratias domino, addictus in mortem probroſam, orat pro mortis autoribus. Hæc ſunt inſignia, quæ uerè mirabilem reddunt ſanctum domini.

Sicut per ſanctos Deus oſtenditur in hoc mundo: Sic per iniquos homines obſcuratur. Et poteſtatem quidem habet Deus in hominibus, & perdere omnes ſi uult, ſicut & ipſum principẽ peccatorũ diabolũ. Nam ſicut diabolus cũ ſit in poteſtate Dei, tamen quoniam quantum ad propoſitum ſuum non uult eſſe Dei, non eſt de regno Dei: Sic & omnes peccatores quamuis ſint in poteſtate Dei, tamen quia nolunt eſſe ſub Deo, non ſunt regnum Dei. Nam uerè iuſtum regnum eſt, quando & rex uult homines habere ſub ſe, & cupiunt homines eſſe ſub eo. Quando autem rex per uiolentiam cogit eſſe ſub ſe, illud, quantum ad ueritatem, non eſt regnum, ſed tyrannis. Ideo & Deus, quamuis habeat homines in poteſtate, tamen uolentes recipit tantùm, ut non ſit tyrannus, ſed rex. Diabolus planè tyrannus eſt, quia & nolentes compellit facere uoluntatem ſuam.

Sicut ſanguis effuſus in terram hac atq́ illac ſpargitur: Ita impiorum anima à corpore fragilitatis more ſoluatur, quia & de anima dictum eſt, mortem eius eſſe corruptionem, eò quòd gratiæ cœleſtis munere defraudetur, & uelut colliſa malitiæ ſcopulis, ſalubritatis ſuæ corpus imminuat.

Sanguini noſtro patet cœlũ, ſanguini gehennæ cœli tabernaculũ. Et infernus omniũ gloria pulchrior & integrior corona, ſignatũ ſit quotiẽs de hoſte triũphabilis ſpolijs onuſtus ingredit̃ miles, uulneribus ſuis gaudẽs: Sic quotiens tempeſtatibus diu nauta fatigatus littora tuta cõtigerit, felicitatẽ ſuã depreſſo periculo ducit.

C Quemadmodum sanitas & morbus in animantis corpore considerantur, ac lumen, ac tenebræ in oculo: Sic uirtus & uitium in anima, sic cognitio & ignorantia in animo.

Siquidem non is qui in uerbis sapit, mihi sapiens erit: neque is qui linguam habet uolubilem, animum uerò ineruditum, sepulchrorum instar, quæ extrinsecus sunt ornata & speciosa, intus autem mortuorum cadauera, & multum recondunt foetorem, sed ille qui pauca de uirtute loquitur, multa uerò ostendit operibus, fidem que sermonis per uitæ roborat actionem, siquidem longè mihi præstabilior est formæ pulchritudo, quæ conspici potest, quàm quæ sermonis pingitur industria, necnon diuitiæ quæ manibus continentur, quàm quæ effinguntur somnio: ac sapientia quæ non sermonibus splendet, sed operibus collucet: intellectus em̃ bonus omnibus faciẽtibus eã, scriptura inquit, & non qui prædicant illã.

Quemadmodum eum qui futurus sit sapiens in sermonibus ueritatis, prius oportet elementis institutum esse, & hinc ad maiorem pergere institutionem, magniq; facere elementariã institutionem, non tamen in hac oportebit permanere, ueluti qui iam eam in precio habuerit initiò, sed progressum ad perfectionem habere gratiam hactenus utiliter factæ institutioni. Sic ad plenũ intellecta quæ sunt legis ac prophetarum, institutio quædam elementaris est ad intelligendum euangelium, atq; omnem sensum de Christi Iesu factis ac dictis.

Sapiens multa remittet, multos parũ sani, sed sanabilis ingenij seruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantùm rectas bonasq; arbores colunt, sed illas quoq; quas aliqua deprauauit causa, adminicula quibus reguntur administrant. Alias circuncidunt, ne proceritatem rami premant: quasdam infirmas uitio loci nutriunt: quibusdam aliena umbra laborantibus coelum aperiunt. Secundũ hæc
D uidebit perfectus sapiens, quod ingenium, qua ratione tractandum sit, donec in rectum praua flectantur.

Simul & hoc notandum est, quòd dicantur uerba sapientum pungere, nõ palpare, nec molli manu attrahere lasciuiam, sed errantibus, & tardis, poenitentiæ dolores & uulnus infigere. Si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationẽ facit audientibus, iste non est sermo sapientis. Verba quippe sapientũ ut stimuli. Quæ quoniam ad conuersationem prouocant delinquentem, & firma sunt, & à concilio sanctorum data, atq; ab uno pastore cõcessa, & solida radice fundata sunt. Hoc stimulo necdum Paulum, sed adhuc Saulum puto in uia cõfessum erroris audisse, Durum est tibi calcitrare contra stimulum Dei.

Inter primos ego sapientiã laudo eorum, qui in diuinis exercentur literis, seu exerceri cupiunt, nec unquam exercitio huic aliquid prætulero, nec malè à philosophia ipsa audire uellem, tanquam sapientiam ac disciplinam spernerem, obiter tamen immodestiam fugio, & insatiabilitatem reprehendo, malimq; ignauior q̃ curiosior haberi, si non utraq; effugere possem, immoderatusq; esse & timidior, quàm audacior uocari. Tu uerò quum ego cibi prohibeam intemperantiam, uniuersum me cibum prohibere putas, aut etiam cæcitatem laudare, quia modestẽ contueri iubeam.

Quemadmodum diuina sapientia plurimùm dissidet ab humana sapientia: Ita longè alius est sermo diuini spiritus, alius humani pectoris. Nihil coelesti illa facundia foecundius, sed opes suas non aperit, nisi scrutanti, nisi uestiganti, nisi auido, sed ita curioso, ut adoret, ut ueneretur omnia.

Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit. nõ est beatior eo, cuius intra paucos annos terminata uirtus est: Sic Deus non uincit sapientem felicitate, etiamsi uincit ætate.

Quemadmodũ qui sanũ facere potest, etiãsi medicinã non habuerit, totũ tamẽ habet:

A habet: qui uerò curare non nouit, etiãsi uideat artem exercere, prorsus tamē excidit: Ita quoq; in negotio legis habet & fidei, fidem enim si quis habet, is etiam legis finem habet. Extra fidem si quis fuerit, utriq; alienus est.

Quemadmodum is qui se exonerat, sarcinas graues, uestes aliaq; impedimenta remouens, non ob id dicitur iam ascendisse aut esse in culmine montis, sed se in statu priuatæ ascensionis constituit, & ascendendo de hora in horã appropinquat ipsius montis culmini: Ita & is qui accepta cœlitus uoluntate perpetuò cōtinendi, profiteatur uitam monasticam, nō ex hoc ipso iam est perfectus in uita christiana, sed se posuit in statu quidem altiori, quò facilius proficere ualeat in dilectione, abijciens impedimenta seu auocamenta.

Satan enim huius mundi princeps, & huius seculi Deus est, qui & cogit, ut subditi sui idem quod ipse uelint, nolint. Quid autem ipse uult, nisi deuastationes & interneciones? quid non uult, nisi conseruationem & salutem? Quum enim sit natura mendax & homicida, non potest nisi exitium & perditionē meditari. Nō est igitur mirum, quòd homines principi suo obsequentes, ament suam ipsorum internecionem, & persequantur odio benefactores & cōseruatores suos. Accedit huc quòd homines natura ita excæcati sunt, ut non intelligant, quæ sint uera beneficia, sed quemadmodū ægroti id ferè appetūt, tanq; sibi maximè omniū cōducibile, quod cū reparãda sanitate ex diametro pugnat, ita homines affectãt malefacta pro beneficijs, & beneficia iudicãt esse malefacta. Quid ergo faciēdum? Num quia mūdus non potest ferre ut sibi uerè bene fiat, male faciemus ei? absit. Vnicuiq; sua sectanda est uocatio. Etsi enim beneficium perditur apud ingratos homines, non tamen perditur apud Deum.

Quemadmodum satyrorum conspectæ imagines risum intuētibus mouent:
B ac sicuti aliæ mœstiores effigies cernentium & animum, & faciem tristium imaginationibus confundunt: & sicut nihil horum cū mouetur, intuentium faciem in suum traducit affectum: sed quod in immota imagine aspicitur, in illa immobili forma cernētium animos mouet, atq; ad sui imaginem dirigit: Ita & uirgo castitas imago, imò ipsius uirtutis effigies etiam conspecta solùm, ad Dei cōsiderationem humanos mox cōuertere ac mouere debet affectus. Feriat itaq; impudicus quisq; animo, ex aspectu uirgineo pulcherrimæ castitatis admonitus: reminiscat quisq; protinus Dei, dum eã cernit effigiē, quæ se ad eius perficiēda mãdata semper exercet, atq; ut breuiter dixerim, omniū aspicientiū uirginem, & affectus, et animus ad uirtutis transferat amorē, omnes ex allocutione eius grauitatē & cōpunctionem animo referãt. Nullus tanq̃ satyri, aut uoluptatis delicatã ac pictam faciē intuens, effundatur ad scelus, ne & illi probrū, & simulatæ uirginitatis aspectu, & sibi maioris interitus causam ex cōtubernio uirginis imprudentis acquirat. Diuinæ igiē imaginis, ut ita dixerim, prominente figura sese uirgo omni genere uirtutis exerceat, atq; à seculi curis faciat prorsus alienam.

Quemadmodum si quis scabiosum quendam, peste, morbo, senio, paupertate pariter ac fame corruptū nactus, formosum mox adolescentē reddat, qui quosuis uenustate superet, uehementem splendorem ex genis emittat, ipsaq; fulgura oculorum repercussionibus obscuret, quem deinde & in ipsum ætatis florem constituat, atq; insuper et purpura, et omnigeno mundo uestiat atq; exornet: Non aliter animam nostrã Deus & elaboratã & pulchrã, & desiderabilē ac dilectã reddidit. Nam & angeli, & archãgeli, & omnes sancti in huiusmodi animã obtueri desiderant: ita uidelicet nos & gratiosissimos fecit, & sibi ipsi desiderabiles.

Quemadmodū scarabei alieno stercore: Sic inuidi aduersa aliorū fortuna nutriunt, cū sint cōmunes humano generi hostes atq; inimici. Et alij quidē homines si animãtes rationis expertes crudeliter cædi ac dilaniari uiderint, aliquantulū cō-

C miserantur. Tu uerò quum salutis beneficium conferri homini cernas, expalles & tremis, & in ferocitatem cædendi benefactoris conspiras?

Quemadmodum scelera etiamsi non sint deprehensa cũ fierent, solicitudo nõ cum ipsis abijt: Ita improbarum uoluptatum etiam post ipsas pœnitentia est.

Hac locutione dictum est, Scientia inflat. Quid est, scientia inflat? scientia damnata est? sed quoniam adiunxit, Charitas uerò ædificat, quomodo ibi adiunxit, Spiritus uiuificat, dedit intelligi, Litera sine spiritu occidit, spiritus uiuificat, & impleri literam facit: Sic scientia sine charitate inflat, charitas cum scientia ædificat.

Quemadmodum omnis scientia atq; ars aliquid debet habere manifestum sensuq; comprehensum, & ex quo oriatur & crescat: Sic beata uita fundamentum & initium à manifestis ducit, & eo quod sub sensum cadit.

Sicut scintilla si materiã apprehendere præoccupauerit, omnia postmodũ depascit: Sic & peccati natura, postq̃ animæ rationes apprehẽderit, & qui extinguat nemo: difficilior fit iam, et uix superabilis fit frequentiũ accessione ad maiorẽ se cõtemptum extollẽs. Ita sæpius ab initio flammã quidã non extinguẽtes, in magnũ deuenere naufragium: non habens enim peccator se ulterius procedere prohibentem, equo similis est, qui frenum abruperit, & sessorem præcipitauerit. Etenim infirmi donec medicantes admittunt, multam habent spem sanitatis. Postquam uerò in mentis alienationem deciderint, immedicabiles sunt nullo curante, non propter morbi naturam, sed propter curantis absentiam. Oportet igitur peccati corruptionem, uelut equum effrenem in posteriora repelli. Nam post uitæ finem nec meritorum sunt occasiones: sicut nec athletis post transacta certamina, coronas adipiscendi.

Scintilla res parua est, & penè dum cernitur, non uidetur, sed si fomitem com-
D prehenderit, & nutrimenta sua quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, urbes, latissimos saltus regionesq; consumit. Fermentũ quoq; cuius ad aliam partem in Euangelio parabola temperata est, res modica uidetur & nihili: sed quum farinæ conspersum, totam massam suo uigore corruperit, in illius uim transit omne quod mixtum est: Ita & doctrina peruersa ab uno incipiens, uix duos aut tres primùm in exordio reperit auditores, sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta uulgare prouerbium, unius pecudis scabies, totum commaculat gregem. Igitur & scintilla statim ut apparuerit, extinguenda est, & fermentum à massæ uicinia semouendum, secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arrius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totũ orbem eius flamma populata est.

Scintillæ paruæ magnam lignorum congeriem impone, & non iam ignis erit fulgidus, sed fumum uidebis ualde insuauem. Viro ualde forti, & magno impone sarcinam uires eius excedentem, & uidebis cum sarcina humi iacere. Magnum onus inijce in nauim, & graue facies naufragium. Tale autem quiddam est uoluptas. Sicut enim in nauibus supra modum oneratis, magna turbatio est nautarũ, gubernatoris, eius qui in prora est, eorũ qui ascendunt malum, qui superiora quidem proijciunt in mare, quæ autem inferiora perdunt: Sic sanè & hoc loco: nam quę superius sunt, euomunt, alia autem inferius. Et seipsos corrũpentes liberant. Quod sanè turpius est omnib. quia ipsum os usum recipit postremarũ partiũ, et fit illis ignominiosius. Si aũt in ore tanta turpitudo, cogita in anima quid? Etenim illic omnia procellæ, omnia tenebræ, multa rationũ confusio, quæ apprehendunt, quæ affligunt, lingua ipsa iniuriam clamante. Hinc & ipsa uentris mancipia se inuicem arguunt, ægrè ferunt, student ut internũ stercus abijciant, attamen & postquam abiecerint, neq; sic turbatio quiescit, sed & febres hinc & morbi.

Quemad-

A Quemadmodum exiguam scintillam, si in profundam aquam immergas, protinus extinxeris: Itidem quamuis magna animi deiectio, si in bonam incidat conscientiam, perit facileq; euanescit.

Quemadmodũ scorpij filiũ quicũq; aspexerit, metuet ne ubi per ætatẽ licuerit, patris uenenũ imitetur: Sic item & ex te descendentes liberos, ut paternæ iniquitatis hæredes futuros, priusquam ad ætatem ueniant, omnes cauebunt illisq; insidiabuntur. Quid igitur plures insidiatores ac inimicos tuis liberis paras, quum potius, si toto tempore uiueres, dare te operam oporteat, multorum beneuolentiam ad tuorum tutelam habere adiutricem? Quoniam autem incertum est quàm diu uiuas, relinque per beneficentiam multos, qui pro te rem curent, nequando te discedente è uita, deinde diuitijs quas congregas, ad successorem, ob odium fortè apud homines contractum, minimè prouenientibus, moueant omnes caput, ac dicant, Quomodo male parta male dilabuntur, & ad filios minimè transmissa sunt.

Sicut scorpij & serpentes qui in sicco præualent, in aquam præcipitati, præualere non possunt, aut sua uenena retinere: Sic & spiritus nequã, qui scorpij & serpentes appellantur, & tamen per nos data à domino potestate calcati, permanere ultrà nõ possunt in hominũ corpore, in quo baptisato & sanctificato incipit spiritus sanctus habitare. Hoc deniq; & rebus ipsis experimur, ut necessitate urgẽte in ægritudine baptisati, & gratiam consecuti careant in mundo, quo antea mouebantur, & laudabiles in ecclesia uiuant.

Itaq; sicut qui semel est ictus scorpio, huic sub omni lapide dormit scorpius: Ita qui lapsu linguæ linguas maledicorum in se concitauit, etiam tuta timens, circumspicit omnes actiones suas, ne quid fallat imprudentem, & cũ beato Iob dicit: Verebor omnia opera mea.

B Scirpus & carectum, speciem uiriditatis habent, sed ad humanos usus fructũ utilitatis non habent: Ita Hypocritarum uita.

Quid est scriptura sacra, nisi quædam epistola Dei omnipotentis ad creaturã suã? Et certè sicubi esset gloria uestra alibi cõstituta, & scripta terreni iam Imperatoris acciperet, non cessaret, nõ quiesceret, somnũ oculis non daret, nisi prius quid sibi Imperator terrenus scripsisset, agnouisset. Imperator cœli, dominus hominũ & angelorum pro uita tua epistolas suas tibi transmisit, & tamen easdem epistolas ardenter legere negligis.

Scriptura dum intrinsecus radiat, uelut preciosissima quæq; gemma in profundum fulgorem considerantium demittit oculos.

Scriptura ut fidelis speculi nitor, nullius accipit adulandam personam, sed ad laudanda & uituperanda hominum facta, illis ipsa iudicat, uel legentibus iudicanda proponit, nec solùm homines ipsos uel uituperabiles uel laudabiles intimans, uerũetiam quædã in uituperabilib. laudãda, & in laudabilib. uituperãda nõ tacẽs.

Scriptura sacra cibus est nobis in obscuriorib. quòd quasi exponẽdo frangitur et mãdendo glutitur: potus est in locis apertioribus, quia ita absorbetur sicut inuenitur.

Scripturæ mos est, si quãdo parat accusare quempiam, nõ modò peccatũ illius narrare, uerũetiam docere nos, quæ fuerit peccati causa. Id aũt eò facit, ut qui sani sunt, eos reddat tutiores cautioresq;, ne in eadẽ incidant mala: Similiter & medici ad ægrotantes ingressi, antequam curent morbum, inquirunt uestigantq; unde morbus sit inflictus, ut ab origine coërceant malum. Propterea quòd qui manente radice ramos tantùm execat, nihil aliud quàm inanem sumit operam.

Quod est illud os, nisi scripturæ, per quas uobis loquitur spiritus domini? Istæ clausæ erant & signatæ pro temporis ratione: ut clauderent eas ipsi qui scripserunt, præceptum domini habebant. Exempli gratia, Tu Daniel claude sermones, signa librum usque ad tempus statutum. Ad Esaiam: Liga testimonium,

signa

C ſigna legem in diſciplinis meis,clauſæ erant ſpiritualia annunciando, carnalia uidebantur illi,qui carni ſubditus, & terrenis cupiditatibus deditus erat. Exempli gratia, Dominabitur à mari,& c.hæc & his ſimilia Iudæi legentes, a uream & gemmatam Hieruſalem terrenam ſe habituros putabant.

Vnde oportebat & te & omnes qui intendũt huic ſcripturę,& ſoliciti ſunt pro ſua ſalute,non quum audiũt forinſecus eorum ſermones, ſponte ſuccumbere:ſimilia enim loquentes fidelibus,ſicut prædiximus, non ſolùm diſſimilia ſapiunt, ſed & contraria, & per omnia plena blaſphemijs,per quæ interliciunt eos qui per ſimilitudinem uerborum,in& mille affectiones earum in ſe attrahunt uenenum. Sicut quis aquæ mixtum gypſum dans pro lacte, ſeducat per ſimilitudinem coloris,ſicut quidam dixit ſuperior nobis,de omnibus qui quolibet modo deprauant quæ ſunt Dei, & adulterant ueritatem Dei, lacte gypſum male miſcetur.

Rectè mihi rerum naturam perſpexiſſe uidentur,qui ſacram ſcripturam cum amœno horto,ac uarijs ijſq; pulcherrimis floſculis & herbis exornato,contulerũt. Nam quo longius in horto procedas,eo plures inuenias herbas & flores, quibus non ſolùm te oblectes, uerumetiam ad ſalutem corporis tui utaris: Sic & ſacræ ſcripturæ hortus lectori ſubinde eiuſcemodi quaſi herbas oſtentat, quæ ſi deguſtentur,tantam uirtutem afferunt,ut iam non tam in uera iuſtitia ambulare, quàm in omnibus aduerſis ſeruari queas.

Scripturarum ſanctarum amœna prata ingredior, uiridiſſimas ſententiarum herbas exarando carpo,legendo comedo,frequentando rumino, atq; congregando tandem in alta memoriæ ſede repono,ut tali modo Dei dulcedine guſtata, minus iſtius miſerrimæ amaritudinis ſentiam.

Cur ergo hoc diſpliceat in ſenſibus ſcripturarum, quod in uſibus rerum aſſi-
D duè experimur?In quantos,uerbi cauſa,ſola aqua noſtrorum aſſumitur corporũ uſus?Ita unuſquilibet diuinus ſermo nõ erit ab re, ſi diuerſos pariat intellectus, diuerſis animarum neceſſitatibus & uſibus accommodandos.

Magnum malum eſt ignorare ſcripturas, ſi à quibus utilitatem capere oportebat,ab his incommodamur:Ita & remedia ſæpe naturam habentia curatiuam, neſcientibus his qui utuntur, bene uti illis,corrumpunt ac peſſundant. Et ab armis quibus ſe quis poſſet tutari, ſi nullus ſit qui rectè circumponat, damnum accipi poteſt. Cauſa autem eſt, quia omnia magis quærimus quàm animæ utilitatem, & aliena magis conſideramus quàm noſtram utilitatem. Et domum quidem ut conſiſtat ſæpe quærimus, & non ferremus uidere illam uetuſtate uel tempeſtate ſubuerſam, uel collapſam: De anima autem nullã eſt cura, ſed licet fundamenta eius uideamus putreſieri, & ſtructurã ipſam & ædificium: nullam tamen eius rei habemus rationem. Iterum armenta habentes, quid illis proſit quærimus, & equis ſuos paſtores ac medicos, & omnia bene proſpicimus. Et domus curamus, & de concreditis admonemus: ita ut non ſimpliciter neq; temerè abigamus, neq; onus imponamus, neq; intempeſta nocte educamus, neq; alimenta uendamus, & apud nos ſunt multæ leges de beſtijs curandis: De anima autem nullus eſt ſermo. Iterũ quid dico de beſtijs quæ nobis utiles? Sunt multi qui paſſeres nullam utilitatem habentes paſcant, ſed ſolùm delicias, & multæ etiam de illis leges, nihilq; omittitur uel negligitur. Et omnia magis curamus quàm noſipſos: ſic omnibus ſumus ignobiliores. Et ſi quis per contumeliam nos dicat canes, dolemus: nos autem quando noſipſos contumelia afficimus, non uerbo, ſed opere, haud tantam adhibemus diligentiam animæ, quantã canibus, & nihil graue nos ferre putamus. Videtis quãtis cuncta tenebris plena ſunt? Quot ſunt qui curant canes, ne plus quàm par eſt impleantur, & ita ut efferi præ fame & eſurie uenentur, ſeipſos autem non curãt: & ita docent non deliciari, ut & beſtiæ Philoſophiam diſcant, ſeipſos autem permittunt

A mittuntin ferinam sæuitiem degenerare. Aenigma dixisse uideor: nam ubi sunt animalia philosopha? An non uidetur tibi esse magnę philosophię, quādo canis mordet præ fame, postquam in uenatione arripit & uenatur, à præsenti esca absti net, & mensam uidens propositā, etiam fame urgēte expectat dominū? Erubescite à uobisipsis, docete uentres uestros ut sint philosophi. Nulla uobis defensio est: qui potest indere naturæ brutæ, quæ neq; loquitur, neq; rationem habet, tantam philosophiam, multo magis potest sibiipsi. Quia enim diligentiæ humanæ est, & non naturæ (oportet alioquin omnes canes hoc habere) fiatis saltem sicut canes. Vos me cogitis inde similitudines afferre. Oportebat enim à cœlestibus. Quoniā autem si dixero tale quid, dicitis quòd illa magna sunt, propter quod nihil dico cœleste. Et si dixero Paulum, dicetis quòd ille apostolus fuerit: si dixero hominē, dicetis quòd ille potuit: propter hoc neq; hominem dico, sed bestiam. Et bestiam quæ hoc non habet à natura, ne dicatis quòd natura, & non electione hoc fecit. Et hoc profectò mirabile, quòd non sua electione, sed tua diligentia: non quòd fatigata, non quòd cursu dilacerata, non quòd suis laboribus apprehendit cōsiderat, sed omnibus illis foras missis, domini præceptum seruat, & uentre fit superior. Etiam inquit, expectat enim laudari, expectat maiore frui mensa. Dic igitur & tibiipsi, quòd canis spe futuræ uoluptatis præsentem contemnit, tu autem non uis spe futurorum bonorum, præsentia despicere: sed ille quidem scit quòd si intempestiuè & secus quàm domino placet alimentum degustat, etiam illo priuatur, & neq; constitutos cibos accipit, sed plagas pro alimento: Tu autem neq; hoc potes uidere, & id quod à consuetudine didicit ille, hoc tu per rationem tuam non corrigis. Imitemur canes. Hoc dicuntur facere & Aquilæ & accipitres. Et sicut se gerunt canes in feras & capreas, ita illę in uolucres, & idipsum ab humana institutio

B ne. Hæc nos condemnare possunt, hæc nos trahere. Dicam & aliud. Equos agrestes & indomitos apprehenses, licet recalcitrent ac mordeant, in tam breui tempore ita periti erudiunt, ut eques ex composito incessu insidens oblectetur. Animam autem, quum absq; ordine graditur, nullus curat, sed & saltat & calcitrat & humi trahit, sicut puellus, & multa fœdè agit, & nullus illi adhibet psalides & retinacula pedum, & frenos, neq; insidet peritus eques, Christum dico, propter hoc omnia confusa sunt. Nam quia etiam canes doces imperare uentri, & furorem in leone domas, & ferociam in equo, doces etiam loqui aues: quomodo non absurdum brutis naturis rationalia indere opera, in rationalem autem, brutorum ingenia & affectiones introducere? Nulla nobis est uenia. Omnes qui bene agūt, nos accusant tam fideles quàm infideles. Nam & infideles bene agunt, & bestiæ, & canes, & non soli homines, sed & nos ipsos accusabimus, quandoquidē ipsi uo fuerimus bene agere. Si autem ignaui fuerimus, exibilabimur. Etenim qui excellenter mali sunt, multi sæpe quia uoluerunt, imitati sunt. Causa autem hæc quam dixi, quia obambulamus quærentes quæ nostra sunt, non quæ proximorum. Si domum extruxeris magnificam, domus utilitatem, non tuam uidisti: si equum bonum curaueris, similiter: nullus solicitus est ut sit anima bona, quamuis ubi hæc bona fuerit, non est illis opus: si autem non, neq; ex illis utilitas est. Sicut & de sponsa dicitur, licet thalami sint ex uelaminibus aureis, etsi assint chori mulierum pulcherrimarum, etsi rosæ & corollæ, etsi sponsus pulcher sit, etsi ministræ, etsi amicæ, etsi omnes decentes sint, illa autem deformitate plena, nulla utilitas: sicut neq; damnum, si illa pulchra sit, ex illis. Quin & contrarium est, nam si deformis est, ab illis deformior apparet, ab istis autem pulchrior fieret. Ita certè etiam anima habet, quando pulchra est, non solùm opus habet illis, sed etiam obumbrat pulchritudo illius. Philosophiam enim non sic uidemus in diuitiis, ut in paupertate fulgentē: nam illic quidem multi opibus adscribunt uirtutem, & quia non indiget pecuniis.

C Quando autem in paupertate agit, & per omnia clarescit, & nihil turpe admittit, iam nulla corona afferri potest eiuscemodi. Hãc igitur ornemus, siquidem uoluerimus ditari. Quæ utilitas quando mulæ quidem albæ sunt, & pingues ac obesæ: tu autem insidens macer, scabiosus es ac deformis? Quæ etiam utilitas, si lecti quidem molles, & uariè ornati: anima autem pannosa, nuda ac deformis? Quod lucrum, quando equus quidem compositè ambulat, & saltanti quàm gradienti similior est, & cum saltatione ornatus mundo nuptiali: insidens magis claudicet claudis, & ebrijs, & insanientibus, distortisq; sit pedibus ac manibus? Dic sanè mihi, si quis tibi daret equum bonum, & corpus uulnerasset, quæ utilitas? Nunc animã distortam habes, & non est tibi curæ. Curemus nosipsos aliquando, obsecro, oro, ne nos exhibeamus ignominiosiores ac fœdiores quàm illi sunt, & quidẽ si uerbis conuitia in nos iactet quis, mordemur ac dolemus: re autem ipsa nosipsos contumelia afficimus, & non conuertimur.

Tuam in scripturis sanctis gloriam, ô fili hominis, tuum quærere & inuenire honorem in propheticis & Euangelicis præconijs, tale nobis est inter tædia uitæ præsentis, quale fesso uiatori, remissis interdum grauibus sarcinis residere sub umbra odoriferæ arboris, prope riuulum aquę iugiter salientis, gratoq; ocio fugacem insequi, & comprehensam attrectare columbã, tactu blando, manibus innocuis: & reuera sic est. Sancta quippe scriptura, ipsa est columba illa, de qua ipsius autor spiritus sanctus in Psalmo dicit, Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius aurum. Si alij non, at mihi scribenti, hoc ipsum quod scribo proficit. Hoc dulce studium iam in præsenti nonnihil præmij, nonnihil habet suæ exercitationis emolumentum. Quàm suaue est, ut dixi, uiatori demissis interdum sarcinis pennulas columbæ deargentatas, & aurea dorsi eius præ oculis habere & manibus tra-
D ctare scripturã, cuius & exterior sermo castus absq; omni superfluitate nitet quasi argentũ, & interior sensus rutilat quasi aurũ. Trahit sua quenq; uoluptas, & hoc habeo testimoniũ cõscientiæ, quòd dixerim ego uoluptati huic, Trahe me post te.

Si in scriptis quæ de secularibus negocijs ab hominibus conficiuntur, sæpeq; tempore corrumpuntur, uel unam procœmij syllabam deesse, multum momẽti habet: Quãto magis hoc in scripturis diuinis à spiritu sancto compositis inuenitur, modò sobrij simus, & non temerè progrediamur, sed intenta mente diligenter omnia consideremus, & non negligentiores simus alijs, qui hoc studio in prophanis utuntur. Enimuero qui metalla effodiunt, nõ in superficie manent, sed quum ualde profundè ascenderint, & auri ramenta habere potuerint, magno labore & constantia ea à terra separant, postq; multum illum laborem, breuem aliquam laborum inueniunt consolationem. Veruntamen licet hi sciant quòd sæpe utilitatẽ percipiant laboribus non respondentem, utpote minorem: & quòd sæpe post tot uigilias & labores, etiam expectatione sua frustrentur: neq; sic desistunt, sed spe aluntur, & sensu laboris carent. Quòd si illi tantum præ se ferunt studium in corruptibilibus, incertis & noxijs: multo magis addecet, ut nos, ubi diuitiæ auferri nequeunt, & thesaurus absumi non potest, & spe non aberratur, par uel maius studium adhibeamus, ut hinc aliquo fructu percepto, desiderata assequi possimus, agnitaq; ineffabili misericordia Dei, gratias agentes domino nostro, eius nobis fauorem conciliemus, & diaboli retibus non illaqueemur.

Quemadmodum scutũ uel clypeus omni corpori obiectus est, ceu ianua quædam custodiens & concludens ipsum: Hanc ad rationem firma & indubitata fides animæ est in custodia.

Secari & uri se homines patiuntur, ut dolores non æterni, sed aliquãto diuturnioris hulceris acriorum dolorum precio redimantur, in languida & incerta uacationis breuissimæ atq; ultimæ uita, Immanissimis bellis miles atteritur, pluribus

fortasse

A fortasse annis in laboribus inquietus, quam in ocio quieturus. Quibus tempestatibus & procellis, quàm horribili & tremendæ sæuitiæ cœli & maris importuni sunt mercatores, ut diuitias uentosas acquirant, maioribus quàm quibus acquisituri sunt, periculis & tempestatibus plenas? Quos æstus, quæ frigora, quę pericula ab equis, à fossis, à præcipitijs, à fluminibus, à feris perferunt uenatores? quem laborem esuriendi & sitiendi, quantas uilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias, ut bestiam capiant? & interdum nec ipsius bestiæ carnes, propter quam hæc tanta sustinent, epulis necessarias. Quanquam etsi aper ceruusque capiatur, magis suaue sit uenantis animo, quia captus est, quàm comedentis palato, quia coctus est. Quantis cruciatibus prope quotidianarum plagarum tenera puerorum ætas subditur? Quantis etiam scholis uigiliarum, & abstinentiæ molestijs exercentur, non propter discendam sapientiam, sed propter opes honoresque uanitatis, ut numeros & literas, & disertas fallacias eloqui discant? Sed in his omnibus qui hęc non amant, eadem grauia patiuntur. Qui uerò amant, eadem quidem, sed nō grauia pati uidentur. Omnia enim sana & immania prorsus facilia, & propè nulla efficit amor: Quanto ergo certius ac facilius ad ueram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam, quantum potuit cupiditas fecit? Quàm facilè toleratur qualibet aduersitas temporalis, ut æterna pœna uitetur, æterna requies comparetur? Non immeritò ille uas electionis cum ingenti lætitia dixit, Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ecce unde illud, Iugum suaue est, & sarcina leuis: etsi angusta est paucis eligentibus, facilis tamē omnibus diligentibus. Dicit Psalmista: Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus.

B Quemadmodum nemo apud seipsum secretum quid habet, neque etiā seipsum celare quicquam potest: Ita neque amicos. Vbi uerò nulla sunt secreta, ibi non potest esse ex secretorum reuelatione amicitiæ diremptio. Secreta siquidem non habemus aliunde, quàm ex eo quòd non omnibus fidem habemus.

Quid nobis cum istius seculi uita, in qua est tentatio, imò ipsa uita hominis tentatio est, & exilior quàm sermo fabularum, habitare in luteis domibus, dies & noctes in lucris ponere, & de lucris semper cogitare, & sicut mercenarius diurnā mercedem quærere, atque ut cicadas aiunt, aura quadam pasci cupiditatum? Verè sicut cicadas, quia de die in diem uiuunt, quæstuque rumpuntur suo. Quid enim aliud sunt homines nullius ponderis, nullius disciplinæ, nisi ut uideantur, sicut cicadæ ad mortem nati diurnam, strepentes magis quàm loquentes? Qui sub ardore feruentium cupiditatum semulceant cantu sibi noxio, statimque occidant, nullum fructum ferentes, nihil habentes gratiæ.

Nam sicut in hoc seculo, cū est propositum cum hoste certamen, prius laborādum est, ut sis postmodum in ocio, esuriendum, sitiēdum: ęstus, frigora perferenda, humi quiescendum, uigilandum, periclitādum est, ut saluis pignoribus, & domo, & re familiari, & omnibus pacis ac uictoriæ bonis perfrui possis: Sin aūt præsens otium malueris quàm laborem, malum tibi maximum facias necesse est. Præoccupabit enim aduersarius non resistentem, uastabūtur agri, diripietur domus, in prædam uxor ac liberi uenient, & tuipse interficiere ac capiere: quæ omnia ne accidant, præsens commodum differendum est, ut maius longiusque pariatur: Sic in omni hac uita, quia nobis aduersariū Deus reseruauit, ut possemus capere uirtutem, omittenda est præsens uoluptas, cum hostis opprimat, uigilandum, stationes agendæ, ,militares expeditiones obeundæ, fundendus ad ultimum sanguis. Omnia denique amara & grauia patiēter ferēda, eo quidem promptius, quo nobis imperator noster Deus præmia æterna pro laboribus cōstituit. Et cum in hac ter-

C rena militia, tantum homines laboris exhauriant, ut ea sibi pariant, quæ possunt eodem modo perire, quo parta sunt: certè nobis nullus labor est recusandus, quò id acquiratur, quod nullo modo potest amitti.

Nam quemadmodum qui in seditione coniungunt sese cum seditiosis, ut conseruent facultates & uitam suam, hi solent & facultates & uitam amittere, propterea quòd iudicentur & ipsi seditiosi ac trucidentur: qui autem periculo uitæ suæ seditiosos fugiunt, & sectantur legitimum magistratum, hi uitam suam conseruare solent: Ita in Christianismo cùm oritur persecutio aduersus Euangelion & confessores eius, seditio est. Ergo qui abnegato Christo & Euangelio eius, coniungit se spe retinendæ uitæ cum impijs persecutoribus, is amittit omnem uitam & salutem suam. Qui uerò perseuerat Christum confiteri, quantumuis magno uitæ suæ periculo, is conseruat ueram suam uitam, etiamsi corporalem, & alioqui breui perituram uitam amittat. Nam quod impius timet, inquit Salomon, hoc accidit ei. Quicquid enim impietate conseruaueris, hoc certissimè amittis: quicquid autem pietate amiseris, hoc certissimè conseruas.

Quomodo lætæ segetes, & uberes agri, interdum culmis aristisque luxuriant: Ita præclara ingenia, & mens plena uirtutibus, in uariarum artium redundat elegantiam. Vnde & apud Græcos Philosophus ille laudatur, qui omne quo uteretur, usque ad pallium & annulum, manu sua factum gloriatus est: Hoc idem possumus & de isto dicere, qui basilicas ecclesiæ, & martyrum conciliabula diuersis floribus, & arborum comis, uitiumque pampinis adumbrarit, ut quicquid placebat in ecclesia, tam dispositione, quàm usu, presbyteri laborem & studium testarentur.

Si quis promitteret te iam senem factum, atque in summa paupertate uiuentem, confestim mutaturum in iuuenem, inducturumque in omnem iuuentutis uigorem, ita ut

D sis & uehementer ualidis uiribus, & forma cunctos excellens, daturumque præterea mille annorum uniuersæ terræ regnum, regnum inquam, in quo summa sit & altissima pax atque securitas: quid quæso, promissionis huius gratia non esses uel facturus uel passurus? Iam uide, Christus non ista, sed multo maiora promittit: neque enim tantum est inter senectutem ac iuuentutem discriminis, quantum est inter corruptionem et incorruptionem, nec tantum à regno differt paupertas, quantum à futura gloria, ea quæ præsentis est uitæ, sed quantum à ueritate ipsa superant inania somnia: imò ne sic quidem adhuc rem ipsam satis expressi. Non est enim uel sermo uel ratio, unde possit magnitudo doni, quod in futuris bonis est, quanta illa sit præsentibus comparata, euidenter repræsentari: quantum uerò ad temporis attinet diuturnitatem, nullo modo possibile est ut quæ utrinque sit differentia, mente concipi queat. Quo namque pacto quis præsentibus ui tam illam comparabit quæ finem non habet? Deinde pacis illius æternæ tantum est ad præsentem hanc discriminis, quantum est pacis ad bellum. Adhæc corruptionem tantum excellit incorruptio, quantum glebam luteam illustris quæpiam margarita, imò quantumlibet excellentes differentias posueris, nihil tamen poterit huius rei dignè repræsentari. Nam etiamsi radij solaris luci, aut illustrissimæ cuipiam coruscationi, pulchritudinem illam, quæ tunc nostrorum erit corporum, comparauero, nihil tamen adhuc quod splendore illo dignum sit, protulerim. Pro istis itaque comparandis, quanta poterit esse pecunia, quæ corpora, imò quæ animæ, quæ non dignè impendantur? Iam si te quispiam in regnum quoddam duxisset, regemque eò permouisset, ut bona illic omnia tibi decreuisset, ita ut illius esses & commensalis & contubernalis, utique feliciorem te cunctis factum diceres. In ipsum uerò cœlum ascendere, coramque ipso uniuersorum rege adstare, atque è regione angelorum splendore, ac ineffabili illa potiri gloria dubitas? Quòd si propter illa dimittenda esset pecunia, ipsa etiam uita exuenda, debebas profectò & exultare & gaudere, præque nimia uoluptate alacriter gestire.

Semen

A Semen non excrescit accepto augmento sine terra & pluuia: Neq; homo quicquam utilitatis capiet sine laboribus uoluntarijs diuinoq; adiutorio.

Quemadmodum semen dum crescit, maius quidem è modico redditur, idem tamen est quod antea non immutatum genere, sed perfectum ex incremento: Ita & mihi eandem sententiam quidem suis auctam profectibus, non autē quæ nunc est, ei quæ ab initio erat, aduersam esse arbitror.

Sicuti semina paulatim formantur in uteris, & tam diu non reputatur homo, donec elementa confusa suas imagines membraq; suscipiant: Ita sensus ratione conceptus, nisi in opera prorupetit, adhuc in uētre retinetur, & citò abortio perit, quum uiderit abominationem desolationis stantem in ecclesia, & Satanam transfigurari in angelum lucis.

Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, & paria his, ex quibus orta sunt, surgunt. Si malus, non aliter quàm humus sterilis ac palustris necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus.

Si quis diuersa semina in unum permisceat, & hæc indiscreta seminet, uel passim spargat in terram, nônne uniuscuiusq; seminis, quocunq; loco fuerit satio, cōpetenti tempore secundum naturæ suæ speciem germen producit, & culmen suæ formæ suiq; corporis reparat? Ita ergo & uniuscuiusq; carnis substantia, quamuis uariè & diuersa dispersa sit, ratio tamen ipsa, quæ inest unicuique carni, immortalis est.

Nasci de adulterio nō eius est culpa qui nascitur, sed illius qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra quæ fouet, non semē quod in sulcis iacitur, non humor & calor, quibus tēperata frumēta in germē pullulant, sed, uerbi gratia, fur &

B latro, qui fraude & ui eripit semina: Sic in generatione hominum recipit terra, id est, uulua, quod suum est, & receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit.

Quemadmodum in semente qui seminat, non potest ex ordeo metere triticū, eò quòd oporteat & sementem & messem eiusdem esse generis: Sic & in operibus. Qui in carne deposuerit delicias, temulentiam, concupiscentiam absurdam, quæ hinc prouenīunt, metet.

Sicut qui seminat per hyemem, non deterretur ab opere propter hyemem: Sic & nos pressura mundi non debemus à bono opere deterreri, quia qui seminat in lachrymis, in gaudio metet.

Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent: ipse agricola quando procedit, & portat semen, nōne aliquando frigidus est uentus, & imber deterret? Attendit cœlum, uidet tristem diem, attendit & expectat diem lætam, ne tempus transeat, & non inueniat quod metat: Seminate & uos in hyeme, seminate bona opera.

Sicut qui seminādi causa accipiēs semē, tēpore seminationis nō seminauerit, damnū facit domino suo, et si nō perdiderit semē, est tamen tantū damnū, quantū poterat lucrū facere, si opportuno tēpore seminasset: Sic qui accipit fidē Christi, & in hoc seculo seminationis non fuerit operatus iustitiam, etsi fidem suam non perdiderit, tamen tantū uidetur peccasse, quantū potuit iustitiā facere, si nō neglexisset.

Sicut senatorem chlamys ornat, sicut agricultura rusticū, sicut barbarū arma, sicut nautam nauigationis peritia, & singulos quosq; opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat autores: Sic episcopū non aliud nisi episcopalis opera designat, ut ex bono opere magis quàm professione noscatur, plus meritis esse episcopus quàm quòd nomine uocitetur.

Senes marinis piscibus rectè quis cōpararit: hi enim uēto tempestuoso & ualido, aquā magno stridore turbāte & cōcutiente, secessus profundos, quasi syluas

C uel florulenta loca ingressi, commoditati suæ consulunt: uerùm ubi radiorum solis splendor aquis redditus fuerit, & totum mare arridere quodammodo uiderint, resumunt animos & renatant, abiectoq; metu & desidia, in summis ludunt fluctibus. Her. Ita scias amice, non aliter habere meam causam. Cyril. Iam uerò cùm à turbis & negocijs semotissimus sis, & mens tua, ut opinor, non minus quàm iuxta focum uacet, quid hinc afferes nobis emolumenti: maximum utiq; & quantū afferre sanctos decet: aut nihil boni solitudinibus tribueremus.

Quemadmodum quinq; nobis sensus sunt, quibus omnibus pro rerum exigentia uti oportet: Ita & omnibus utendum est uirtutibus.

Sermo Dei, quo ex errore ad ueritatē retrahimur, quo per comminationem terroremq; iudicij, ad innocentis & sanctæ uitæ uiam regimur, uirga est, per quam intra disciplinam diuini metus cohibet timoratio, ac prouidentis rectoris monitu coërcemur. Apostolus monuit Corinthios, utrum mallent cum seueritate doctrinæ atq; obiurgationis adesse, an in spiritu lenitatis. Quod utrunq; secundum modestiæ tenorem erat necessarium, ut obedientibus lenior, insolētibus uerò sæuior adueniret. Virga de radice Iesse floruit, ut uirgæ seueritatē floris suauitas temperaret, cū unicuiq; nostrū doctrinæ terror regimē perfectæ beatitudinis ammoueret.

Quomodo loquentis sermo præteruolat: Ita & opus araneæ incassum texitur. De quo super persona hæreticorum scriptum est in Esaia, Telam araneæ texunt, quæ parua & leuia potest capere animalia, ut muscas, culices, & cætera huiusmodi: à fortioribus autem rumpunē, instar leuiū in ecclesia simpliciumq;, qui eorum decipiuntur erroribus, cū uiros in fidei ueritate robustos non ualent obtinere.

Sicut augetur sermo Dei in anima nostra, dum suscipitur, dum intelligiē, dum comprehenditur: Ita etiam uita eius augetur. Et quemadmodum ē contrario allo-
D quium Dei deficit in anima nostra: Ita & incurrit eius uita defectum. Itaq; ut connexio ista animę & corporis nostri spiritu uitali animatur atq; alitur & tenetur: Ita uerbo Dei & spiritali gratia anima nostra uiuificatur.

Quemadmodum quos aut sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, peruenisse antē sciunt, quàm appropinquasse: Ita hoc iter uitæ assiduum & citatissimum, quod dormientes uigilantesq; eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine.

Alliga sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis suis coërceatur. Citò lutum colligit amnis exūdans.

Non enim indoctē docemus, neque iniurijs decertamus, quemadmodum accidit multis, qui sermone pugnant contra loquentes, paruitatemq; intellectus, iniurijs quandoq; detegunt. Illi enim sermones, quemadmodum & sepiæ, atramentum contra seipsos expuunt, quò effugiant uenantes, aut latitent indagantes.

Neque si serpens assiduò stimulatus indignetur, atq; resiliat contra stimulantem, mirandum fuerit. Et à prælio uictoriaq; & cęde redeuntem, pugnare necesse est, sæpenumero autem & uulnera habere. Quum ergo uideris quempiam eleemosynas facientem, aliaq; mille operantem bona, præcidentem diaboli uires, postea tentationibus periculisq; circunduci, idcirco ne turberis: nam propterea in tentationem cecidit, quòd diabolo plagas uehementer infligeret.

Sicut mordet serpens in silentio: Sic qui fratri suo occulte detrahit.

Quæ autem sit serpentis prudentia, contuendum est. Nescio quid in illo prudentiæ consilijq; extet, licet quædam hinc aliqui memoriæ mandauerint, quòd ubi se in manus hominum uenisse intelligat, omni genere abiectu caput subtrahat, idq; aut collecto in orbem corpore contegat, aut foueæ immergat, cædiq; partem reliquam derelinquat. Nosq; hoc exemplo oportere, si quid acciderit persequutionum, caput nostrū, quod est Christus, occulere, ut ablatis nobis in omnes

cru-

A cruciatus, fidem ab eo acceptam iactura corporis communiamus.

Quemadmodum serpentis quoddam genus quum it ad bibendum, priusquã ad fontem uenit, omne uenenum euomit: Ita Christianus quum ad orandum accedit, omnem iracundiam & odium proximi deponat.

Si quis uestrum aliquando perspexit præ cantationibus sopitum serpẽtem portari in manibus, uel protrahi de cauernis, nihil ualentẽ nocere uenenis, utpote incantationis uirtute torpentibus: Ita etiã lectionis diuinæ uirtute, si quis intra uos est cõtrariæ potestatis serpens, si quis ad insidiandũ coluber latet, si patienter ferat, si non tædio fatigatus auertat auditum, scripturæ carminibus, & diuini sermonis assiduitate depellitur.

Fratres, ut à peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur. Quomodo qui intuebantur serpentem æneum in deserto, nõ peribant morsibus serpentum: Sic qui intuentur fide Christi mortem, sanantur morsibus peccatorum.

Melius esset habere serpentem in uisceribus sese uolutantem, quam liuorem intus depascentem. Nam illum sæpe pharmacorum usu euomi contingit, & alimento mitigari. Liuor autem non uoluitur uisceribus, sed in animæ sinu uersat, affectioq́ est difficilè curabilis. Et serpens quidem quum intus sit, apposito alimẽto humana corpora nõ contingit: Liuor autem licet plurima illi edulia proponas, illam deuorat animam, undequaq; mordens, dirumpens, distrahens. Neq; inuenire potes illam medicinam, per quam à suo furore liberetur.

Quemadmodum etiam si quis serpentem apprehendat manu, dumq; conat in alterum proijcere, prorsus ipse mordeatur: Aut si quis ignem manu tenẽs, dum uult hostem lædere, non intelligat, quòd ipse prorsus exuritur: Sic malitia militat aduersus eos qui ipsa utuntur, magisq́ lædit eos, à quibus habetur, quàm eos in

B quos intenditur.

Si serpentem prope lectum nostrum latitantem sciremus, omnem diligentiã impenderemus, quatenus tolleretur. Diabolo uerò in animabus nostris delitescẽte, nihil putamus nos ferre quod graue sit, sed omnino torpefacti decidimus. Causa uerò est quòd oculis corporeis ipsum nõ uidemus: atqui uel propter hoc ipsum uigilare magis cautosq́ esse oportebat. Sensibilem quippe hostem facilè quis obseruauerit, inuisibilem uerò, nisi perpetuò bene fuerimus armati, non facilè potẽrimus effugere.

Sicut serpentes præ omnibus animalibus astutiores sunt, & astutia eorum nõ est in bono, sed in malo: hoc enim semper aspiciunt, quomodo aliquem mordeãt: & cùm momorderint, quomodo se occultent: Sic & omnes hypocritæ astutiores sunt cæteris hominibus, simpliciter uiuentes, & in astutia sua cogitant quomodo aliquem lædant: & cũ læserint, ita simpliciter ambulant, quasi neminẽ nocuerint.

Serpentes paruulæ fallunt, nec publicè cõsequuntur: ubi aliqua solidam mensuram transit, & in monstrum excreuit, ubi fontes potu infecit, & si afflauit, deurit, obteritq́ quacunq; incessit, balistis petitur. Possunt uerba dare & euadere pusilla mala, ingentibus obuiam itur: Sic unus æger nec domum quidem perturbat, at ubi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit, conclamatio ciuitatis ac fuga est, & dijs ipsis manus intenduntur. Sub uno aliquo tecto flamma apparuit, familiæ unicuiq; aquam ingerunt. At incendium uastum, & multas iam domos depastũ, parte urbis obruitur.

Quemadmodum inter seruos fieri solet, ut probatiores & honestiores conseruis terrori sint, alij autem socios & seruos timeãt: Sic & de homine factũ est. Nam quandiu salua illius in Deum fiducia, terribilis erat & bestijs. Vbi autem impegit, timere cœpit & conseruorum extremos.

Quemadmodum sunt serpentes occurrentes in nemoribus, sunt item & alij in ædi-

C in ędibus latenter excubātes: Sic affectus sunt rationabiliter formati: sunt item alij latentes in operibus, tametsi & alij in alios subinde transmutentur.

Sicut sepulchrum quandiu quidem clausum est, pulchrum uidetur à foris: si uerò fuerit apertum, horribile est: Sic & simulatores bonorum quandiu quidem non cognoscuntur, laudabiles sunt: quum autem cogniti fuerint, inueniuntur abominabiles.

Quemadmodum sepulchra extrinsecus ornata, si exteriorē illam faciem amoueris, cadauerum sanie, & exesorum ossium plena reperiuntur: Itidem in Philosophorum opinionibus, detecta uerborum superficie & ornatu, multa inania absurdaq; deprehenderis, maximè ubi de anima philosophantur, nunc honore, nunc contumelia, nullo modo modestiaq; adhibita, eam afficientes.

Si seruus de lapide emptus dat tibi consilium utile, auscultas & obtemperas, non quia seruus dedit, sed quia est in rem tuam: Et nos eorum consilia reijcimus, qui publica dignitate præminent, quiq; nobis patrum ac doctorum loco sunt.

Similes seruis socordibus sumus, qui quum habeant quod ex commisso sit exequendū, neglecto quod ab heris suis acceperunt mandato, simpliciter & temerè cuiquam ut quisq; occurrerit, in foro adhærentes, bonam illic diei partem ociosi consumunt: Quid aliud nos facimus, quando reiectis Dei præceptis, iam stamus stupentes opulentiam, iam corporum uenustatem, iam alia atq; alia quæ nihil ad nos, non aliter atq; illi solent præstigiatores obstupescendo moram trahere. Multi etiam relicto quod propositum erat itinere, suæ farinæ genus homines improbos consectantur.

Quemadmodum seruus, ubi supra uires cuiq; impositum est, domino impudentius maledicit: Sic & uenter nimium plenus, mentem & excogitationem ple-

D runq; corrumpit.

Veluti ergo nos natura serui sumus, etiamsi Deum patrem appellamus: Ita & filius non amisit ut secūdum naturam sit filius, quamuis homo factus, Deum suū patrem appellet: non est ergo creatura.

Quemadmodum si quis seruum possidet, nomen eius & figuram sæpe immutat: omniaq; facit, ut sciatur suus esse, & dominium suum innotescat: Ita nimirum & omnium dominus, quasi posthac separare Iudæos uolens ab alijs hominibus, adiecta quidem litera (ad nomen Abrahami) declarauit quòd multorum populorum esset pater: Circuncisione autem, quòd electus eius populus futurus esset, & ab alijs gentibus sequestratum semen ex eo nasciturum.

Si quem haberes seruum, qui quum multa à conseruis suis mala pateretur, nihil tamen aliud curaret, quàm ne dominum ad iram prouocaret, numquid uel hac una re satis posset iram tuum mitigare? Quid autem si ex his quæ in te committeret, nihil solicitaretur, sed caueret ne conseruos offenderet: nonne maiori supplicio eum afficeres? Hoc pacto Deus facit, quandoquidem eius iram contemnimus, uehementius irascitur: quando uerò eius curam habemus, remissius, uel potius non amplius irascitur. Vult enim ut à nobisipsis peccatorum supplicium exigamus, nec amplius ipse id exigit. Idcirco minatur ultionem, ut metu contemptum tollat. Cùm uerò solis minis formidamus, non ulterius in supplicium progredit.

Qui ante præceptorum operationem (de ijs est sermo, qui putant se ex operibus iustificari) spiritus opem aut efficaciam quærit, seruo ære empto non est absimilis, qui simulatq; emptus fuerit, unà cum rebus uenalibus etiam libertatis libellum quærit.

Quòd si seruorum nequissimus habetur, qui dominum suū fuga deserit, isq; uerberibus, uinculis, ergastulo, & cruce, & omni malo dignissimus iudicatur: & filius eodem modo perditus, atq; impius existimatur, qui patrem suum dereliquerit, ne

A rit, ne illi obsequatur: ob eamq; causam dignus putatur, quòd sit exhæres & cuius nomen de familia perpetuò deleatur: Quantò magis qui Deum deserit, in quē duo uocabula, domini & patris, æquè ueneranda conueniunt? Nam ille qui seruum pretio comparat, quid in eum beneficij confert, præterquam alimenta, quæ illi utilitatis suæ gratia subministrat? Et qui filium generat, non habet potestatē ut concipiatur, ut nascatur & uiuat. Vnde apparet non esse illum patrem, sed tantummodo generandi ministrum. Quibus ergo supplicijs dignus est desertor eius qui dominus uerus & pater est, nisi quæ Deus ipse constituit, qui spiritibus iniustis æternū parauit ignē, quod ipse per uates suos impijs ac rebellibus cōminatur?

Signaculum Dei est, ut quomodo primus homo conditus ad imaginem & similitudinem Dei: Sic in secunda regeneratione, quicūq; spiritum sanctum fuerit consecutus, signetur ab eo, & figuram conditoris accipiat.

Vt Simon Cyrenæus Christi crucem tulit angariatus, non uolens: Ita hypocritæ alienum onus pro Christo nolentes portāt, opere exequentes foris, quod intus non amant.

Sicut simulachrum aliquod in basi statuitur, & tunc maiorem habet gratiam dùm in basi statua fuerit collocata, standiq; accipit firmitatem: Ita uerbum Dei, uel rationabile Dei in timore sancto melius statuitur, fortius radicatur, hoc est, in pectore timētis dominū, ne labatur uerbum Dei de corde uiri, ne ueniāt uolucres & auferant illud de incuriosi & dissimulantis affectu.

Granum sinapis ut paruum, ita specie sua abiectum uidetur, attamen proiectum in hortum, in tantum caulem, seu, ut scriptura loquitur, arborem excrescit, ut & uolucres cœli nidulentur in ramis eius. Quo enim semina minora sunt, eo etiam fertiliora esse solent. Facilius enim augescunt, & celerius aëris qualitati ob-
B temperant: Sic & Euangelion Christi, uidebatur eo tempore quo Christus in terram uitam egit, abiectum & internitioni proximum, quippe quòd impotentius iudicabatur, quàm ut posset aduersus potentiam tot persecutorū consistere. Sed Christus uaticinatur hac grani sinapis similitudine, hoc Euangelion ad tantam amplitudinem in totum orbem terrarum euasurum, ut non Iudæi tantùm, sed etiam gentes in eo salutem cōsecuturæ sint. Et quod Christus uaticinatus est, hoc iam re ipsa impletum esse uidemus. Quanquam enim totus orbis terrarum restiterit Christo & Euangelio eius, ac principiò Christum ipsum occiderint, deinde Apostolos & ecclesiam crudelissimè persecuti sint, tamen quo magis illi restiterunt, eo latius Euangelion propagatum est in quatuor usq; plagas cœli. Porrò incrementum Euangelij aptissimè comparat patulis arborum ramis, qui & auibus sedem ac sustentaculum nidorum præbent, & hominibus defessis umbram exhibent, ac præterea fructus ad cibum proferunt. Vt enim aues, etsi aliquoties à ramo & nido suo aberrent, semper tamen ad nidum suum cogitant & reuertuntur: Ita omnis sensus & cogitatio hominum, ad Euangelion tanq; ad nidū, in quē sese tuto recipiant, nunquam non intenta esse debent. Et sicut homo ex labore defatigatus, ac solis æstu percussus, suam in arboris umbra recreationem quærit: Ita si quis afflictionum æstu laboret, non potest nec præsentiorem, nec cōmodiorem recreationem inuenire, quàm in Euangelio Iesu Christi. Quem defatigat agnitio peccatorum, hunc refocillat Euangelion. Quem adurit sensus mortis & inferni, hunc obumbrat Euangelium. Breuiter, Euangelij umbra refocillatio est in omnibus tam corporalibus, quā spiritualibus afflictionibus. Ad hæc ut rami arborum suos fructus proferunt, ita si quis Euangelion uera fide susceperit, non potest fieri, quin fructificet, adeoq; fiat sicut arbor plantata iuxta riuos aquarum, quæ dat fructū suum in tempore suo. Nam si qua arbor non fructificat, quid reliquum est, nisi ut unà cum sterili ficu maledicatur, succidatur, & in ignē proijciatur?

Q Sicut

C Sicut si uelles implere aliquem sinum, & nosti quàm magnum sit quod dabis, extendas sinum uel sacci, uel utris, uel alius rei, & extendendo facies capaciorem: Sic Deus differendo extendit desiderium, desiderando extendit animam, extendendo facit capacem eorum quæ oculus non uidit, & auris non audiuit.

Quemadmodum qui continuus in hoc est ut sitiat, etiamsi innumeros fontes ad manum habeat, nihil tamen inde iuuatur, eò quòd morbum hũc insatiabilem extinguere nequeat: Ita habet & qui perpetuò concupiscentijs uiuit. Si uerò necessarium usum seruaueris, nunquam hãc febrim patieris, sed omnia illa & ebrietates & lasciuiæ simul abibunt.

Cùm sitimus, tum primùm refocillamur, quando tantum bibimus, quantum uolebamus. Donec uerò sitierimus, etiãsi omnes fontes euacuauerimus, nihil proderit, imò eo maior erit sitis tortura: & si fluuios etiam ebiberimus innumeros, nõ nisi ad augenda pœnæ grauamina facient: Ad eum itaq; modũ licet accipias quæcunq; mundus habet, si tamen adhuc plura concupieris, tanto reddes maiorẽ concupiscentiæ pœnam, quanto plura gustaueris.

Quemadmodum qui continua siti uexatur, etiamsi mille fontes imbiberit, tamen quia satiari bibendo non potest, paruam inde percipit uoluptatem: Sic isti nõ modò non quiescunt adipiscendo, uerumetiam quoniam nullus huius cupiditatis terminus est, uehementius cruciantur.

Nisi fortè cuipiam uehementer sitienti, præsentemq; habenti limpidũ amnẽ, qui copiosus aquarum simul delectaret aspectu, simul cõmodè præberet potum, fœcundissimeq; nutriret, nos alicunde ex inopi fonte cœteraq; inferiori hauriẽtes, sufficientem potum afferre posse arbitremur. Qualem similitudinem uidere licet in noctua, cuius cùm interdiu clarissima solis luce caliget aspectus, noctu tamen D igniculi faculam aucupatur.

Sicut solares radij per unamquanq; illuminant diem, & non consumuntur, neq; à multa largitione minor fit solis lux: Ita et multo amplius spiritus sancti actio in nullo minuitur à multitudine eorum qui potiuntur ea.

Vt solares radij singulis diebus illuminãt, neq; ex nimia copia uis eorũ minuit: Ita, imò longè minus spiritus operatio ad accipientiũ multitudinem remittitur.

Quemadmodũ solaribus radijs nemo clausis oculis frui potest: Ita neq; huius claritatis particeps abunde unq; fuerit, nisi animi oculũ ad eum & dirigat & intendat: tunc enim quocũq; se uertit, facilis ei prospectus patebit. Quod eueniet, cùm omnibus malis affectibus animum purgauerimus.

Quemadmodum sol corporibus lucens, uariè à quolibet sumit, nec tamẽ propterea diminuitur: Sic & omnibus quidem gratiam (spiritus) præbens, infractus remanet ac indiuisus. Omneis quidem ad agnitionem Dei illuminat, prophetas inspirat, legislatores sapiẽtes reddit, sacerdotes satis instituit, regibus fortitudinẽ addit, perficit iustos, ornat modestos, gratiam sanitatum operatur, mortuos uiuificat, soluit compeditos, alienos in filios per regenerationem adoptat. Si telonarium deprehendat credentem, Euangelistam constituit: si piscatorem inueniat, Theologum reddit: si persecutorem pœnitentem, gentium Apostolum, præconẽ fidei, uas electionis declarat. Per hunc etiam spiritum, debiles redduntur robusti, pauperes in diuitias ueniunt, & cæt. Vide Basilium in sermone de Trinitate, tomo primo.

Vt ortus est sol, sed non uespertilionibus, nec alijs animalibus nocturnis: Sic & lux natura quidem ipsa fulgens & clara est, non tamen omnes claritatis participes existunt: Sic & omnis qui malè agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut eius opera non manifestentur.

Sicut sol iste sensibilis nostrum superfertur horizonta, ut omnibus suæ clari-

A ctis dona communicet, & in cunctorum oculos suæ lucis iaciat spicula: quòd si quis palpebras occludat, aut se sponte sua auertat à sole, beneficium luminis ipsius recusans, is non culpa solis, sed propria expers est illuminationis, & in tenebris manet: Haud secus uerus ipse sol, qui uenit illuminare sedentes in tenebris & umbra mortis, eam ob rem terras inuisit, ut omnibus suæ cognitionis & gratiæ munus impartiatur, & omniũ oculos interiores splendore spirituali illustret. Pleriq; uerò repudiatum hoc munus cœlestis luminis ultrò eis exhibitum, & oculos mentis occluserunt, ne illuceret eis tam eximia lucis ęternę irradiatio. Non igitur ipsius ueri solis culpa effectum est, quòd occæcati fuerint, sed sola ipsorum improbitate & duritia.

Vt sol nondum radijs ostensis, eminus tamen splendore suo maximam partẽ orbis illuminat: Ita & Christus ex utero uirginis beatæ partum iam iamq; progrediens, uniuerso orbi, etiam priusquam oriretur, illuxit.

Vt sal omnem cibum condit, nec est aliquid tam suaue, quod absq; eo gustum demulceat: Ita mundi totius, & propriæ ecclesiæ condimentum episcopus est, qui si infatuatus fuerit, siue per negationem, siue per hæresim, siue per libidinem, &, ut semel dicam, per uniuersa peccata, à quo alio poterit condiri, quum ipse fuerit omnium condimentum?

Quemadmodum sol oculos puros, sanos, uegetos, fortes habenti, tranquillus apparet: in oculos autem lippos, quasi tela aspera iaculatur: intuentem illum uegetat, hunc excruciat, non mutatus, sed mutatum: Sic quum cœperis esse peruersus, & tibi Deus peruersus esse uidebitur: tu mutatus es, non ille.

Semper unde aliquid participatur, magis & uerius id habet quod participatur, quàm ipsa participantia, ut sol, à quo lucis est participatio in subiecta corpora, B magis lucidus est quam aër & aqua, luce participantia. Et ignis, à quo tanq̃ fonte quodam calor in externa deriuatur corpora, uerius & uehementius habet calorẽ, quàm ea quæ ab eo calorem participant. Verbum igitur Dei, cuius participatione alij denominationem Dei sortiũtur, uerius & sublimius Deus est, q̃ homines aut angeli. Nam hi gratia solùm, adoptione & participatione dij sunt & dicuntur: ille uerò natura & origine & substantia Deus est.

Quemadmodũ sol lucẽ præbet corpori: Sic animæ lumen est precatio. Proinde si cęco dãnosum est, nõ intueri solem: Quanto grauius damnũ est homini Christiano, si nõ assiduè depreceť, neq; Christi lucem orando in animũ suũ inducat?

Quemadmodũ sol diffusis in immũdissima loca, radijs nõ coinquinať, sed rursum ad se mũdos recipit: Ita & nos, ac etiã lõgè magis in medijs mũdi sordibus uersati, mũdi permaneremus, modò uolũtas adesset, tãto maiore uirtute præstamus.

Quemadmodum quum sol propè oriturus est, priusquam radij erumpant, clara diei lux efficitur: Ita quum sol iustitiæ uenturus est, mors cessit.

Si sol, qui creatura est, non eget nostris oculis, & licet nemo ipsum uideat, manet tamen in sua claritate, nos autem qui radijs illius fruimur, utilitatem percipimus: Multo magis de Deo sic loqui cõuenit. Vt aũt & aliunde scias quantũ inter Deũ & nos distet, num quantũ inter culices & nos? Multo magis manifestũ, modòq; immẽso. Si igiť nos uanę glorię studiosi & superbi nõ egemus culicũ ministerio, uel gloria: Quãto magis Deus, qui est à passione & indigẽtia alienus, tantũ nobis fruiť, quantum beneficijs fruimur, quantũ nostræ saluti & delicijs conducit?

Sicut sol nisi uibrauerit super faciẽ terrę, nihil ex fructibus eius crescit, neq; adolescit, neq; maturescit: Sic similiter, nisi per fidem ueritas refulserit in animabus hominum, nunquam erunt acceptabiles coram Deo.

Quemadmodum sol debilem oculorum aciem perstringit, non natura sua: Ita usu uenit in his, qui Dei uerbum oppugnant,

C Quemadmodum si sol respiciat segetem & afferat fructus, quam utiq; si non respexisset, infructuosa mansisset: Ita Deus segetem cordis nostri respiciens, & radijs nos uerbi sui illuminans, auget nos & multiplicat, ut ultra iam non simus par uuli, sed magni efficiamur.

Vt sol cũ nube tegitur, claritas eius comprimit̃ non cæcat̃, & lumẽ illud quod toto orbe diffusum claro splendore cũcta perfundit, paruo admodũ obstaculo nu bis includit̃, non aufert̃: Sic & homo ille quẽ dominus Iesus, saluatorq; noster, id est, Deus, Deiq; filius induit, Deum tamen in illo non intercepit, sed abscondit.

Dissimile. Sol iste uisibilis ea corpora, quibus à summo libramine insederit, infuscat & urit. Ea uerò quæ procul sunt, & ab ista collibratione longius posita, conseruat in candore suo, nec omnino urit ea, sed illuminat. Sol uerò spiritualis, qui est sol iustitiæ, in cuius pennis sanitas esse dicitur: è contrario eos quidem, quos rectì cordis inuenerit, & ad libram sui splendoris consistentes, illuminat, & omni fulgore circundat. Eos autem qui obliquè incedunt cum eo, necessariò etiam ipsa obliquè non tam respicit quàm despicit, hoc eis præstante inconstantia sua & instabilitate. Quomodo enim qui peruersi sunt, possunt suscipere quod rectum est? Velut si curuo ligno adhibeas rectissimam regulam, uidebitur quidem per regulam argui materiæ prauitas, non tamen regula est, quæ ligno causam peruersitatis imposuit. Et ideo festinandum est ad uias rectas, & standum in semitis uirtutum, ne fortè sol iustitiæ rectus incedens, si nos obliquos stare inueniat & peruersos, despiciat nos & efficiamur denigrati.

Sicut enim sol omnes stellas splendore sui fulgoris obtundit & contegit: Ita & mens per scientiæ lucem, omnes concupiscentias animæ inefficaces reddit & ociosas, futuri iudicij memoriam super eas tanquam radios suos emittens, ita ut ne apparere quidem ultrà in anima queant.

D Quemadmodũ sol exoriens, & mundũ illuminans, cũ seipsum, tũ res à se illuminatas demõstrat: Ita quoq; sol iustitiæ purgato animo exoriẽs, & seipsum uidendum exhibet, & rerũ quæ à se factæ sunt, & deinceps fient, rationes demonstrat.

Sicut sol qui oritur die, licet sit unus (unde solem esse appellatum Cicero uult uideri, quòd obscuratis syderibus solus appareat) tamẽ quia uerum ac perfectæ plenitudinis lumẽ est, & calore potentissimo & fulgore clarissimo illustrat omnia: Ita in Deo, licet sit unus, & maiestas, & uirtus, & claritudo perfecta est.

Quemadmodum sol nubilus & obductus, contristat omnia, serenus exhilarat uniuersa: Ita Deus duas habet facies, nubilam ac serenam, quarum alteram orant sancti ut auertat, alteram deprecantur ne auertat.

Ne ponatis obstaculũ gratiæ Dei, sed potius illi uos precibus & eleemosynis præparate. Sol huius mũdi se profert omnibus, sed nõ illuminat omnes. Noctuas enim magis excæcat, & lippientibus molestus est, nec prodest natura cæcis, aut his qui occlud unt oculos. Grauis est lippitudo peccatum, sed uidet lippus tamen nonnihil, sed quemadmodum temulenti, quorum oculos grauet crapula, talibus multa uidentur quæ sunt unum, & ambulare uidentur quæ quiescunt. Tales oculos primùm habebat cæcus Euangelicus, qui uidit homines ut arbores ambulantes. Sed qui caret fide, prorsus cæcus est. Quanquam est infirma fides, quæ à domino postulat augmentum, qui caret fide, oret ut accipiat: qui paulum habet fidei, clamet, Domine adauge mihi fidem. Qui oculos habet pituita grauatos, expurget animum à uitijs & cupiditatibus malis, ut purgatos oculos possit intendere in dominum. Id si fiat, facies illius non pudefiet.

Admiranda res est sol, at hunc Deus iubet oriri malis pariter ac bonis: cæterũ lumen uultus sui non ostendit, nisi quos peculiariter elegit. Sol huius mundi uultũ habet, quem ubi protulit, uidet̃ ab omnibus promiscuè: At Deus uultũ habet

non

A non omnibus æqualem, uidebunt hunc qui in eum compunxerunt, & exanimabuntur: uidebunt hunc iusti, & stabunt in magna cõstantia. Talis erit olim iudex uiuorum & mortuorum, & nunc per fidem illucescit cordibus electorũ, auertens uultum ab his, qui diligunt hunc mundum.

Sicut in hoc cœlo sol exortus, & uniuersum mundum illustrans diem facit: Ita & in corde iusti, quod pro constantia & firmitate fidei firmamentum meritò appellatur, si exoriatur sol iustitiæ Iesus Christus dominus noster, & illuminet eum lumine scientiæ & ueritatis, diem facit eius corde eius. Et quanto frequentius exoritur & illuminat, tanto maiorem sibi talium dierum numerũ cõputabit.

At nunc negocium patitur Deus omnipotens, dominus & conditor uniuersitatis. Ideo tãtum opinor, quia à primordio notus est, quia nunquam latuit, quia semper illuxit, etiam ante Romulum ipsum, nedum ante Tiberium, nisi quòd solis hæreticis cognitus non est, qui ei negocium faciunt: propterea alium Deum existimantes præsumendum, quia quem constat esse, reprehendere magis possunt quàm negare, de arbitrio sensus sui pensitantes Deum aliqui, perinde atque si cœcus, uel fluitãtibus oculis, ideo alium solem præsumere uelit mitiorem & salubriorem, quia quem uideat, non uidet. Vnicus sol est, ô homo, qui mundum hũc temperat, & quando non putas, optimus & utilis, & quum tibi acrior & infestior, uel etiam sordidior atque corruptior, rationi tamen suæ par est. Eum tu si perspicere non uales, iam nec ullius alterius solis, si qui fuisset, radios sustinere potuisses, utique maioris. Nam qui in inferiorem Deũ cæcutis, quid in sublimiorem? Quin potius infirmitati tuæ parcis, nec in periculum extenderis, habens Deum certum & indubitatum, & hoc ipso satis uisum, quum id primùm conspexeris eum esse, quem non scias nisi ex parte, qua uoluit ipse.

B Vt enim exoriens sol fulgorem antè præmittit, qui cacumina montium illustrans, intuentium oculos maximè oblectat, uberioris lucis afferẽs spem: Ita splendescẽti animo, præfulget in superficie corporis decor, qui quòd spem adfert melioris multo decoris, Philosophorum exhilarat aspectum.

Sicut exortus sol, lunæ globum, & cætera stellarum abscondit lumina: Ita fulgor honestatis, ubi uero & incorrupto uibrat decore, cætera quæ putantur bona secundum uoluptatem corporis, aut secundum seculum dara & illustria, obũbrat.

Si enim & sol ab ipso conditus, nobisq; conspicuus, cursus sui lineam in cœlo tenens, quum terrestria tangit, nulla sorde inquinatur, nullisq; obtegitur tenebris, sed ipse potius omnia illustrat & mundat: Multo sanè dignius sanctissimum illud Dei uerbum (cuius est sol & opus, & famulus) in corpore præsens nulla tangi poterat labe, sed quum esset incorruptibile, mortale uiuificabat corpus atq; mũdabat. Qui peccatum, inquit, non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

Quoniã sol diu nubibus obtectus lætius splendet, sed & uer post hyemis tristitiam est acceptius, iucundior & tranquillitas blanda, ac mare quietum post seditiones uentorum & perturbationem aquarum littoribus allidens.

Quod enim sol est sensibus, hoc intelligentibus est Deus: hic enim mundum illuminat uisibilem, ille uerò inuisibilem: & hic quidem uisum corporalem illustrat, ille uerò naturas intellectuales splendidas reddit. Et quemadmodum hic uidentibus & inuisibilibus, his quidem ut uideant, illis autem ut uideãtur, uim subministrat, ipseq; inter uisibilia est pulcherrimus: Ita & Deus intelligentibus & intellectis, his quidem intelligere, illis uerò ut intelligantur, suppeditat, ac ipse inter intelligibilia est altissimus, in quo omne desiderium consistit, & super quem minimè fertur: nil enim sublimius quid habet omnino desiderium, neq; mens sapientissima, & indagatrix, seu curiosissima: hoc enim ex appetitiuis est nouissimum, & nondum in lucem editis totius contemplationis requies.

C Solis uis & lux integra est etiam inter opposita: & quamuis aliquid interiaceat, quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quoties inter nubila luxit, non est sereno minor, nec tardior quidem: quoniam multum interest utrum aliquid obstet tantùm, an impediat: Eodem modo uirtuti opposita nihil detrahunt. Non est minor, sed minus fulget, nobis forsitan non æque apparet ac nitet, sibi eadem est, & more solis obscuri in occulto uim suam exercet.

Vt enim solis splendor in totum orbem terrarum spargitur: Ita misericordia Dei omnibus hominibus patet.

Quemadmodum radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt ubi mittūtur: Sic animus magnus, & sacer, & in hoc demissus, ut propius diuina nosceremus, conuersatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ.

Solum autem Christum potero Deum dicere, sicut idem Apostolus: Ex quibus Christus, qui est, inquit, Deus super omnia benedictus in ęuum omne. Nam & radium solis, seorsum solem uocabo, solem autem nominans, cuius est radius, non statim & radium solem appellabo. Nam etsi soles duos faciam, tamen & solem & radium eius tam duas res, & duas species unius & indiuisæ substantiæ numerabo, quàm Deum & sermonem eius, quàm patrem & filium.

Quemadmodum si quis intueri solis lucem uelit, oculum purgat, clarioremq́ reddit seipsum, fermè ad eius, quem cernere cupit, similitudinem mundans, ut ita lux effectus oculus, solis lucem queat intueri: Aut quemadmodum si quis ciuitatem, aut regionem inspicere cupiat, pergit ad locum inspiciendi gratia: Ita & qui Theologorum assequi intelligentiam cupit, abluere prius animam debet atq; detergere, & per uitæ morumq́ similitudinem, ipsos adire sanctos, ut uoto atq; instituto illis coniunctus, ea etiam quæ illis Deus reuelauit, intelligat. Nam absq; mun-
D ditia animi, & uita sanctitatis æmula, possibile non est sanctorū dicta intelligere.

Species cœli, & solis, ac lunæ, uel astrorum talibus quibusdam formatæ sunt qualitatibus, quæ usque ad seculi finem perdurare sufficiant, & usq; quo liberentur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Aliæ uerò sunt terrenorum corporum qualitates, & in ipsis multa differentia. Nonnullorum enim animalium corpora, uel arborum, uel auium multis admodum possunt durare temporibus, aliorum uerò paucis, aut ualde exiguis. Quòd si hæc bene intellexisti, transeamus nunc ab exemplis corporeæ qualitatis ad naturæ rationabilis qualitatem: & uide quomodo alię quidem in qualitatibus beatitudinis secula multa perdurant, aliæ qualitates perfidæ uel malitiæ nihilominus secula multa consumunt, aliæ ex ipsis paruo tempore, uel in uirtutibus, uel in malitijs manent: aliæ perexiguo, aliæ admodum breui. Quorum per singula notitiam nos quidem homines, utpote corruptibiles, corporis pondere prægrauati, perexiguam aut etiā nullam capere possumus. Qui uerò scrutatur omnia etiam alta Dei, spiritussanctus uniuersa nouit, & nota facit cui ipse uoluerit reuelare.

Lumen solis omnibus cōmune est: At non omnibus commune lumen fidei.

Quemadmodum & Solis iubar, ut primùm apparet, fugat tenebras: Ita mansuetus & benignus sua præsentia res turbulentas componit, quietas'que atque tranquillas reddit.

Sicut à se fulgorē solis excludit, qui fenestras domus suæ clauserit, locumq́ tenebrosum in quo diuersēt, elegerit: Ita qui se auerterit à sole iustitiæ, nō potest splendorē eius aspicere. In tenebris ambulat, & in omniū luce ipse sibi causa est cęcitatis.

Sicut radijs solis orientibus, & tenebræ fugantur, & feræ latitant, foueis'que conduntur, & latrones recedunt, & homicidæ ad antra suffugiunt, & amouentur piratæ, & sepulchrorū uiolatores fuganē, et adulteri, & fures, & perfossores domorum deprehēsi à sole, redarguti, periclitantes abeūt, seseq; alicubi procul occultāt, omniaq;

A omniaq́ lucida efficiuntur & clara, illustrantibus desuper radijs terram, pelagus ac montes, urbes atque regiones. Sic tunc prædicatione fulgente, & ubiq́ Euangelium disseminante Paulo, fugabatur error ueritasq́ remeabat: fauillæ uerò fumusq́ templorū, & cymbala omnia, & tympana, & ebrietates, & comessationes, & stupra, & adulteria, & alia dictu fœda, quæ in sacris suis celebrare cōsueuerant, defecerunt atq́ consumpta sunt, instar ceræ ignis uapore pereuntis, & palearum uice, quæ subito cōcremantur incendio. Clara uerò inter hæc ueritatis flamma surgebat resplendens, & ipsum ad usq́ cœlum sublimitate conscendens, ab his potissimùm subleuata, qui eam nitebantur opprimere, perq́ illos magis incrementa suscipiens, qui illam extinctum iri cupiebant. &c.

Quemadmodum qui in solis radios intuentur, aërem nacti tenuissimum uisu uoluptatem percipiunt: Ita tunc, & longè etiam maior orietur nobis uoluptas, cū filium Dei uiderimus.

Quemadmodū si plurimi radios mūdani solis aspiciant, pro captu uidētis, aut pallidior sol uidetur aut clarior: Ita pro deuotione credētis unicuiq́ spiritale lumē infunditur. Et quemadmodū menstruis cursibus luna uel terræ opposita, cùm fuerit è regione solis, uanescit: Sic & sancta ecclesia, cū lumini cœlesti uitia carnis obsistunt, fulgorem diuini luminis de Christi radijs non potest mutuari.

Sicut ad solis radios infirmi oculis non audent aspicere: Ita neq́ uirtutem maliciа contueri audebit unquam, sed dorso obiecto discedet, uictamq́ se fatebitur.

Si radius solis fundit lumē suū super omnem terrā, & in ea quæ clausa sunt, se inserit, nec uectibus ferreis, aut grauiū ualuarum obicibus, quò minus penetret, impedit: Quomodo nō potest intelligibilis Dei splēdor in cogitationes hominū, & corda semet quæ ipse creauit inserere, sed ea quæ fecit nō uidet, & fecit ut melio

B ra sint quæ facta sunt, & potentiora q̄ ipse est qui ea fecit, ut possint quādo uolunt cognitionem sui operatoris latere? Tantam ergo uirtutem & potestatem inseruit mentibus nostris, ut eam comprehendere cùm uelit, ipse non possit.

Vnus est solis calor, & secundum essentias subiacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia soluit, alia constringit: liquatur enim cera, & induratur lutum, & tamen caloris non est diuersa natura: Sic & bonitas & clementia Dei, uasa iræ, quæ apta sunt in interitum, id est, populum Israël indurat: uasa autem misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quæ uocauit, hoc est, nos, qui non solùm ex Iudæis sumus, sed etiam ex gentibus, non saluat irrationabiliter & absq́ iudicij ueritate, sed caussis præcedentibus.

Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicitur, solisq́ radios tam munda loca excipiunt quàm immunda, & sic in floribus quomodo in stercore lucent, nec tamen solis radij polluuntur: Sic & Christus bonus odor, qui nunquam mutari potest, nec suam naturam amittere, credentibus uita est, incredulis mors.

At uerò sermo docet simplicem esse Deum, & unam simplicem habere operationem omnibus omnia operantem instar solis radij, qui omnia fouet, & in unoquoq́ secundum naturalem habilitatem, &, quantum capere potest, operatur ab eo qui eum condidit Deo, talem adeptus operationis uirtutem.

An uerò solis, uel etiam lucernæ lux, quum per cœnosa diffunditur, nihil inde sordium contrahit, & baptismus Christi potest cuiusquam sceleribus inquinari?

Sicut splendorem solis non aliud dicet quispiam esse lumen natura, præter ipsum solem, nec participatione, aut habitudine quadam lumen appellari credet: sed quia natura ex ipso emanat, & ita duo hæc lumina esse ratione percipiet, unū uerò esse natura non negabit: Sic quanquam pater & filius in dualitate personarum inueniantur, nemo tamen aliud dicet esse patrem quàm filium, quantum

C ad deitatem & identitatem essentiæ pertinet. Et sicut sol in splendore suo est, & splendor solis in sole: Sic pater in filio, & filius in patre, personarum numero duo, naturæ identitate unum.

Quemadmodum solis lumen sanum oculum ad seipsum trahit: Sic Dei cognitio sanam mentem per charitatem naturaliter ad seipsam pertrahit.

Solem hunc sensibilem nemo est qui non laudet, & ipsius magnitudinem, simulq; pulchritudinem, & radiorum symmetriam, et lucis splendorem admiratur. Si uerò in eum diligentius ac pertinacius intuebitur, & in dies eius aspectum considerabit, non solùm ea quæ sentit in eo deprehendet, sed etiam oculorum acie debilitatus abscedet. Tale quidem mihi uideor mente pati, si ardua sublimisq; uerborum prædictorum uestigatio requiratur, In principio erat uerbum. Quis nam digne quæ sunt circa principium cognoscet? Quæ nam uerborum uirtus inueniat, quæ possit cognitum pro ipsius dignitate ostendere?

Vides exorientem solem, exhilararis: quid uoluptatis sensurus, si cordis oculis exoriatur sol iste iustitiæ? Molesta res est morbus corporis, quanto molestior animi morbus? Horres contagium pestis corporalis, multo magis uitanda morum pestilentium contagio. Res elegans tibi uidetur hortus omni florum & arborum genere uernans: quale spectaculum animus innocentia uirens, ac uirtutum omni genere exuberans? Vides serpentem, habes exemplum Christianæ prudentiæ: uides columbam, habes imaginem Christianæ simplicitatis: uides ceruum, habes symbolum, admonens auide sectandas diuinas literas: uides agnum, habes typũ innoxiæ mãsuetudinis: urget hyems, admoneris ut in rebus aduersis fortunæ melioris expectatione te sustineas: blanditur æstas, admoneris ut te præpares ad uenturas ærumnas: grauis est senectus, aspiras ad immortalitatem: grata est iuuentus,
D admoneris ut uenturæ senectuti uirtutum & eruditionis pares præsidia. Ita quicquid hic uisibilis mũdus offert oculis corporeis, eius ideã reperies in rebus animi.

Qui in solem uenit, licet non in hoc uenerit, colorabitur. Qui in unguentaria taberna resederunt, & paulo diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt. Et qui apud Philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiam negligentibus.

Quemadmodum impossibile est solem non illustrare quæ radijs suis contingit: Ita animam impossibile est nõ uiuificare corpus, cui indita est. Virtus uerò contemplandi, in animi arbitrio motum suum habet. Itaq; si perpetuò curet anima, ut contemplandi & ratiocinandi potentiam uigilem retineat, sicut propheta dicit, Non dormitat qui custodit te: duplici nomine corporis affectiones consopiet, &c.

Solem radijs per cloacam, fœtores, & quæq; horribilia usquequaq; diffundi uidemus, & in his operari secundum naturam suam, nec tamen inde aliqua contaminatione sordescere, cùm uisibilis lux uisibilibus sordibus sit natura coniunctior, quanto minus poterat pollui uerbum Dei, non corporeum neq; uisibile, de fœminæ corpore, ubi humanam carnem suscepit cum anima & spiritu, quibus interuenientibus habitat maiestas uerbi, ad humani corporis fragilitatem secretius?

Quemadmodum sole manente non præualet nox, quum autem accesserit ad occasum, tunc occupat mundum: Sic quandiu lumen iustitiæ in homine fuerit, tenebra erroris eum non apprehendit.

Sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorẽ æqualiter sentiunt, quia alius plus æstuat, & alius minus: Ita illic in uno igne non unus est modus incendij, quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, ut ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

Quum igitur & pater filium suũ faciat, & filius patrem, una utriq; mens, unus spiritus,

A spiritus, una substantia est, sed ille quasi exuberans fons est, hic tanquam defluens ex eo riuus: ille tanquam sol, hic tanquam radius ex sole porrectus: qui quoniam summo patri & fidelis & charus est, non separatur, sicut nec riuus à fonte, nec radius à sole: quia & aqua fontis in riuo est, & solis lumen in radio æquè: neq; uox ab ore seiungi, nec uirtus aut manus à corpore diuelli potest. Cum igitur à prophetis idem manus Dei, & uirtus & sermo dicatur, utiq; nulla discretio est, quia & lingua sermonis ministra est, & manus, in qua est uirtus, indiuiduæ sunt corporis portiones. Propiore exemplo uti libet: Cum quis habet filium, quem unicè diligit, qui tamen sit in domo, & manu patris, licet ei nomen domini, potestatemq; concedat, ciuili tamen iure, & domus una, & unus dominus nominatur: Sic hic mundus una Dei domus, & filius, & pater, quia unanimes incolunt mundum, Deus unus, quia & unus est tanquam duo, & duo tanquam unus.

Vt quidam sole & exercitatione curam corporis educant, athletisq; utilissimũ est, lacertos suos roburq; cui se uendicauerunt, maiore temporis parte nutrire: Ita nobis animum ad rerum ciuilium tutamen parantibus, in opere esse, longè pulcherrimum est.

Quemadmodũ in sole, & luna, terra, mari, reliquisq; factũ, ubi neq; diuitibus neq; sapientibus amplius quiddam contributum est, sed æqua omnibus concessa fruitio: Ita & in Euangelica doctrina, imò in hac tanto plenius, quanto illa reliquis omnibus necessaria magis existit.

Sicut sole mundus: Ita splendore sapientiæ tota mens illuminabitur.

Sicut oriente sole tenebræ discutiuntur: Ita & apparente uirtute, è medio tollitur omnis malitia.

Quemadmodum sole arborem super illucente, si securis incidat arborem, in-
B incisus & impassibilis perseuerat sol: Multo magis impassibilis uerbi diuinitas, secundum hypostasin carni copulata, carne patiente impassibilis perseuerabit.

Sicut ex sole radius & splendor (ipse enim fons est & radij & splendoris) et per radium no bis splendor tribuitur, & ipse est qui illuminat nos.

Quomodo molestus est iucundum somnium uidenti qui excitat, aufert enim uoluptatem etiamsi falsam, effectum tamen ueri habentem: Sic epistola tua mihi fecit iniuriam, reuocauit enim me cogitationi aptæ traditum, & iterum silicuisset, ulterius iuuabat de æternitate animarum quærere.

Sicut enim fieri solet, ubi somnia aliqua uiderint homines, & nihil certi intelligunt, quũ aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint, aptant eum somnij uisum: Ita est & mathesis: antequã aliquid fiat, certi nihil pronunciatur. Postea uerò quàm aliquid acciderit, rei iam gestæ colligunt causas.

Sicut qui in somnijs manducat & bibit, uidetur sibi cibo et potu, dum dormit, repleri, sed quum euigilauerit, incipit esurire amplius, & tunc intelligit quàm inanis ille cibus & potus fuerit somniantis: Sic qui dormit in hoc seculo, nec oculos aperit ad mysteria diuina, quandiu somno grauatur corporis, putat alicuius momenti esse hanc secularem potẽtiam, quasi in somnijs eam uidet: ubi euigilauerit, deprehendit quàm inanis huius seculi uoluptas sit.

Quemadmodum imaginamur nonnunq̃ sonũ audire, & sensibilẽ auditũ pulsari, spectareq; oculis, cũ neq; aures ipsę percutianť nec oculi, sed mens sola id patiatur: Ita nihil erit absurdũ, si hęc ipsa in prophetis cõtigerint, cũ uel uidisse eos mirabiliora quædã præscribiť, uel dñi uerba exaudisse, uel reclusos cœlos spectasse.

Quomodo solitudo in odio est: Sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo hominem homini natura conciliat: Sic inest huic quoq; rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat.

Quemadmodum sordes & limus aures corporis obstruere solent: Sic meretri-

C cij cantus, huius seculi fabulæ, debitorum onus, creditorumq́ ac fœnorum ratio, aures mentis solent obstruere, atq; immūdas facere: quasi enim stercus auribus uestris immittunt huiusmodi colloquia, & quod barbarus ille minabatur, dicens: Comedetis stercus uestrum, id nunc multi non uerbo, sed re in uobis faciunt, imò uerò etiam multo peius ac fœdius. Nam fornicatorij cantus multo magis quàm stercora sunt abominabiles. Quodq; ægrius ferendum est, non solùm nullam audientes molestiam capitis, uerumetiam ridetis atq; lætamini.

Fit sæpe ut qui mortalem ardet & corruptibilem speciem, non modò pecunias omnemq́; substantiam amoris gratia largè profundat, sed cibum etiam & somnū, & uestem, & habitum, & omnem existimationem, corpus deniq; ipsum & corporis uitam dum solo potiatur amore, contemnat. Parietes item & domos, omnesq́; medios obices audacter ascendat. Contra ipsos deniq; districtos gladios feratur in saniens: ac nisi solito cultu incedens perfrui amore possit, obmisso eo, uilissimo & inhonesto habitu præter dignitatem suam, ut solum sequatur amorem, cum uoluptate etiam serpendi molestiam ferret: Ita fermè & qui Deum ueraciter diligit, ac solicitè illi placere quęrit, non solùm pecunias & opes, ut amato satisfaciat, & mandatis illius obtemperet, negligere & aspernari debet, uerùm ut cibum necessariū, & somnum in exteriorem habitum, seculiq; fœdam profectò & inanissimam gloriam, corpus ipsum deniq; uitamq́; corpoream, ut cœlesti amore saginetur, tota intentione contemnere. Parietes præterea carnalis propinquitatis & parentum domos, omnemq́; medium mundum transilire, & ad martyrij gladios, si se præstet occasio, perniciter currere, ac nisi consueto habitu uiuens amore æterno frui possit, ignobiliorem assumere, plurimaq; mundi improperia cum uoluptate tolerare iustissimè optabit, ut diuina, si ita dici liceat, insania sapienter insaniens, eo qui uerè

D & summè amabilis est, pro affectus sui desiderio fruatur.

Sicut uidendo speculum homo uidet seipsum, & multa alia ibidem præsentia: Ita & beatus uidēdo Deum, simul & semel unica uisione uidet seipsum, & omnia ad beatitudinis integritatem sibi necessaria.

Nullus enim dixerit esse bonum speculum, quantumuis auro gemmisq; decoratum, nisi similem reddat imaginem: Ita frustrà mulier opulenta, clara aut formosa est, nisi uiro congruat. Quòd si speculum pro ridentis imagine reddit flentis, aut pro hilari mœrentis, nónne mendax & inutile iudicabitur? Vxor autem quæ uiro dolente gaudet, aut gaudente mœret, non solùm non congruit, uerumetiam contumax in illum uidetur.

Neque speculum si pollutum sit, imaginum poterit impressiones recipere: Neque anima secularibus occupata curis, & carnalis sensus affectionibus obtenebrata, illuminationis spiritus sancti capax esse ualebit.

Diligēdo pulchri efficimur. Quid facit homo deformis & distorta facie, si amat pulchram? Nunquid amando potest esse formosus? Quando in speculo uidet, erubescit faciem suam leuare ad illam formosam quam amat. Quid facit ut pulcher sit? expectat, & expectando senectus additur, & turpiorem facit. Non est ergo quod des illi consilium, nisi ut compescat se, & non audeat amare impar imparem. Anima nostra fœda est per iniquitatem, amando Deum pulchra efficitur. Qualis amor, qui reddat pulchram amantem? Deus semper pater est, amauit nos fœdos, ut ex fœdis faceret pulchros. Erimus pulchri amando eum qui pulcher. Quantum in te crescit amor, tanto crescit pulchritudo, quia ipsa charitas animæ est pulchritudo.

Quemadmodum spina uel tribulus, ex quacunq; parte illam conspexeris, habet aculeos: Sic & seruos diaboli ex quacunq; parte consideraueris, iniquitatibus pleni sunt. Si loquitur, in dolo loquitur: si tacet, malè cogitat: si irascitur, insanit: si patien-

A patienter agit, tempus expectat nocendi, & opportunitatem considerat quando noceat: si male agit, non erubescit: si bene facit, ad uanam gloriam propter homines facit. Quomodo proferet bonum fructum, cuius radix diabolus est? Sub arbore & bestiæ & animalia requiescunt, sub spinis autem nullum animal requiescere potest, nisi tantummodo serpentes. Sic iuxta fideles homines, & boni & mali homines pacem habere ac accipere possunt: iuxta autem infideles homines nemo potest pacem habere, neque requiescent in eis nisi tantummodo serpentes, id est, dæmones, qui habent cubilia in pectoribus eorum. Fructus eorum nulli procedunt ad usum, umbra refrigerij non est in eis.

Quemadmodum spina ubicunque tangitur, tangentem pungit: Ita secularia ubicunque comprehenderis, lædunt. Verùm non huiusmodi spiritalia, sed margaritæ cuidam similantur, quam cũ tractaueris, delectat oculos.

Spinæ non pungunt in radicibus. Erue spinas de terra, contrecta radices ipsarum, & uide si sentis dolorem. Tamen illud unde dolorem sentis, in superficie de radice processit: Ita amatores carnalium etsi uidentur blandi, lenes, radices spinarum sunt.

Spinæ utique ac tribuli ex radicibus emergentes qualitate sui stirpem suam produnt, ex eo ipso quod sunt, indicant unde nascant: Ita & tu Pelagianæ hæreseos spinosam sabuli fidem ostendis in germine, quod pater tuus habuisse traditur in radice. Veneficorum quorundam, ut aiunt, consuetudo est, ut in poculis quæ cõficiunt, uenenis mella commisceant, ut dulcibus nocitura celentur, & dum quis mellis dulcedine capitur, ueneni peste perimatur: Ita & hæretici.

Sicut spinæ non sinunt semen emicare, sed densitate sua seminatum supprimunt: Ita & curæ temporales, spirituale semen, quod in anima seminatur, non
B sinunt fructum afferre, sed adurunt atque suffocant sicut spinæ, profectum eius retardantes.

Quemadmodum spinæ steriles sunt: Ita & diuitiæ. Quemadmodum illæ qui tangunt lacerant: Ita harum cupiditas. Quemadmodum facilè igni comprehenduntur, & odio habentur agricolis: Ita huius seculi negocia. Postremò, ut inter spinas feræ, uiperæ, scorpij delitescunt: Ita in fraudibus diuitiarum.

Seminant triticum, & spinas metunt, qui bona præcipiunt, & mala faciunt. Non ergo qui eos audiebant, & faciebant quæ ab eis dicebantur, de spinis legebant uuas, tanquam si manum aliquis per sepem mittat, ut certè de uite quæ sepi fuerit inuoluta, uuam legat, non spinarum est fructus iste, sed uitis.

Quid prodest spinis purgare agrum tuum, si non etiam aratro scindes eum, & feres in eo semen, unde gaudeas in futuro? Ita & qui deserit peccata, & ea nõ plangit pœnitendo, nec bonum post ea facere cõsuescit, nunquid fructuosum est peccata deserere, & bona non facere?

Illud habent peculiare res spirituales, quòd ex contrarijs gignantur contraria, quodque eadem res gignat contraria, quanquã & huius generis exempla nonnulla reperiuntur in rebus corporum, uelut quũ ex amaro pharmaco nascitur iucũda salus, quum idem sol ceram liquefacit, & lutum indurat, quum idem ignis soluit plumbum, & indurat testam, idem fulmen liquefacit æs intacta fera, quum aqua infusa cæteris feruentibus extinguit incendium, infusa calci suscitat incendium, quum magnes uno latere attrahit chalybem, altero depellit. Sic Christi spiritus ac diuina charitas eundem hominem & laxat & contrahit, mollit ac durat, erigit ac deijcit, laxat ad benefaciendum omnibus, contrahit ad cautionem ne quem offendat, mollit ad uindictam, durat ad patientiam, erigit ad contemptũ eorum qui obsistunt Euangelio, deijcit ad obsequendum omnibus amore Christi.

Quemadmodum enim spiritus semper est secundum naturam, quoniam est

C spiritus sancti patris: Ita & sapiens, quandoquidem sapientię spiritus est, imò substantialiter potius, & quasi naturalis quædam qualitas sanctę & sapientis diuinitatis, quæ sicut in patre & filio intelligitur, & ipso spiritu.

Spiritus sapientiæ solus dat ueram sapientiā, & sapidam facit scientiā, quæ cū alicui inest, inæstimabilis sapor iucūdat & reficit, & de illa dictū est: Sapientia nō intrat in maleuolam animā: hæc aūt à solo Deo est. Et sicut officium baptizandi dominus concessit multis, potestatem uerò & autoritatem in baptismo remittendi peccata, sibi soli retinet, unde Ioannes antonomaticè & discretiuè de eo dixit: Hic est qui baptisat in spiritu sancto: Ita de eo possumus dicere, Hic est qui sapientiæ saporem dat, sapidam animæ facit scientiam, sermo datur siquidem multis, sapientia paucis, quam distribuit dominus cui uult, & quomodo uult.

Spiritus sanctus est patris & filij amor, et connexio, ad ipsum pertinet societas, qua efficimur unum corpus unici filij Dei. Sicut enim unū corpus hominis multis cōstat membris, et uegetat omnia membra una anima, faciēs in oculo ut uideat, in aure ut audiat, & sic in cæteris: Ita sanctus mēbra corporis Christi, quod est ecclesia, cōtinet & uegetat. Et sicut humani corporis membrū præcisum formam quidem, qua membrum sit cognoscitur, retinet, sed nequaq; spiritus sequit, quo præter unitatem corporis uiuat: Sic quicunq; à prædictæ pacis unitate diuisus est, sacramentum quidem tanquam formam retinet, sed spiritu præter unitatem non uiuit. Frustrà ergo foris de forma gloriantur, nisi intus spiritu uegetentur.

Quemadmodum spiritus ille sensibilis; qui ex cerebro per neruos in corpus descendit, non simpliciter omnibus omnia tradit, sed iuxta cuiusq; membri analogiam, plus illi quòd plus, & minus ei quod minus capere potest: istud enim radix est & principale, nempe corpus conseruandum: Ita & Christus. Ipsius enim prouidentia, charismatumq; subministratio, uniuscuiusq; membri, animarum uidelicet
D earum, quæ uelut membra quædam illi adaptatæ sunt, iuxta mensuram & analogiam incrementum facit.

Quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, quum illum tubæ per longi canalis angustias tractum, patentiore nouissimè exitu effudit: Sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit.

Qui neq; spiritus curiose scruteris processum, sufficit mihi quòd filius, quòd ex patre, & quòd hic sit pater, ille uerò filius, & nihil in his curiose scrutor, ne in uocibus, quæ penitus omnem eloquutionem superāt humanam, mihi accidat quod uisui, quum in radios dirigitur solares. Quantum enim quis plus & diligentius uidere uoluerit, tanto magis sensu læditur, & dum intimum cernere quęrit, etiam illo quod plus est, priuatur, quum res quæ uideri debet, longè etiam uisum exuperet, si illam totam uidere uoluerit, & non ita quemadmodum cernere est tutum.

Sed quoniam difficile est te, qui semel iam spiritui insultasti, in medio cursus, impetu retineri, imò uelut ferociores sues solent obniti, & in ipsum uenabulum incurrere, non antè desinis, quàm ferrum totum in te recipias.

Quia igitur spiritum Dei habet in seipso, & participatione ipsius in similitudinem eius formatus est, ideò imago Dei & gloria uocatur, quod etiam inde apparet, quia & mulier gloria uiri esse dicitur, quoniam ex substantia eius facta est. Cœpit enim Deus, inquit, unam de costis uiri, & fecit ex ea mulierem. Sicut igitur mulier gloria uiri dicitur, quia ex parte membrorū uiri facta est: Sic & uir gloria Dei dicitur, quoniam particeps Dei est per habitantem in eo spiritum. Non est igitur creatura spiritus, sed Deus uerus simul cum patre & filio adoratus.

Si spiritu sancto signati ad Deum reformamur, quomodo erit creatura spiritus sanctus, per quem essentiæ diuinæ character nobis imprimitur, quo suscepto, ipsius increatæ naturæ signa in nobis imprimunt? Non enim pictoris more diui-

nam

A nam essentiam spiritus sanctus in nobis depingit, neq; nos ad similitudinem Dei hoc modo ducit, ut possit dici aliud esse quàm Deus: sed quum ipse Deus uerus de Deo uero sit, quasi quoddam sigillum in cordibus suscipientium, sicut in cera inuisibiliter imprimit: & sic communicatione ac similitudine sua in pristinam pulchritudinem naturam nostram depingit, & ad imaginem Dei rursus hominem renouat. Quomodo ergo spiritus sanctus erit creatura, per quē natura nostra reformatur ad Deum, per participationem ipsius spiritus sancti?

Quemadmodū qui spiritu sancto erecti exultāt, corpora etiā sua spiritalia faciunt: Ita uicissim qui ab eo resiliūt, uentri uoluptatiq; seruiētes, animā quoq; suā carnē faciūt, non essentiam substātiamq; illius immutātes, sed nobilitatē perdētes.

Sicut splene & intercute laborantes, cùm larga fruuntur mensa, & frigida potione, & delicatis ferculis, & saporibus, tunc praecipuè omniū sunt miserrimi, delicijs morbū augentes: si uerò siti & fame secundū medicorū leges crucianē, aliquā salutis spem habent: Sic & in iniquitate uiuentes, si puniātur quidem, bonā spem habent: si uerò cum iniquitate licentia & delicijs fruantur, & hydrope laborantibus simul & crapulantibus sunt multo miseriores, & tanto magis, quanto corpore melior est anima. Si aliquos igitur in ijsdem esse peccatis uideris, & hos quidem fame continua, et innumeris malis laborātes: hos uerò potantes, gaudentes, & crapulantes, grauia patientes minus miseros puta. Etenim delectationis flamma aerumnis interciditur, & apud futurum iudicium, & terribile tribunal illud, non parum patrocinij capientes migrant, multa dissoluentes peccata ex his, quae hic grauia passi sunt.

Quemadmodum castam quandam & ingenuam sponsam ducturi, thalamis undiq; tapetibus ornatis, domoq; tota purgata, & ingressu omnibus inhonestis

B ancillis interdicto, in cubiculum illam introducunt: Pari modo uellem etiā uos purificata uestra mente, ualeq; delicijs & uoracitati dicto, matrem omnium bonorū & pudicitiae aliarumq; uirtutum omnium magistram, ieiunium inquam, explicitis uestrae mentis finibus suscipere, ut & uos maiori fruamini uoluptate, & illud congruam uobis suam medicinam conferat.

Quemadmodum sponsa tota pendet à sponso potēti: Ita quid opus est ut anima Christiana, quae sponsum habet omnipotentē, ab uno discedat, & in uarias sollicitudines distrahatur? Itaq; qui spiritualis est, & in seipso sentit esse boni gustū, quod quaesiuit, dicit: Dedisti laetitiam in corde meo.

Struthio uolandi speciē habet, sed usum uolandi non habet: Ita hypocrisis cūctis intuētib. imaginē de se sanctitatis insinuat, sed tenere uitā sanctitatis ignorat.

Scio te diuinis ardere doctrinis, nec temeritate quorundam docere quod nescias, sed antè discere quod docturus sis. Simplices epistolae tuae olent prophetas, Apostolos sapiunt. Non cothurnatam affectas eloquentiam, nec more puerorum argutas sententiolas in claustris struis. Citò turgens spuma dilabitur, & quāuis grandis tumor, contrarius sanitati est, Scitum est illud quoque Catonis: Sat cito, si sat bene.

Si hi qui in stadio currunt, ita ferunē praeceptis informari atq; instrui, ut unusquisq; celeritate non fraude cōtendat, cursuq; quantū potest ad uictoriā properet, supplantare aūt alterum aut manu deijcere nō ausit: Quāto magis in hoc cursu uitae illius, sine fraude alterius & circumscriptione quaerenda nobis uictoria est?

Quomodo in stamine, ex quo dependēt fimbriae, subtegmē intexitur, & tota uestimenti uirtus in stamine est: Ita in uarijs sensibus scripturarū, in quibus uestis Ecclesiae omnis intexit, miscentur aliqua de natura, de moribus. Et hoc ipsum significat uestis Aaron auro, purpura, cocco, bysso hyacinthoq; contexta, quam fecerunt mulieres, quibus Deus ad texendum dedit sapientiam.

C Quemadmodum si studiosi erimus, etiam quæ intolerabilia uidentur, leuia erunt ac facilia: Sic si ignaui fuerimus, etiam tolerabilia ardua nobis atque difficilia apparebunt.

Quemadmodum statua obtrita iam & obtusa, amissa illustri regis figura, denuò à sapiente artifice & bono opifice fingitur, ut figmenti sui gloriam recuperet, & pristino splendori restituatur: Ad istum modum, & nos propter præcepti diuini transgressionem deprauati, ut scriptū est: Homo cùm in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, ad pristinā imaginis Dei gloriam reuocamur. Secundum imaginem eius, inquit, & similitudinem Dei fecit Deus hominem. Quomodo uerò hoc factum sit, Paulus Apostolus docuit, dicens: Gratia Deo, quòd cùm fueritis serui peccati, obedistis ex corde formæ illi, in quam traditi estis doctrinæ. Vt quemadmodum cera sculpturæ typo tradita, figuram eam, quæ sculpturæ inest, diligenter exprimit: Ita & nos typo Euangelicæ doctrinæ nosipsos tradentes, secundum internum hominem figuremur, implentes quod præcipiendi modo ab illo dictum est: Deponentes enim, inquit, ueterem hominem cum actibus suis, & induti nouum, qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius qui condidit ipsum.

Si facta esset aliqua statua talis, quæ magnitudine sui uniuersum orbem terræ teneret, & pro sui immensitate considerari à nullo posset: fieret autem alia statua membrorum habitu ac uultus lineamentis, specie ac materia per omnia similis absque magnitudinis immensitate, pro eo ut qui illam immensam considerare atque intueri non possunt, hanc uidentes illam uidisse confiderent, pro eo quòd omnia membrorū & uultus lineamenta, uel ipsam speciem materiæq; similitudine prorsus indiscreta seruaret: Tali quadā similitudine exinaniens se filius Dei æqua
D litate patris, & uiam nobis cognitionis ostēdens, figura expressa substantiæ eius efficitur, ut qui in magnitudine deitatis suæ positam gloriam miræ lucis diuinæ uiam per splendoris capiamus aspectum.

Quomodo autem statuis hoc plus exhibetur honoris, quo maior est personæ maiestas quam repræsentant, cuiusmodi sunt principum, diuorum ac supremi numinis imagines: Ita sacramentorum dignitas, ex eo quòd arcana significatione repręsentant, æstimatur. Quid autem significat nobis illa sensibilis uiri foeminæq; coniunctio? In primis summum illud, & ipsis etiam angelis adorādum mysteriū, quo se diuina natura ineffabili nexu sic iunxit humanæ, ut in unam & eandem hypostasim iungerent filius Dei, anima humana, & corpus humanū, ac coelestia cū terrenis, æterna cū mortalib. uisibilia cū inuisibilib. infinita cū finitis, creata cū increatis, summa cū imis, indissolubili copula sociarent: quid hac societate diuinius?

Quemadmodum statuarij in suo artificio nobiles, humanæ formæ speciem in lapide uel ligno insculpunt, & deinde superadditis ornatibus decorant, uel auro solidant, uel alijs quibusdam coloribus ornant, adeoq; spectatorum mentem demulcent, non permittentes ut rideant internas & occultas materias, sed ut externis & caducis mūdi splendoribus applaudant: Eodem modo & hi mediatoris idolum deliniātes, simpliciorū mentes deprędant, & tanq; seruos sub hastā mittūt, ne possint diligēter inuestigare, quæ maligno studio ab illis pręparata & inuēta sunt.

Nam quum statura corporis nondū ob ætatem perfecta est, naturæ uirtus reconditur & quiescit, & congruū expectat tempus, quo se clarè exerat: Deus aūt cū perfectus sit semper, nec ipsi ex incremēto accedat aliquid nondū agnatū, & quod accessione temporis suam demōstrationem habeat, sed affulgere faciat ex sua substantia filium, ut substantialem characterem, & sic natam in ipso propriā habeat prolem, quomodo intelligeret, quòd nō semper & simul esset gignēs secundū efficaciam, magis q̄ stans in potētia, & ferēs substantialē motionē, recipiēsq; mutationem,

A nem, quæ non erat ab initio. Impij autem erimus, & in filium non uulgariter, nisi aduersariorum obluctemur opinionibus.

Quemadmodum si quis cum statura cubitali sit, instar montium, imò etiam altiorem se putet, ac ideo seipsum quasi montes excessurus erigat, nullum aliud argumentum insaniæ suæ quæremus: Sic cũ inflatum uideris hominem, qui meliorem se cęteris arbitret, contẽnitq́, opinet, si cęteris hominibus conferat, nullũ iam aliud signũ uecordiæ hominis exquiras. Tãto quippe ridiculosior his est, qui natura insaniunt, quanto ipse sponte hunc sibi morbum iniecit: nec hacre solùm miser, uerumetiam qui in miseriæ fundum se detrusit, ut nihil sentiat.

Sicut stellas in cœlo non extinguit nox: Sic mentes fidelium inhærentes firmamento scripturæ Dei, non uincit iniquitas.

Quomodo stilla aquæ modica multo infusa uino deficere à se tota uidet, dum & saporem uini induit & colorem: Et quomodo ferrum ignitum & candens, igni simillimum fit, pristina propriaq́ forma exutum: Et quomodo solis luce perfusus aër, in eandem transformatur luminis claritatem, adeò ut non tam illuminatus, quàm ipsum lumen esse uideatur: Sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa liquescere, atq; in Dei penitus transfundi uoluntatem.

Tantum inter Stoicos Serene & cæteros sapientiam professos interesse, quantum inter fœminas & mares, non immeritò dixerim, quum utraq; turba ad uitæ societatem tantundem conferat, sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Cæteri sapientes ut molliter & blandè, ut ferè domestici & familiares medici, ægris corporibus, non qua optimum & celerrimum est, medentur, sed qua licet. Stoici uirilem ingressi uiam, non ut amœna ineuntibus uideatur, curæ habẽt,
B sed ut quamprimum nos eripiant, & in illum editum uerticem educant, qui adeò extra omnem teli iactum surrexit, ut supra fortunam emineat.

Quemadmodum stomachus morbo uitiatus, & colligens bilem, quoscũq; accepit cibos, mutat, & omne alimentum in causam doloris trahit: Ita animus cæcus quicquid illi commiseris, ad onus suum, & perniciem, & occasionẽ miseriæ facit.

Quemadmodũ hi qui affecto stomacho sunt & fastidioso, cibos respuẽtes à medicis curantur, appetentiam aliquo cibi condimento excitantibus, ex quo sensus prouocatus cõtinuò ad reliqua appetẽda facilè extendat: Sic & in uerbo ueritatis, ipsa nos experientia ad insatiabile prouocat continuò desiderium.

Si studentes doctrinis secularibus perparum somno indulgent: Quanto magis qui Deũ cupiunt cognoscere, non debent somno corporis impediri, nisi quantum naturæ satis est?

Stultus ut Luna mutatur. Quemadmodum splendet luna sine feruore, modò plena, modo exigua, modò nulla uidet, mutuatũ siquidem lumen nunq; in eodẽ statu permanet, sed crescit, deficit, extenuatur, annihilatur, & penitus cõparet: Sic qui conscientias suas in alienis labijs posuerunt, modò magni, modò parui sunt, modò nulli, secũdum quod adulantium linguis uel uituperare, uel laudare placuerit. At uerò iustus permanet ut sol, solis splendor igneus est, et cũ feruet acrius, etiã oculis lucidior exhibetur: Sic sapientis ardor internus foris lucet, & si non datur ei utrunq;, curat semper magis ardere, ut pater qui uidet in abscondito, reddit &c.

Quemadmodum stultus est qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius & frena: Sic stultissimus est, qui hominem aut ex ueste, aut ex conditione, quæ uestis modò nobis circundata est, æstimat.

Quemadmodũ sues lutosa immũditia, & dæmones nostris damnis lætantur: Sic inuidi calamitate proximorum exultant. Quumq; aliquid triste ac doloris efficiens proximo acciderit, tunc aliquantulum acquiescit atq; respirat: alienas enim

iacturas

C iacturas suos quæstus existimat, & aliorum felicitatem miseriam suam arbitratur: nec magis considerat quid ipse suaue consequatur, quàm quid proximo calamitosum inferatur. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi? nonne omni cruciatu torquendi sunt? Non aliter profectò quàm rabie concitati, canesq; pernitiosi, dæmonesq; atrocis furiæ.

Vt tener surculus ueteri abscisus ex arbore, in alterius fœtu radicis inseritur: Ita populus hic sanctus surculi ueteris cicatricibus enodatus, in nouo illo crucis ligno tanquam gremio piæ parentis fotus inolescit. Spiritusq; sanctus sicut in altas dimissus terrarum scrobes: Ita in hoc carcereum corpus infusus, aquæ salutaris irriguo, diluit quicquid est fœtidum, membrorumq; nostrorum habitus in cœlestem erigit disciplinam.

Quemadmodum summum adiectionem non recipit (quid enim supra summum erit)? Ita ne beata quidem uita, quæ sine summo bono non est.

Sicut sutores, fabros, pictores, non attendimus unde nati sint, sed artis excellentiam consideramus: nec quærimus à ludente, Græcus an barbarus sit, sed uocũ consonantiam petimus: Ita auditores.

Sutoris discipulus dum cupit artem discere, credit quicquid illi à magistro dicitur: docet eum quomodo calceum tenebit, quomodo corium scindet.

Quemadmodum ardentem syluam, aut materiã nobis cura est procul ab igne submouere: Sic opus est (quoad fieri possit & liceat) inuidorum conuersationes à nostra amicitia repellere, ut extra eorũ uenenatas sagittas securius agamus. Neq; enim possibile est ut hoc malo implicemur, nisi illi familiaritate cõiuncti fuerimus.

Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem, illa ad dulcedinem cantumq; cogitationes impedit, nec ad seria patitur
D intendi: Sic adulatorum & praua laudantium sermo diutius hæret quàm auditur, nec facile est animo dulcem sonum excutere, prosequitur & durat, & ex interuallo recurrit.

T.



TALPA super terrã serpens capta oculis stellas uidere nõ potest: Et qui de rebus tẽporaneis deo fidẽ nõ habet, neq; de æternis potest credere.

Non uides quomodo tauri illi flammam in tergo ferentes, omnibus sint intolerabiles: Non aliter tu quoq; diabolo eris intolerabilis, si spiritu feruens fueris ac concitatus.

Sicut tauri duces sunt gregis: Ita sacerdotes sunt principes populi.

Si lucida teda, si fax clarissima, etiam noctu iter tentanti ductum præstat, gressus illius sine offendiculo dirigit: à præcipitio, fouea & lapsu pedes ipsius præseruat, & tenebroso quidem tempore, ne in tenebris ambulet, eum lumine claro circumfundit, ut habeat ille continuum fulgorẽ itineris sui ducem. Atqui in hac uia præsentis uitæ difficili, salebrosa & aspera, mille occurrũt pericula, discrimina mille, quæ impedimento plerunq; sunt nobis, ne optatam nostri callis contingamus metam, sed aliò nos diuertunt, & deducunt in perditionem. Nunc prærupta iter hoc agentibus occurrunt pręcipitia, nunc senticosa & spinis obsepta loca. Interdũ densis obducimur tenebris, & opaca nocte in hac ualle mundi umbrosa: interdũ uerò luto hæremus, & in lubrico cœno uix bene pedem sistimus. Omitto diuerticula, in qua facilè ferimur à uia plana & regia declinantes ad dextram aut sinistrã. Prætereo latronum insidias, obsidentium omnes uiæ nostræ partes, & in exitium nostrũ toto annixu cõspirantium. Itaq; summopere opus est nobis ad peragrandam huius nostræ peregrinationis semitã, recto duce & bono, qui & uiæ non sit ignarus, & libens uelit nos omnibus his exemptos periculis, incolumes ad constitutam nobis ciuitatem perducere. Verùm quod multis optandum nobis esset uotis, &

A tis, & ingenti labore perquirendum, ultrò nobis offertur. Ecce Christus se nobis ducem promptè & alacriter exhibet, utque ipsum sequamur, dulciter inuitat. Vide Cyrillum in cap. 8 Ioan.

Quemadmodum quibus usus est bellica tela tractandi, cùm ante regem mundi huius artis suæ cupiunt peritiam demonstrare, in paruissima quadam scutula, quæ figurata in se continet præmia, iacula sua, uel sagittas intorquere cōtendunt, certi quòd non aliàs, nisi destinationis suæ linea, ad finem possint desiderati præmij peruenire, securi de illo si propositum scopum ualuerint obtinere. Qui si fortè ab eorum fuerit subtractus intuitu, nec indeclinabiliter ei sagacissimorum obtutu peruicatia inhæserit, quantumlibet recto tramite cassa imperitorum deerret intentio, excidisse se tamen à contemplatione nō sentiet: & cum sibi efficacissimis telorum emissionibus uideantur inniti, frustrato inertiæ labore falluntur, quia illum subtilissimum destinationis limitem persequi oculis ac mente non norunt, & cùm inutiles in aëra uacuosque ictus effuderint, in quo peccauerint, quóue decepti sint, diiudicare non possunt: quippe quos nulla mensura proposita arguit, quantum à directione discesserint, nec quo deinceps corrigere uel reuocare debeāt lineam disciplinæ, docere potest passiuus obtutus: Ita igitur & nostri propositi finis quidē iuxta Apostolum, uita æterna est, scopus uerò puritas mētis, quā Paulus sanctificationē nuncupauit, sine qua prædictus finis non poterit apprehendi.

Vt tela à duro resiliunt, cum dolore cædentis solida feruntur: Ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit.

Sicut in telis eadem ferri uis est, sed in infinitum interest, utrum excusso lacerto excutiantur, an remissa manu effluant, gladius item & stringit & transforat, quàm presso articulo uenerit, refert: Idem est quod datur, sed interest quomodo detur.

B Quemadmodum tellurem oportet nō accepta duntaxat semina referre ac credere: Ita & animum oportet non in acceptis tantùm præceptis consistere, sed etiam transcendere.

Quemadmodum tempestatis ac pluuiæ ante ipsas notæ ueniunt: Ita iræ, amoris, omniumque istarum procellarum animos uexantium sunt quædam prænuncia. Quæ comitiali uitio solent corripi, iam aduentare ualetudinem intelligunt, si calor summa deseruit, & incertum lumen neruorumque trepidatio est, si memoria sublabitur caputque uersatur. Solitis itaque remedijs incipientem casum occupant, & odore gustuque quicquid est quod alienat animos, repellitur, aut fomentis contra frigus rigoremque pugnatur: aut si parum medicina profecit, uitauerunt turbā, & sine teste reciderunt.

Credas mi frater, non sic tempestate iactatus portum nauta prospectat: non sic sitientia imbres arua desiderant, non curuo assidens littori anxia filium mater expectat. Postquam me à tuo latere subitus turbo conuulsit, postquam glutino charitatis hærentem impia distraxit auulsi, Tunc mihi cæruleus supra caput astitit imber. Tunc maria undique, & undique cœlum.

Quemadmodum tempestate aduentāte nubes quędam caliginosæ occurrunt, inde cum tonitruum fragore, cœlum una nubes operit, tunc repente in terram pluuia diffluit: Sic Paulus cùm posset multa indignatione in fornicatorem ferri, non tamen fecit, sed horrendis uerbis primùm hominis fastum contundit, cùm duplex inde peccatū oriatur, fornicatio scilicet, & quod fornicatione grauius est, commissorum indolentia.

Sicut de templo omne bonum egreditur: Sic & de templo omne malum procedit. Quemadmodum medicus quando primò ingreditur ad infirmum, statim de stomacho eius interrogat, & eū componere primùm festinat: quia si stomachus

S sanus

C sanus fuerit, totum corpus ualidum est: si autem dissipatus fuerit, totū corpus infirmum est: Ita si sacerdotium integrum fuerit, tota ecclesia floret: si autem corruptū fuerit, omnium fides marcida est. Cor autem & stomachus sacerdotes intelliguntur, quia in rebus spiritualibus per eos totus populus gubernatur. Et sicut cor sapientiæ locus est: Ita sacerdotes sunt receptacula sapientiæ spiritualis, Esaia dicente, de regibus quidem: Omne caput in dolore: de sacerdotio autem: Omne cor in tristitia. Sicut enim stomachus accipiens cibum, coquit eum in seipso, & per totū corpus dispergit: Sic & sacerdotes accipiunt scientiam sermonis per scripturas ex Deo, & excoquentes eam in se, id est, tractantes & meditantes apud se, uniuerso populo subministrant. Et sicut stomacho subministrante, unumquodq; membrū suscipit nutrimentum, & conuertit ipsum in se secundum suam naturam, utputa quod suscipit iecur, totum fit sanguis: quod autem suscipit fel, bilis efficitur totū: quod uerò ascendit in pulmonem, phlegmata fiunt: quod autem in mamillas, totum efficitur lac: Sic sacerdotibus in ecclesia loquentibus, uerbū omnes suscipiūt, unusquisq; autem conuertit illud secundum proprium cor, ita ut unum id ipsum uerbum in cordibus quidem rectis procedat ad uitam: in cordibus autem peruersis suscitet iracundiam, quasi bilis: in alijs aut operatur dilectionem dulcissimam, quasi lac: in alijs autem odia, quasi phlegma nociuum & expuendum. Videte ergo sacerdotes quomodo uos componatis in uerbo & opere. Quoniam sicut in corpore, si aliquod infirmatū fuerit membrum, non omnino languet & stomachus: si autem stomachus languerit, omnia membra inueniuntur infirma: Sic si aliquis Christianorum peccauerit, non omnino peccant & sacerdotes: si autem & sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandū. Ideo unusquisque Christianorum pro suo peccato reddet rationē: sacerdotes autem non solùm

D pro suis, sed & pro omnium peccatis reddituri sunt rationem. Vidit arborem pallentibus folijs marcidam, & intellexit studiosus agricola, quia læsuram in radicibus haberet. Nam uerè, quemadmodum quum uideris arborem pallentibus folijs, marcidam intelligis, quia aliquam culpam habet circa radicem: Ita quum uideris populum indisciplinatum & irreligiosum, sine dubio cognosce quia sacerdotium eius non est sanum.

Conditio præsentium temporum etiam hanc ammonitionem prouocat nostram, nō oportere nos mirari super hæreses istas, siue quia sunt, futuræ enim prænunciabantur: siue quia fidem quorundam subuertunt, ad hoc enim sunt, ut fides habendo tentationem, haberet etiam probationem. Vanè ergo & inconsideratè plerisq; hoc ipso scandalizantur, quòd tantum hæreses ualeant, quantum si non fuissent: cùm quod sortitum est, omnimodo sit, sicut causam accipit ob quam sit: sic uim consequitur per quam sit, nec esse non possit. Febrem denique inter cæteros mortiferos & cruciarios exitus erogando homini deputatam, neq; quia est miramur, est enim: neq; quia erogat hominem, ad hoc enim est. Proinde hæreses ad languorem & interitū fidei productas, si expauescimus hoc eas esse, quæ dum sunt, habent posse: & dum possunt, habent esse. Sed enim febrem ut malum, & de causa, & de potentia sua, ut notum est, abominamur potius quàm miramur, & quantum in nobis est, præcauemus, non habentes abolitionem eius in nostra potestate. Hæreses uerò mortem æternam, & maioris ignis ardorem inferenteis, malunt quidam mirari quòd hoc possint, quàm deuitare ne possint, quum habeant deuitandi potestatem.

Denique idem quo ingenio temporum uices sic moderatur, sic dispensat, ut naturæ conuenienter aliæ decedant, aliæ accedant, perinde ac si in choro aliquo inuicem sibi connectantur, & nihilominus inter se certis spatijs distent.

Sanè exteriores tenebræ intelligi possunt quædam malignitas odij & uoluntatis, quæ

A tis, quæ tunc excrescit in mẽtibus reproborum, & quædam obliuio Dei, quia tormentorum interiorum, & exteriorum doloribus adeò afficientur & turbabuntur, ut ab illis ad cogitandum aliquid de Deo uix uel rarò, uel nunquam mentem reuocent: Vt qui nimio premuntur pondere, adeò stupescunt & turbãtur, ut interim in aliam cogitationem non se extendunt, sed illuc tendit impetus cogitationis, ubi sentitur uis doloris.

Vt in tenebris ambulantes, nihil manifestè uereq̃ cõspiciunt: si enim funem uiderint, serpentem putant: si inter montes ac prærupta deuenerint, præmoriuntur pauore: Sic etiam isti nulla prorsus metuenda cernentes, sola suspicione terrentur. Nam pauperiem contremiscunt, imò non pauperiem tantùm, sed etiam quantulumcunq̃ dispendium. Nam si egregium aliquid saltem amiserint, magis etiam, quàm hi qui necessario uictu indigent, lamentantur ac deflent. Multi igitur ex diuitibus istis etiam ad laqueum concurrerunt, nequaquam scilicet tantum mœrorem ferentes, sed & iniuriam pati, ac detrimenti aliquid incurrere, ita illis intolerandum uidetur, ut ob hoc quoq̃ plurimi uitæ istius blandimenta respuerint. Siquidẽ molles eos, & ad omnia prorsus infirmos diuitiæ reddiderunt, nisi quòd fortes in solo earum seruitio perseuerant. Quando enim illæ sibi eos seruire compellunt, nec uerbera, nec opprobria reformidant, nõ ignominiam prorsus ullam, non periculum capitis perhorrescunt, quod certè infelicitatis est extremæ, ad hæc quidem, in quibus philosophari decet, esse omnibus molliores: ad ea uerò in quibus pudore opus est ac timore, impudentiores omnibus fieri, atque omnibus sæuiores. Tale enim aliquid his accidit, quale est quod ille perpetitur, qui pecuniam suam in ea quæ oportuerat, impendit. Hic enim tempore necessarij fœnoris imminente, non habens quod possit credere mutuanti, intolerabilia mala sustinet, malè

B iam omnibus quæ habuerat expensis, & quemadmodum illi in theatro artium la sciuarum periti, in ipsis quidem plurima & admiranda faciunt, & periculosa patiuntur: in alijs utilibus necessarijsq̃ rebus imperitiores omnino cunctis, & irrisione sunt omnibus digniores. Nam qui supra funem per sublime tensum cum se curitate gradientes tantam fortitudinem mentis ostendunt, cùm aliqua necessaria certè causa audaciam & fortitudinem flagitat, nihil prorsus uirile non modò facere possunt, uerumetiam cogitare: Sic sunt profectò etiam isti locupletes, qui quum omnia pro diuitijs audeant, pro philosophia non grande aliquid, non exiguum se sustinere patiũtur. At sicut illi ridiculum opus exequuntur, & uanum, & omnino infructuosum: Ita hi quoq̃ pericula ac præcipitia sustinent multa, quæ omnia inutili fine clauduntur, hinc quidem mentis confusione cæcati, inde uerò inaniũ curarum caligine obducti, propter quod nec facilè possunt ea quæ sunt discẽda percipere. Qui enim noctis tenebris impeditur, statim ut radij solis affulserint, à tenebris liberatur. At uerò captus oculis, etiam sole ubiq̃ rutilante, noctem suam patitur, quòd hi quoq̃ profectò qui ne sole quidem ipso iustitiæ tam splendido coruscante, eisq̃ maximam ostendente lucem, ab animi sui tenebris liberantur, ita eorum oculos clausere diuitiæ, propter quod & duplicem sustinent cæcitatẽ: unã quidem, quam patiuntur ex opibus: alteram uerò quam perferunt, dum obedire tali nolunt magistro.

Sicut huic qui tenebris traditur ad pœnam, imputari nõ potest quòd in obscuro sit, & qui igni traditur, culpari pro hoc ipso non potest cur uratur: Ita his qui desiderijs & immunditijs traduntur ut contumelijs afficiant corpora sua, non dignè uidebitur imputari, si in desiderijs & immunditijs positi, corpora sua contumelijs maculent.

Sicut in tenebris neq̃ amicus, neq̃ inimicus agnoscit̃, sed omnia penitus ignorantur: Itidem in peccato usu uenit.

C Quemadmodũ qui in tenebris ſedet, tantiſper dum non intuetur ſolem, ipſe non accurrit, neq; accedit, uel peruenit ad pulchritudinem iubaris & radiorum, ſed iubar ipſum ſeſe oſtendit ubi ſol ſplenduerit. At quando ipſe radiorum fulgorem acceperit, tum & ipſe ſequitur lumen. Hoc igitur eſt quod ait, Quemadmodum cognitus ſum, non quòd adeò impermutabiliter ipſum agnoſcemus, uerùm quòd ipſe nos accurrerit nunc. Proinde ſic nos tenebimus eum, ueluti ſi quis inueniens ingenuum infantem expoſitum, forma blandum & conſpicuum, ipſe quidem infantem agnoſcens tollat educationeq; dignetur, ingenuum iſtum alat, ac tandem opibus ſplendidum reddat, & ad regiam introducat. Ac puer quandiu infans mãſerit, nihil horum ſentiat, neq; tollentis agnoſcat humanitatem: ſimulac uerò adoleuerit, benefactorem agnoſcat, dignis eum beneficijs proſequatur.

Hoc enim Dei tergũ eſt, quicquid eum nobis ſuo iudicio refert, ut tamen illius naturam non contingat: Perinde ac umbra & in aqua relucens, ſolis imago hebetioribus oculis illum adumbrat, dum illum ipſum præ nimio puriſſimæ lucis fulgore, quò ſenſum facilè exuperat, intueri nequeunt.

Quemadmodum enim terra frequenter irrigata cœleſti pluuia, nec aliud proferens cultori ſuo q̃ ſpinas & tribulos, execrabilis eſt, & igni tradit̃: Ita Deus nonnunq; ob pertinaciter ſpretã ipſius bonitatẽ tradit eos in reprobũ ſenſum. Quare conſultiſſimũ eſt, fratres dilectiſſimi, nõ in longũ proferre correctionem uitæ, ſed protinus ad uocẽ inuitantis domini exuere ueterẽ hominẽ cũ factis ſuis & cõcupiſcẽtijs, ne toties nõ exauditus dominus, uiciſſim nõ audiat nos clamãtes ad ipſum.

Quemadmodum eadem terra ſtat quidem ſanis, & non ægrotantibus: mouetur autem uertiginoſis, & qui ſe circumuoluunt, quũ uidentiũ paſſio ad id quod cernitur, tranſmutatur: aut, ſi mauis, quemadmodũ eadẽ ſtatua maior quidem ijs
D qui propè ſunt & cõſiderant, minor uerò diſtantibus apparet, cũ aër ſuffuretur diſtantiæ, uiſui uerò dilatet craſſiora: Ita & nos facilè decipimur propter inimicitias, ut in eiſdem nequaquam idem amici ſimus, nec nos cognoſcimus.

Terra ſi non occupata ſemente aut conſitione, quamlibet herbam producit: Sic & anima quoties non habet quod agat rerum neceſſariarum, quum omnino cupiat aliquid agere, prauis actionibus ſemet tradit.

Diſſimile. Terra ſemel accepto ſemine mox profert fructus, neq; indiget altera ſatione. In anima noſtra non ita uſu uenit, ſed frequenter & ſumma cum diligentia in ea ſerendum eſt, ut ſemel ſaltem fructũ accipiat. Primũ enim nõ facilè incidũt, & imprimuntur animo uerba Dei, quoniã multa ſequit̃ difficultas, multis obſtruit̃ ſpinis anima, multi adſunt inſidiatores, ſemina diripientes. Deinde cũ germinant, & radices agunt ſemina, iterum indigent diligentia, ut ad maturitatem perueniant: & cũ peruenerint, ut integra perſtent, & à nemine lædant̃. In ſeminibus enim cũ è uagina ſpica erumpit, & rubiginem, & cætera noxia facilè contemnit. In doctrina autem perfectum opus nonnũquam aliqua incumbens tempeſtas & fluctus perdidit, idq; & rerum difficultate & hominum qui ſciunt & uolunt lædere, fraudibus, uarijsq; alijs tentationibus penitus labefactatur.

Quemadmodum terra recepto ſemine auget ac creſcere illud facit: Sic anima uerbum cõtinet, & alit & fouet. Iſthic enim natura eſt quæ ſtabilitatẽ ac robur habet: hîc aũt uoluntas res innumeris modis uaria & facilè alterabilis. Quare oportet doctorem aut præceptorem multum circunſpectum eſſe.

Sicut irrationabilis terra, quæ ſecus uiam poſita eſt, ſemper conculcatur, & dura eſt, & ſemina doctrinæ in ſulcos ſenſus ſui non recipit, ſed ut uolatiles ſpiritus rapiunt ea: Sic & omnis arbor rationabilis iuxta uiam poſita, nunquam poteſt eſſe fructifera, id eſt, homo ſecundum mundum uiuens, nunquam poteſt euadere à peccato, ut ſit iuſtus. Frequenter enim tranſeũtes ſpiritus, ipſas gemmas iuſtitiæ

A excutiunt de ramis eius, antequam aperiantur in flores. Interdum aūt ipsos flores iam apertos excutiunt, interdum uerò etiā poma ipsa formata deponunt. Rami enim sunt animæ sensus ipsius, de quibus omnia bona procedunt. Gemmæ autē sunt bonæ cogitationes cohærētes in sensibus. Aperti autem flores sunt bonæ uoluntates. Sicut enim de gemmis flores procedunt, ita de bonis cogitationibus nascuntur bonæ uoluntates. Sicut autē flores non possunt procedere, nisi fuerit gemma: Sic bona uoluntas nasci non potest, nisi præcesserit in homine cogitatio bona. Bona enim cogitantes, incipimus desiderare quæ bona sunt apud Deum.

Quemadmodum enim terra & cœlum, necnon aër, & similia, non ideo sunt contemnenda, quia quidam malè his sunt abusi, pro Deo ea quæ Dei sunt uenerantes: Ita quicquid utilitatis ex Philosophia percipi potest, id omne ad uitæ usum fructificare debemus, ita tamen ut periculum effugiamus, & nequaquam contra creatorem, creaturam, iuxta insipientes, concitemus, sed ex opificio opificem deprehēdamus, & sicut diuinus inquit apost. omnē intellectū Christo captiuemus.

Quoniāquidem sicut terra cultore neglecta, spinas & tribulos necessariò producit: Ita sensus uester longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerum & intelligentias falsæ scientiæ germinauit. Opus est nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis uestræ, ut id sermo ueritatis, qui est uerus & diligens cordis colonus, assiduis excolat disciplinis.

Quemadmodum in terra hac spatiosa & lata, animantiū alia māsuetiora sunt, alia ferociora: Ita in latitudine animæ nostræ cogitationum aliæ sunt magis pecuinæ & irrationales, aliæ ferociores & agrestiores.

Si hi qui in terrenis uersantur negocijs, & in colligendas opes insaniunt, omnia promptè suscipiunt facienda, & uidentes ante oculos pericula maris, piratarum insidias & naufragia, non franguntur, nec segniores fiunt, quamuis, quod
B plus est, de fine nihil certi habeant: Qualem nos habituri sumus defensionem, si non omni studio & alacritate accingamur ad uirtutum studia & agones, propter æterna illa bona? Quare ita ingrati sumus benefactori nostro, & neque quæ iam donata sunt uersamus animo, neque promissa cogitamus, sed omnium, ut ita dicam, obliti, frustrà & in uanum quasi pecudes, uitam totam transimus, animæ quidem nullam facientes curam, uentrem autem solum impinguantes, atque etiam propter hoc corpori multum nocentes? Etenim corpori ob uoracitatem & immoderantiam multa paramus, animam uerò fame perire sinimus: tametsi potentior anima sit quàm corpus, & ablata illa hoc mortuum relinquatur. Oportet igitur & huic, & illi congrua & conuenientia præbere alimenta. In temperanti & hinc & illinc utrique nocemus, hoc plus quàm oportet saginantes, hanc autem fame perire cogentes.

Tesseram duces sub se militantibus dant, ut amici facilius inuicem se noscētes exhortentur, & si cum hostibus commisceantur, eo facilius discerni ac separari possint. Quòd si fortè commilitonum separatio fiat, nemo te, quarum, nostrarum an aduersarij partium sis, nouerit: nisi mysticis signis familiaritatem præ te feras, nisi signatum sit super te lumen uultus domini, ni characterem in te agnoscat angelus, quó nam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis uindicabit? Quomodo, inquam, dices, Dei sum, signa non ostendens? An ignoras quemadmodum signatas domos in Aegypto exterminator præterijt, in non signatis uerò primogenita peremit? Thesaurus non obsignatus furibus facilè patebit. Ouis item absque nota insidijs protinus est obnoxia. Iuuenis es? ætatem freno baptismi retine. Flos abest ætatis? uide ne senectutis uiaticum desit, ne arcem & propugnaculum per inconsiderantiam atque ignauiam amittas, neu de undecima hora, sicut de prima cogita. Quandoquidem & illi, qui iam primū incipit uiuere, mortem

C ante oculos habere continuò est opus. Si quis medicus commentis ac machinis quibusdam te iuuenem à sene reddere se receperit, ad eam profectò diem omni studio uenire curares, in qua ætati floridæ te restituendum uideres. At nunc cùm anima tua, quam omni scelere contaminatam reddidisti, per baptismum renouari ac regenerari nuncietur, tantum despicis beneficium, nec ultro properas, ut id pollicenti sis obuiam.

Quisquis negat ideo utrunq; testamentum ab uno Deo esse posse, quia nõ eisdem sacramentis tenetur populus noster, quibus Iudæi tenebantur, uel adhuc tenentur, potes dicere non posse fieri, ut unus paterfamiliâs iustissimus aliud imperet eis quibus seruitutem duriorem utilem iudicat, aliud eis quos in filiorũ gradum adoptare dignat̃. Si autẽ præcepta uitæ monẽt, quòd minora in ueteri lege sunt, in euangelio maiora, & ideo putant̃ non ad unum Deũ utraq; pertinere: potest quis hoc putat perturbari, si unus medicus alia per ministros suos imbecillioribus, alia per semetipsum ualentioribus præcipiat, ad reparandã uel obtinendã salutem. Vt enim ars medicinæ cũ eadem maneat, neq; ullo pacto ipsa mutet̃, mutat tamẽ præcepta languentibus, quia mutabilis est nostra ualetudo: Ita diuina prouidentia cũ sit ipsa omnino incõmutabilis, mutabili tamen creaturæ uariè subuenit, & pro diuersitate morborũ alijs alia iubet, aut uetat, aut à uitio unde mors incipit, & ab ipsa morte ad naturã suam & essentiam, ea quæ deficiunt, id est, ad nihilum tendunt, reducat & firmet.

Testamẽta tabulæq; de nuptijs, de debitis, deq; reliquis cõtractibus, nisi in frõtispicio consulũ annos habeãt præscriptos, nullã ex sese uim habẽt. Hoc est enim quod illis robur addit, hoc est quod controuersias dirimit, hoc quod à lite liberat, hoc quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia describũt, nõ aliter q̃ lucerna

D in cãdelabro poni solet, sic in frontispicio literarũ, addũt consulũ nomina, ut omnibus quæ subijciunt̃ præluceãt. Quæ si sustuleris, lumẽ sustuleris, omniaq; tenebris, multaq; turbatione cõpleueris. Propterea omne dati acceptiq; negociũ, siue cũ amicis, siue inimicis, siue cũ famulis, siue cũ procuratoribus et œconomis agatur, hac eget cautione, & ubiq; menses, annos ac dies subscribimus. Quòd si tantũ ualet ea res in negocijs tẽporalibus, in spiritualibus multo amplius profuerit. Siquidẽ hoc declarat prophetias esse prophetias. Neq; enim aliud quicq; est prophetia q̃ rerum futurarũ enarratio. Proinde qui nescit tempora eorũ quæ dicta sunt, quæ ue euenerũt, qui poterit homini cõtentioso demõstrare prophetiæ certitudinem? Hinc nobis & aduersus gẽtes certamina cõtentionesq;, cũ nostra demõstramus antiquiora quàm quæ apud illos habent̃. Hinc nobis aduersus Iudæos infelices multis opus est demonstrationibus ad euincendam ueritatem.

Sicut non habere multos testes suorũ delictorũ, resipiscenti faciliorem reditũ præbet: Sic si frontem perfricuerit anima, & uiderit quòd nemo ignoret quæ mala admiserit, non facilè desistere solet, sed quasi in profundum lutum incidisset, & subtus ab innumeris raperetur fluctibus, difficilè emergere poterit. In desperationem enim cadit, & nullum sibi reditum promittit.

Non solùm testimonia quæ Euangelistæ & Apostoli scribunt, respicere debet lector curiosus, & ea attendere quæ sequuntur, quæ præcedunt, uelut si domum, quæ fortè per industriam absque fenestris subobscura facta est, lucerna intromissa uidere debeas qualis sit intus, qualis situs in medio uel in circuitu.

Theatrica inobedientes multos nobis constituunt & ineptos: quæ enim hîc (in Ecclesia) extruuntur, illic subuertuntur, & non solùm, sed & alias immunditias necesse est theatri studiosis adhærere. Et perinde fit ac si quis campum uelit purgare, in quem fons luto fluens influat: quantum enim purgaris, tantum influit: Hoc & hic fit, quando enim purgamus à theatro huc uenientes, & immun-

ditiam

A dictam afferentes, dum illuc iterum abeunt, maiorem contrahunt immunditiam, quasi dedita opera sic uiuant, ut nobis negocium faciant, & iterum ueniunt multo luto sordidati, in moribus, in gestibus, in uerbis, in risu, in desidia. Deinde iterum nos fodimus, quasi dedita opera in hoc fodientes, ut puros illos dimissos iterum uideamus luto ac cœno inquinari. Eapropter cõmendo uos Deo, unde iam & testificor uobis qui sani estis, quòd iudicium uobis erit ac condemnatio, si quis uiderit inordinatè uiuentẽ, si quis uiderit, maximè illo tempore nõ admonuerit, non corripuerit: hoc plus est quàm orasse, dimitte preces, & illum corripe: Ita & illi proderis, & tu lucrum habebis: Ita etiam omnes seruari poterimus, & regnum cœlorum assequi.

Quemadmodum qui in paruo theatro certant, magnum sibi inquirunt, ac si illud non satis sit ad præbendum de se spectaculum: Sic qui in Dei conspectu certant, inde hominum sibi famam quærunt, maiori omisso theatro, minoris cupiditate magnum sibi supplicium hauriunt.

Vt in theatris qui per sublatum funem scãdere ac descendere exercent, si parũ aliquid oculorũ acies errarit, præcipites cõtinuò ruunt: Ita qui spiritualẽ grassantẽ uiam, si breui segnitie tẽpus cõcesserint, per anfractus quosdã proni sæpe traduntur. Et fune illo quidẽ hic limes angustior est erectus magis ac arduus multoq; celsior, cuius ad apicẽ terminat cœlũ. Et cũ supremũ illud fastigiũ tetigerimus, tũ uerò gradus nobis incertior. Quippe in edito stantẽ plurimus circũsistit horror, cui spes certè una relinquit, ne flectat ad ima aciẽ, neue terrã humilẽ despiciat: inde caligo prorsus ingẽs, grauisq; obuersat oculis. Et sicut in cithara nõ unius tantũ fidis melodiã excitasse satis est, sed omnes pari quodã numero percurrẽdæ: Sic in uirtute animi nõ tantũ lex nobis ad salutẽ sufficit, sed oẽs æque diligẽter obseruandę.

B Quomodo in theatralibus scenis, unus atq; idem histrio, nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem: Ita & nos (qui si de mundo non essemus, o diremur à mundo) tot habemus personarum similitudines, quot peccata.

Theriacum antidotum de corpore serpentis confici solere dicitur, quod utiq; uirus, corpusq; serpentis, cùm solùm sumitur, nocet: cùm admiscetur alijs, sanitati est & saluti: Sic scientia boni & mali, si quis sapientiæ habeat, si quis uitæ semper intendat, si quis cætera uirtutum genera consequatur, nequaq; inutilis æstimatur.

Prouocaui, non ut prælargi pectoris pusillũ libamen accipere, sed ut ingens diuitis ubertim flumen haurire. Thesaurũ sapientiæ desideraui, sed minus accepi quàm uolui. Opto itaq; sapientiæ floribus pasci, & uiui fontis haustibus irrigari: præsta cupienti. Potest enĩ seminudi roboris uelamen genitale uiridari, si meruerit tuis sensim fluẽtis augeri. Cur mihi fons orbis paruo sermone meauit? An minus apta suis sperauit corda fluẽtis? Cũ pateat mẽs omnis aquis, spectetq; loquacẽ Religionis opẽ, gratos dat sensibus imbres, Expectat quos plena fides de stipite pẽdens.

Qui thesaurũ effodiunt in mundo, charissimi, licet infinitas inde capiant diuitias, nõ prius absistunt, quàm totum exhauserint. Non enim ut multa tollant, sed nihil relinquant, hæc eos præcipuè cura tenere solet. Si uerò circa pecunias insanientes, tanto circa pereuntia neq; permanentia studio funguntur: Multo magis hoc nos in diuinis facere thesauris oportet, nec prius retrocedere, quàm totum exhauserimus apparens. Apparens autem dixi, quoniam omnia exhaurire non datur. Fons enim est perenniter manans, diuinarum uirtus cogitationum, nunq; deficiens, nunquam consumpta.

Quemadmodũ thesaurũ suũ domo proximi defossum, si quis quęreret & eruere recuset, nunq; ne inspiciat quidẽ: Sic qui quærere cõmodum suũ in utilitate proximi nõ uolet, coronã rebus his propositã nunq; assequet: Sic dominus ipse mortuus

C tuus est, ut nos essemus cōiunctiores. Et quemadmodū puerulum quispiā somnı culosum suscitans, ut fratrem sequatur, si sponte nolit, quidpiam quod amare & concupiscere puer maximè solet, fratri in manus dat, quò uel recuperandi studio, eum qui habet, consequatur (id quod fieri uidemus) Ita in his quoq; quod utile sin gulis est, proximo dedit, ut concurramus, & ut ne scindamur.

Meritò thesauro cuipiam confertur diuinarum scripturarū lectio. Nam sicut ex illo quisquis uel paruum fructum capere ualet, multas sibi parat diuitias: Ita & in sacra scriptura, etiam in breui dictione uariam sententiarum uim, & indicibi les diuitias inuenire licet. Et non solùm thesauro similia sunt diuina eloquia, sed fonti quoq; largis perennibusq; scaturienti fluentis.

Sicut si quis de sensibili thesauro uel paruam acceperit portionem, multas ta men diuitias inde sibi parabit: Ita & in diuinis scripturis, etiam in breui lectione sensuum grauitas & ineffabiles inueniuntur diuitiæ. Talis enim natura est huius thesauri, ut abundare faciat eos qui se inueniunt, & nunquā deficiat. Fontis enim huius scaturigo est spiritus sanctus.

Sicut qui de sensibili thesauro sæpe unam gemmam recipiens, magnas sibi pa rat diuitias: Ita & hic iustorum uirtutes, modò attendere uoluerimus, tantam no bis utilitatem afferre possunt, ut ad imitandum eos incitemur. Sic enim poterimus & nos eundem, quem illi, fauorem Dei consequi.

Thesauro cuipiam assimilatur iustorum uirtus, in quo plurimæ & ineffabiles diuitiæ continentur. Nam sicut qui ex illo uel paruam quandam partem capere potest, breui sibi copiam rerum, quanta satis est, parat: Ita euenire & in uirtutibus Patriarchæ Abrahæ uidere quis potest. Ecce fere quotidie ex historia eius, propo sita uobis doctrina, magna largitate conuiuium præbemus, & huc usq; nondum
D paruam bonorum illius operum partem enarrare potuimus, tantis abundat uirtu tibus. Et sicut à fonte largis fluente riuis, etiamsi omnes hauriant, non solùm non imminuunt̃ fluenta, sed quanto plures sunt qui inde hauriant, tanto magis aqua rum natura scaturit: Ita etiam in Patriarcha Abraham fieri uidemus.

Hi qui sensibiles thesauros effodere conantur, non in superficie solùm fodiūt, sed in profundum descendunt, & penitiores terræ sinus scrutantur: Ita arte sua au rum à terra segregantes, tametsi sæpe post labores sudoresq; multos, uix paucas quasdam portiunculas afferunt: Hic autem nihil tale est, sed labor minor, & inef fabilis libertas. Nam spiritualia omnia in hunc modum se habent. Ne igitur si mus infeliciores his qui sensibilia respiciunt, sed inquiramus & nos diligenter the saurum hunc spiritualem in uerbis istis reconditum.

Quemadmodum qui regios thesauros sibi concreditos accepit, iussus illos in ea quæ regem illiusq; gloriam concernant, expendere, si neglecto commisso, infi deliter regalem pecuniam in latrunculos, meretriculas & scelestos incantatores di lapidaret, ita ut illustres eos ex regio thesauro faceret: nunquid iure, ut qui maxi ma regem iniuria affecisset, puniretur? Ad eum sanè modum & illi qui quum co gnitionem de Deo acceperint, quæ gloriæ illius sunt, in idola conuerterunt, ueri tatem in iniustitia detinentes, ac quod in illis erat, cognitionem Dei iniuria affece runt, non eo quo debebant, illa utentes.

Vt tragœdiarum actores primò sensim uocem excitant, donec uiuæ uocis ape riant iter, ut postea possint clamoribus personare: Ita potatores in principio præ lusorijs se exercent poculis, ut irritent sitim, ne forte restinguant eam, & satiati po stea bibere non possint. Ergo ubi recalere cœperint, poscunt maioribus poculis, feruor inardescit. Arctuis cibus siti exæstuat, & ubi imminui uasa cœperint, potu meraciore reparantur. Certant pocula cum ferculis, & inter moras sæpe gemināntur: deinde procedente potu longius, contentiones diuersæ, & magna certamina

quis

A quis bibendo praecellat. Nota grauis, si quis excuset, si quis temperandum forte uinum putet &c. uide Ambrosium in libro de Helia & ieiunio, capite decimotertio, tomo quarto.

Vt thus non redolet, nisi ponatur in igne: nec uirtus synapis sentitur, nisi conteratur in lapide: Ita nulla sacrae scripturae sententia uim suam declarat, nisi cocta in corde.

Sicut thymiamata quanto magis digitis atterunt, tāto maiorem natura sua fragrantiam reddunt: Ita & in scripturis usu uenit, quanto quis illis est familiarior, tanto magis uidere potest latentem in ipsis thesaurum, pluresque percipere indicibilium diuitiarum fructus.

Si unus flatus inflat duas tibias, nō potest unus spiritus implere duo corda, agitare duas linguas? Si spiritu uno, id est, uno flatu impletae duae tibiae consonant, impletae duae linguae spiritu Dei dissonare possunt? Est ergo hic quaedam concordia, sed auditorem desiderat.

Quemadmodum timidus etiamsi securo loco ambulet, non audet, sed formidat ac trepidat: Ita quae propter rationes accepta sunt, etiamsi uera sint, nondum tamen satis certa argumenta, dignamque fidem animae afferunt.

Timor Dei sic uulnerat, quomodo medici ferramentum putredinem tollit, & uidetur quasi uulnus augere. Ecce putredo quādo erat in corpore, minus erat uulnus, sed periculosum. Accedit ferramentum medici, minus dolebat illud uulnus, quàm dolet modò cùm curatur, quàm si non curaretur. Sed ideo plus dolet accedente medicina, ut nunquam doleat, succedente salute. Occupet ergo cor tuum timor, & inducta charitate succedat cicatrix ferramenti medici. Talis est medicus, ut nec cicatrices appareant, tu subde te dextrae ipsius. Nam si sine timore es, non

B poteris iustificari. Opus ergo est ut primò timor intret, per quem ueniat charitas. Timor medicamentum, charitas sanitas.

Nō potest melius explanari, quid intersit inter duos timores, castū & eū quem foras mittit charitas: nisi ponas duas maritatas, quarum unam ita constituas uolentem facere adulterium, delectari nequitia, sed tamen ne damnetur à uiro, huic onerosa est uiri praesentia: Tales sunt qui timent ne ueniat dies iudicij, ne damnentur. Fac alteram amare uirum, debere illi castos amplexus, & nulla se adulterij immunditia maculari, optat praesentiam uiri, utraque timet. Vox una, diuersus animus. Illa timet ne ueniat, illa timet ne discedat. O anima quae sic times Deum ne te dānet, quomodo mulier uirum, quam delectat nequitia: quomodo tibi displicet mulier illa, displice & tu tibi. Si fortè habes uxorem, nunquid uis ut sic timeat te uxor tua, ne damnetur abs te, ut delectet illam nequitia, sed pondere timoris tui reprimaẽ, non damnatione iniquitatis? Castam eam uis, ut te diligat, non ut te timeat. Exhibe te talem Deo, qualem uis habere uxorem. Timet illa ne oculos uiri offendat, latet eum, peccat, sed tu non poteris Deum latere. Vultus eius super facientes mala. Tu ergo non times eius oculos, quem fallere non potes? Castus timor ait: Quando uenies ad me? cauet, obseruat se à peccato, ne deseratur, non ut puniatur.

Sicut tinea comedit uestimentum: Sic & inuidia eum quidem qui zelatur, consumit: eum autem cui inuidet, clariorem reddit.

Vt tinea & uermes uestes corrumpunt: Ita & inanis gloria diuitias, quae misericordia colliguntur.

Tonitrus mentes nostras perterret, quum in naturalem sonitum erumpit: At Ioannis uox non modò neminē perturbat fideliū, sed omni liberat perturbatione atque molestia. Solis autem daemonibus terrori est, & daemonum seruis.

Torcularia possumus accipere Ecclesias, eadem ratione qua areā intelligimus Ecclesiam: quia siue in area, siue in torculari, nihil agitur, nisi ut fructus ab integu

C mentis purgentur, quæ necessaria erant & ut nascerentur, & ut crescerent, atq; ad maturitatem uel messis, uel uindemiæ peruenirẽt. His ergo uel in tegumentis, uel sustẽtaculis, id est, paleis in area frumẽta, & uinaceis uuę in torcularibus exuunt. Sicut in multitudine secularium hominum, quæ simul cum bonis congregat, qui bus ut nascerẽtur & apti fierent uerbo diuino, necessaria erat illa multitudo, id agitur, ut spirituali amore per operationem ministrorum Dei separentur.

In torcularibus animaduertimus quædam tria, pressuram: & de pressura quædam duo, unum recondendum, alterum proijciendum. Fit ergo in torculari conculcatio, tribulatio, pondus, & in his oleum eliquat occulte in gemellariã, amurca publice & per plateas currit. Puta eñ, quia pressuræ abũdant, tu oleũ esto. Nigra tenebris ignorantiæ amurca insultet, & illa tanq; per plateas proiecta publice insultet, tu liquare in gemellariã. Oliua in arbore quibusdam quidem tẽpestatibus agitat, non tamẽ pressuris torcularibus atterit, ideo utrũq; simul pẽdet ex arbore, & quod proijciendũ est, & quod recondendũ est. At ubi ad torcular & pressuram uentũ fuerit, utrũq; discernitur, dirimitur, & aliud appetitur, aliud respuitur.

Sicut torrens qui ualde excurrit & inundat, omnia secum rapit & perdit: Ita & Gen. 14 barbari illi inuaserunt omnes gentes, & omnes prorsus perdiderunt, ita ut & principes Amalechitarum & alios omnes in fugam uerterint.

Quemadmodũ torrentes ad curua loca decurrẽtes, secũ obuia quæq; trahunt: Sic & iratorum impetus uiolenti & instabiles omnia similiter percurrunt atq; obruũt. Nõ eis senectus uenerabilis, nõ uitæ uirtus, nõ generis propinquitas, nõ acceptę iam gratię, non deniq; quicquid aliud quãuis æstimandũ in honore est.

Quemadmodum plus agit tortor, quò plura instrumẽta doloris exposuit (specie enim uincuntur, qui patientia restitissent) Ita ex his quæ animos nostros subi-

D gunt & domant, plus proficiunt quæ habent quod ostendant.

Efficiamur secundum præceptum domini probabiles trapezitæ, quorum summa peritia est ac disciplina probare, quod nam sit aurum purissimũ, &, ut uulgò dicitur, obrisum, quodùe minus purgatione ignis excoctum, æreo quoq; uilis denario, si preciosum numisma sub colore seu indumento auri fulgentis imitet, prudentissima discretione non falli, & non solùm numismata tyrannorum uultũ exprimẽtia, sapienter agnoscere, sed etiam illa quæ sunt ueri quidem regis imagine, sed non legitimè figurata, peritia sagaciore discernere: deinde ne quid illis à legitimo pondere diminutum sit, censura trutinæ diligenter inquirere. Et nos explorare conueniet, ne auro purissimo scripturarum, praua interpretatio coaptata, metalli preciositate nos fallat, in quo Satan Christo tentauit imponere.

Tribulatio accedit quasi interrogatio, & inuenit homo à seipso: quia latebat, & seipsum, sed artificem non latebat. Vide Aug. in Psal. 55.

Crede trinitatem margaritã esse unam undiq; similem, & æqualiter splendentem: margarita enim si in aliqua parte deturpatur, tota eius gratia euanescit: Ita cũ filium ignominia afficis, quò patrem uenereris, nequaquam honorem tuum suscipit, ob filij dehonestationem pater minimè glorificatur: si sapiens filius lætificat patrem, quanto magis filij honor, honor erit patris?

Nam tristitia seculi mortem operatur, at qui patienter ferunt manum domini, & secundum Deum contristantur, hi contristantur ad salutem. Affligitur & exarescit caro ad tempus, ut spiritus saluus fiat in die domini, qui dies non habet uesperam. Medicorum ars prius exhaurit, & inanit corpus ægroti, ut purgatum nouo succo uegetet. Interim quidam artis imperiti clamant, Quid facis medice? occidis hominem. Quid huic respõdeat medicus peritus ac fidelis? Sinite macrescat nũc, ut aliquanto pòst pinguescat felicius. Malis humoribus turgenti non potuit prodesse mea ars. Quod nũc ferre molestum est, paulo pòst iuuabit pertulisse. Qui secun-

A cundum hominem contabescunt, alij uertuntur in phrenesim, alij confugiunt ad laqueum aut uenenum, bis perituri. At qui agnoscunt manum domini, patienter exarescunt lachrymis, ieiunijs, uigilijs, metu gehennæ, quia sperant successuram sanitatem, & quicquid amissum est, multo cum fœnore rediturũ. Beato Iob nihil reliquum fecerat Satanas, sed dominus illi restituit omnia duplicata. Etsi non restituat quæ detracta sunt, sola conscientiæ tranquillitas & gaudiũ spiritus potius est uniuersis huius mundi bonis, dulcius uniuersi seculi delicijs. Tota itaq; fiducia sese cõmittat homo manui Dei castigantis: pater est, nõ infligit plagas ultrà q̃ expedit. Sapiẽs & omnipotẽs medicus est, nõ uulnerabit ad mortẽ: & si profundius impingat ferrum, id facit non ut perimat, sed ut sanet celerius: & si occidit, occidendo uiuificat. Sic Paulum deiecit furentem, ut exurgeret Paulus prædicator: prostrauit lupum, ut existeret agnus. Feliciter moriũtur, qui mortificatis cupiditatibus uiuunt Christo. Dominus beatos dixit qui hic lugent, quòd hos maneat consolatio: sed perfecta consolatio non cõtingit in hac uita. Tentatio tentationem, tempestas tempestatem excipit, uelut unda superuenit undam. Non omnes igitur beati qui lugent, quum hominis conditio lachrymosa sit undiq; ac lugubris. Circunspicite etiam illos qui pro felicibus habentur, nulli deest lugendi materia. Cæterùm cùm lugeant omnes, hi soli beati sunt qui lugent ad pœnitentiam, qui lugent ob iustitiam, qui lugent desiderio rerum cœlestium. His enim etiam communia conditionis humanæ incommoda, cedunt in lucrum pietatis. Hæc publica mortalium omnium conditio, leuius reddit afflictionis pondus. Si recuses affligi à corripiente Deo, tamen affligeris ut homo. Quod igitur necessitatis est, fac bene ferendo tibi uertas in uirtutis materiam.

Quemadmodum si triticum, aut aliquam bladi speciem cernas in cribro, dum
B huc illucq; iactas eam, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, nisi stercus solum: Sic & substantia negociatorum, dum uadunt & ueniunt inter emptionem & uenditionem, minuitur, & in nouissimo nihil remanet, nisi solum peccatum.

Quemadmodũ triticũ quod seminatur, prægnantes aristas ostendit: Ita & eleemosyna multos manipulos iustitiæ efficit, & ineffabiles prouentus profert.

Ductiles tubæ areæ sunt, tundendo producũtur. Si tundendo, ergo uapulando eritis tubæ ductiles, ad laudem Dei productæ. Si cũ tribulamur proficiatis, tribulatio, tunsio, profectus, productio est. Quomodo sonuit, q̃ suauẽ sonũ dedit tuba ductilis, qui in tribulatiõe percussus, gratias agit? Ecce, inquit fabricator Deus, illam tubam perficere uolo, nõ perficiam, nisi tundam, tradam malleo tundendũ: malè sonabat anteq̃ produceretur, fortè productus & factus tuba ductilis, laudes domini sonabit, amissa blasphemia.

Pudet tuberis in fronte, aut næui in naso, & non pudet ociosi sermonis, aut risus solutioris, aut cessatiuncula perditi temporis, quod poterat bene collocari?

Quòd si uiolata fide iurisiurandi fœderumq; Turcas lacessimus, perinde facimus, ac si ægroti remediũ non à medicis, sed à maleficis petamus. Proinde quemadmodum fidele consilium dederit ægroto, qui illi suadeat, ut in primis se Deo reconciliet, agnoscatq; Dei manum, quàm pro meritis mitiorem, imploretq; domini misericordiam, sumpto proposito uitæ correctioris: Ita salubre consilium nunc dederit Christianis Principibus, qui suadeat illis, ut priusquam ad arma procurrant, ea submoueant, quibus offensus Deus Turcas toties nobis immittit. Alioqui si nobis nostris uiribus promittimus uictoriam, quid aliud quàm nosipsos fallimus, ac numinis iram magis ac magis in nos exacerbamus, Deo repugnantes uerius quàm ipsis Turcis?

Sicut de turribus iacula contra omnes hostes iactantur: Sic de propheticis li-

C bris, contra uanas gentilium fabulas, & contra insanas hæreticorum disputationes salutaria ueritatis proponunt exempla.

Quemadmodum autem tyrannis expedit, ut quàm minimum sapiat, quàm minimum generosi spiritus habeat populus: Ita illis expediebat, ut populus iugiter in hac infantia perseueraret, ne quando iugum excuteret.

Quum tyrannus detruncatur, imagines quoq; eius deponuntur & statuæ, & uultu tantummodo commutato, ablatoq; capite, eius facies qui uicerit, superponitur, ut manente corpore, capitibusq; præcisis, caput aliud commutetur: Sic hæreticorum côciliabula, quia capitibus hæreseon à cæteris separatis populis, in loco eorum caput esse Christus incipiat.

Sicut qui tyrannidem cupiunt, regnum inuadunt, ac regiam sibi quidem speciem apparatumq; circumponũt, purpuram, coronam, sellam, currum, mores tamen qui regibus conueniunt, imitari nolunt, ideo sæpe expelluntur: Ita diabolus in oraculis edendis per statuas passus est post Christi aduentum.

Vt tyranno totius in se ciuitatis conspirationem præuenienti, necem qui molirentur, iure id uiderentur fecisse: Sic & Christianæ fidei sectatores, tyrannidem exercente diabolo, qui id nominis est apud hos ipsos fortitus, & mendacissimus est, in unum coëunt præter ipsius dæmonis instituta, ut hunc ipsum impugnent, & saluti sint alijs quibus possunt persuadere, ut ab eo desciscant tanquam Scytharum, siue tyranni lege.

Quemadmodũ si quis captiuũ à tyranno crudeli liberatũ, ne denuo ad illũ recurreret, in memoriã reuocata dura illius tyrannide adhortaretur: Ita & Paulus fecit, euidentissimè adueniẽtia mala declarans, in hoc ut erga Deum grati simus.

Quemadmodum tyrones leniter saucij non uociferantur, at manus medicorum magis quàm ferrum horrent: at ueterani quamuis confossi, patienter ac sine
D gemitu uelut aliena corpora excoriari patiuntur: Ita tu nunc debes te fortiter præbere curationi.

V.



SICVT uacca percussa asylo, percussi sunt hæretici ardentibus diaboli sagittis, & legis notitiam reliquerunt, ideo pascentur in lata & spatiosa uia, quæ ducit ad mortem, & patientia domini boniq; pastoris eos inuitat ad interitum.

Sicut ualles donec torrentibus inundanť, plenę esse uidenť, unda uerò desinente, statim siccæ uacuæq; remanent: Sic & uinolentorum ora uino ac potatione durantibus exaturantur ac madescunt: paulo pòst continua siccitate laborant, ex quo ad frequenter bibendum inuitantur, unde humor naturalis amittitur. Quæ nanq; est hominis structura adeò firma, quæ tantis ebrietatis malis resistat? Quis unquàm madidum semper & innatans uino corpus conseruabit, ut nõ exile, dissolutũ, & omnibus obnoxium morbis existat? Hinc tremores, hinc debilitates confracto ac debilitato uitali spiritu, & excidentibus robore membris ac dissolutis excitantur.

Non res quæpiam extrinsecus adinuenta est filij substantia, neq; ex nihilo inducta est, sed ex patris substantia nata est, quemadmodũ à luce splendor, quemadmodum ab aqua uapor. Neq; enim splendor, neq; uapor est ipsa aqua, aut ipse sol, neq; res aliena, sed defluxus ex patris substantia, ita ut patris substantia nõ perpessa sit partitionem. Nam quèmadmodũ sol idem manens nõ minuiť radijs ab ipso effusis: Ita nec substantia patris mutationem perpessa est, quũ habeat suam ipsius imaginem filium.

Sicut fictile uas nihil est aliud quàm coctum lutum: Ita & corpus nostrũ nihil aliud est quàm lutum animæ calore solidatum. Huiusmodi denique si sæpius decidat, de-

A dat, defluit atq; conterit. Quid enim ossa quæ adeò ualida sunt & arida, à testa figu li differunt? Quid à luto carnes? nõne aquæ ex humore materiam trahunt?

Dic, obsecro, num uideris in domo argenteũ uas foras proijci, etiamsi nõ esses ad hoc deputatus, nõnne acciperes hoc, & inferres in domum? Si uestẽ uideres temerè proiectam, etiamsi non habeas curam, etiamsi inimicus sis eius qui ad seruãdam illã deputatus est, tamen propter beneuolentiã in dominũ, nõne bene cõponeres? Ita & nunc. Vasa illi (nempe peccatores) sunt, si uideris iacere absque ordine, componito. Accede ad me, non detrecto: dic mihi, fac me certiorem, uidere omnia nequeo.

Quemadmodum uas illitum ueneno, quicquid impositum sibi receperit, reddit uenenatum & mortiferum: Sic improborũ hominũ animi uerbũ Dei accipiũt.

Angustum uas etiam modicis rebus impositis disrumpitur. Amplum uas etiã si magnas imponas sarcinas, tamẽ multarũ rerum capax est: Ita angustus animus quem non dilatauit gratia Dei, quamlibet leui rerum aduersitate deijcitur, quem si dilataret fides, spes, & charitas, clamaret in medijs afflictionibus cum Paulo, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius?

Nemo in uas fœtidum atq; putridũ siue corruptũ, unguentum aliquod nobile, aut mel optimũ, aut preciosi quicq; liquoris infundit. Facilius enim quamuis odoratissimam myrram semel horrendis imbuta fœtoribus testa contaminat, quàm ut aliquid ex eo suauitatis aut gratiæ ipsa concipiat, quia citius munda corrumpuntur, quàm corrupta mundantur: Ita & uas pectoris nostri, nisi prius fuerit ab omni fœtidissima uitiorum contagione purgatum, non merebitur suscipere illud benedictionis unguentum, de quo dicitur: Sicut unguentum in capite quod de-

B scendit in barbam Aaron, quod descendit in oram uestimẽti eius: nec illam scientiam spiritualem & eloquia scripturarum, quæ dulciora sunt super mel & fauum, impolluta seruabit. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci cum tenebris? Quæ autem conuentio Iesu ad Belial?

Sicut uas quandiu plenum est de aliquo, non recipit supermissum: si autem uacuum fuerit, recipit omne quod mittitur: Sic homo quandiu occupatus est malis, non recipit bonũ, et si occupatus fuerit bonis, repellit malũ: si aũt nec isto, nec illo se occupauerit, id est, si neq; bonis, neq; malis intẽderit, omnis spiritus intrat in eũ. Intrans autẽ non statim ducit eum ad peccatum, sed primũ delectat eum in malis, & sensum desiderijs carnalibus alligat, & postea ducit ad peccatũ, quãdo iam etsi intelligit malum esse quod facit, non potest resistere contra malum.

Sicut uas quod leuiter cadit & læditur, est quidem uas, sed ad usum non proficit: quod autem dispersum fuerit, nec uidetur esse uas: Sic Christianus peccator resurgit quidem, sed inter sanctos nõ ponitur: infidelis aũt nõ resurgit in iudicio.

Sicut inclusum in uase aliquo unguentum cohibet odorem suum, qui odor quandiu uasis illius angustijs coërcetur, etsi ad plures non potest peruenire, tamen uim suam seruat: quum uerò de uase illo quo claudebatur, unguentum fuerit effusum, longè lateq; diffunditur: Ita & Christi nomen ante eius aduentum in Israël populo, quasi in uase aliquo Iudæorum mentibus claudebatur. &c.

Sicut qui in magno uase aceti modicam guttam mellis immisceat, etiam mel perdit, & acerbitas aceti non mutatur: Sic homini in hac malorũ multitudine constituto, si collocutus fueris iustitiæ uerbum, & uerbum perdis, & ille non temperatur in concupiscentia mundialium rerum.

Quemadmodum si quis uasa immunda furetur è domo, & ea coram omnibus educat, nõ confundunt furtim sublata in tantũ, quantũ ipse seipsum: Ita & accidit cõuitiatori. Eiectis enim corã omnibus, immũdis uerbis, nõ alios cõfundit,

C sed seipsum per uerba, productis talibus, & coinquinata tum lingua, tum mente. Idem enim fit quando cum malis pugnamus, ac si quis sterquilinio obuolutum percutiat, qui dimissis in lutum manibus suis, dum illum ferire studet, sese coinquinat. Hæc sanè, oro, omnia cogitantes fugiamus damnum quod inde oritur, & modestam habeamus linguam, ut puri existentes ab omni contumelia, possimus præsentem uitam diligenter perficere, & bona diligentibus Deū promissa.

Si desiderabit aureis fulgentem uasis supellectilem, & antiquis nominibus artificum argentum nobile, æs paucorum insania preciosum, & seruorum turbam, quæ quamuis magnam domum angustet, iumentorum corporum differta & coacta pinguescere, & nationum omnium lapides, ista congerantur licet, nunquā explebunt inexplebilem animum, non magis quàm ullus sufficiet humor ad sanandum eum, cuius desiderium non est ex inopia, sed ex æstu ardentium uiscerū oritur: non enim sitis illa, sed morbus est. Non hoc in pecunia tantùm aut alimentis euenit. Eadem natura est in omni desiderio quod modò non ex inopia, sed ex uitio nascitur: quicquid enim illi cōgesseris, non finis erit cupiditatis, sed gradus.

Quoniam his quæ in nobis sunt non utimur ut oportet, propter hoc etiam uita nusquam ut oportet instituitur: Sicut & in uasis, si alio aliter utatur quis quàm oportet, omnia perdit. Vt si quis accepto gladio non utatur ut oportet, sed manu hoc faciat, nihil amplius operabitur: & si ubi manu utendum, gladium adhibeat, omnia perdiderit: Sic certè & medicus, non incidens ubi oportet, & ubi non oportet incidens, omnia corrumpit. Ideo oro, ut re hac tempestiuè utamur. Iræ autem tempus nunquam, quando nosipsos iuuamus: si autem alij corrigendi sunt, tunc ea utendum maximè, ut alios eripiamus.

Sicut multitudo uectorum non paucorum uiribus æstimatur, nec tamen for-
D tioribus de aliorum infirmitate præscribitur, sed unicuiq; quantum oneris subire cupiat, relaxatur, manente mercedis cumulo in uirtutis augmento: Ita etiam fœminis non laqueus iniiciendus, nō supra uires abstinentiæ grauioris uectura subeūda est, sed relinquendum ut unaquæq; se pendat, nō autoritate aliqua coacta præcepti, sed incremento gratiæ prouocata.

Quemadmodum in ueteri testamento uelamen disiunxit sanctum à reliquo tabernaculo: Sic & cœlum nobis uelamen est, disiungens inferiora ab diuinioribus & supercœlestibus.

Quemadmodum uelum eò nauem defert, quocunque spirauerit uentus, imò quemadmodum ipse clauus nauem defert, si prosper ac secūdus fuerit uentus: Ita & cogitatio, si secūdo & prospero uento bona spirauerint uerba, nauigabit absq; periculo: si uerò contraria, submergent sæpenumero cogitationem. Quod enim nauigijs sunt flatus, hoc animis sunt sermones: quocunque uoles, transferes illos & curabis.

Quæ impijs ad uitæ emendationem adhibentur, ea in suam detorquent perniciem: perinde atq; rei uenenatæ quicquid applicueris, protinus exitium contrahit ueneni, & funesta inficitur tabe. Id suo produnt Iudæi exemplo, quibus cū ad sanandos animi languores, salutarium uerborū medicinam Christus admouisset, ipsi medicum simul & medicamenta aspernati eo aguntur furore, ut sceleratas in medicum manus iniicere tētent, phreneticis persimiles, qui in eos insiliunt uiolenter, quos uident ad medendum ipsis accedere.

Sicut cautus uenator bestiam comprehendere uolens, cùm uiderit ex una parte illius præcipitem locum, ex altera parte erigit retia, ut ex quacunq; parte exilierit, aut in retia incidat, aut in præcipitium cadat: Sic & dominus Pharisæis simplici interrogatione laqueum posuit. Vide Chrysost. in 21. Matth.

Quemadmodum uenatorū laquei, ac bellantiū insidiæ fraudem habēt occulta arte

A fa arte subditam: Ita complurium interrogationes insidiosæ sunt. Qui percontationes obijciunt, non ut ex his capiant aliquid utilitatis, sed ut quum repererint responsionem minus facientem ad ipsorum affectum, hanc iustam belli causam habere uideantur.

Venenum dare scelus est, calix tamen in quo datur, reus non est: Ita & corpus carnalium operum uas est, anima est autem quæ in illo uenenum alicuius mali facti temperat.

Quemadmodũ uenenum ferrũ: Sic inuidia hos qui eam possidẽt cõsumit atq; uastat. Magis aũt sicuti uiperas dicunt abrupto matris uentre nasci: Sic & inuidia concipientem se animam corrodere simul ac tabefacere solet.

Quemadmodũ aduersi quidã ac furẽtes uẽti, si in mare placidũ irruant, ipsum funditus uertunt, adeò ut arena profundi supernis misceatur undis: Ita & pecuniæ cupidi omnia penitus miscent, neminẽ qui huiusmodi est, amicum nouit.

Quemadmodũ sæui quidem uenti in tranquillum mare delati totum ab imo subruunt, ut & arena cum undis misceat: Sic & ambitio & turpis quæstus animã subeuntes, omnia subuertunt. Excæcat mentis intuitum, præsertim gloriæ furor: nam pecunias quidem contemnere uolenti satis est facile, honorem autem à multis collatum despicere, multi laboris indiget, magnæ sapientiæ, angelicæ cuiusdam animæ ipsum cœlestis testudinis uerticem tangentis.

Quemadmodum ingentes uentorum tumultus nonnunquã sedat exigua pluuia: Ita rixam in immensum exituram si quis repugnet, componit ac mitigat lenis commodaq; responsio, nonnunquam & iocus in tempore dictus.

Quemadmodum uentis ex aduerso inter sese concurrentibus, mediamq; scapham dum inter se depugnant, corripientibus, ac multis fluctibus partim à prora,
B partim à puppi insurgentibus, gubernator clauo assidens, seruat nauim, undarũ incursus gubernandi prudentia depellens: Sic & mulier tum illa (Anna scilicet, 1. Regum 1.) quum ira & angor in animum ipsius facerent impetum, rationem illius perturbantes, multosq; fluctus excitarent, non iam biduum, aut triduum, aut dies uiginti, sed ad totos annos (nam hoc, ut ait scriptura, ex multo tempore factum est) fortiter pertulit tempestatem, nec passa est rationem demergi. Siquidem Dei timor tanquam nauclerus gubernaculis assidens, persuasit eam tempestatem magno animo perferendam esse, nec prius destitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum, onere plenam, hoc est, uterum precioso thesauro onustum. Neq; enim aurum argentum'ue portabat, sed prophetam, sed sacerdotem.

Quemadmodum sæuientibus pugnantibusq; inter sese asperrimis uentis, derepente mare antea quietũ ac tranquillũ furit atq; intumescit, eosq; omnes, quos tum uela facere contigerit, perdit: Ita Ecclesiæ trãquillitas, perditis hominibus ad missis, turbulentia ac naufragijs permultis infestatur.

Iucundum uer nautis est, iucundũ quoq; & agricolis: sed neq; nautis, neq; agricolis ita iucundum ueris tempus, ut his qui philosophari uolunt, iucũdi sunt ieiuniorum dies, spiritale animarum uer, & fidissima trãquillitas animorũ. Nam agricolis uer idcirco iucundũ est, quia delectat aspicere tunc depictam floribus terram & uarijs frondibus uirgulta comãtia: nautis uerò acceptum est uer, quòd dorsum maris deductis nauibus tutò liceat ascendere, nec undarum pericula formidare. Nobis autem iucundum est ieiuniorum uer, quod tunc non undarum, sed cogitationum & concupiscentiarum carnis fluctus ac turbines mitigantur, & coronæ nobis non florum, sed spiritualium gratiarum parantur.

Sicut ille qui minimè sentientem aut curantem uerberat, seipsum lædit & incommodo afficit, quòd nec inimicum plectere, nec animam iramq; exatiare se uideat;

C deat: Sic & is qui contumelia in eum, qui nequaquã doleat, utitur, perturbati animi consolationem inuenire nullo modo poterit.

Si Dei uerbum uiuens, quod fecit omnia quę uoluit: si dixit, Fiat lux, & facta est lux: Fiat firmamentum, &c. & factum est: si uerbo Dei cœli firmati sunt, si uolens homo factus ex uirginis purissimis sanguinibus carnem sustentauit, non potest panem ipsius corpus facere, & uinum & aquam, sanguinem? Dixit, Producat terra herbam uirentem, & usq; nunc pluuia facta, producit germina. Sicut omnia quæcunq; fecit Deus, spiritu sancto operante fecit: Sic & nunc spiritus sancti operatione hæc super naturam operatur, quæ non põtest capere nisi sola fides. Quomodo fiet istud? respondit Maria: ait angelus, Spiritus sanctus superueniet in te: & nunc interrogas, quomodo panis fit corpus Christi, & uinum & aqua, sanguis Christi? Respondeo & ego tibi, Spiritus sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermonem & intelligentiam, panis & uinum transsumuntur. Nouit Deus humanam infirmitatem quòd complura usu nõ trita auersatur, molestè ferens: assueto igitur condescensu usus per consueta naturæ ea facit, quæ sunt super naturam. Et quemadmodum in baptismate, quia consuetudo hominibus est aqua lauari, & oleo ungi, coniunxit oleo & aquæ gratiam spiritus sancti, & fecit illud lauachrum regenerationis: Hunc in modum, quia mos hominibus est panem manducare, & uinum & aquam bibere, coniunxit his ipsis suam diuinitatem, & fecit hæc suum corpus & sanguinem, ut per assueta, & quæ sunt secundum naturam, in ijs quæ sunt super naturam collocemur: corpus enim secundum ueritatem coniunctum est diuinitati, quod ex sancta Maria uirgine corpus, nõ quòd ipsum corpus assumptum ex cœlo descenderit, sed quòd ipse panis & uinum transmutatur in corpus & sanguinem Dei.

D Nam quemadmodum nihil ex ista humiliatione uerbi deitas passa est: Sic ex isto profectu nihil penitus fuit perpessa. Sed sicut propter nos humiliauit seipsum, sic etiam propter nos proficere uoluit, ut nos in ipso in sapientia proficiamus, qui propter peccatum, quasi iumenta effecti eramus, ut etiam in gratia in ipso similiter proficiamus, qui pulsi propter primi hominis præuaricationem à pristina Dei gratia fuimus. Omnia enim nostra propter nos Christus sine peccato suscepit, ut ad melius omnibus reformatis, omnium nostrorum bonorũ fieret principium.

Quemadmodum uerba quæ locutus est Christus, eadem sunt quæ sacerdotes nunc quoq; pronũciant: Ita & oblatio eadem est, eademq; baptismi ratio est, adeò omnia in fide consistunt.

Vt enim ueritate sunt uera, quæ uera sunt: Ita similitudine similia sunt, quæcunq; similia. Vt ergo ueritas forma uerorum est: Ita similitudo forma similium.

Quemadmodum uermis ligna, ex quibus nascitur, & rubigo ferrum consumit: Ita inanis gloria altricem sui animam perdit.

Sicut uermis qui à ligno producitur, lignũ primò cõsumit: Ita & inuidia illam primò animam corrumpit, à qua nata est, & ei cui inuidetur planè diuersa quàm tult affert. Ne igitur uide ad principium eorum quibus inuidetur, sed ad finem respice, & attende quia malitia inuidentiũ, eos quibus inuidet, clariores efficit. Nam is cui inuidetur, subsidiarium habet Dei auxilium, & gratia fruitur: qui autem inuidet, gratia spoliatur, & facilè uincitur ab omnibus, & antea à suis affectionibus, quàm externis hostibus infestatus quasi consumitũ, & quasi occultis mox illis deuoratur, & absumptus, ut ita dicam, submergitur.

Sicut uermis ex ligno nascitur, & illud rodit & comedit, suam ab ipso originẽ habẽs: Sic & tristitia, & mors de peccato natæ sunt, & peccatũ absumũt. Igitur ne timeamus mortẽ, sed peccatũ timeamus duntaxat, & propter illud doleamus.

Vermis autem quomodo morietur, & ignis qui non extinguetur, à plerisque

con-

A conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in supplicijs constitutos, quare ui tio suo atq; peccato caruerint electorum bono, iuxta illud quod dicitur, Versatus sum in miseria, dum infigit mihi spina. Et in Prouerbijs, Tinea ossium cor intelligens: & iterū, Tinea uestimentū, & uermis lignū: Sic mœror excruciat cor uiri.

Sicut uermis de ligno nascens, ipsum prius absumit: Sic & inuidia illam prius quæ se peperit, animam corrumpit, & inuisum contrarijs ac uellet, afficit.

Sicut uermes in lignis tenerioribus innascuntur maximè: Sic animi anxietates in mollioribus hominum mentibus oriuntur.

Sicut in uisceribus puerorū uermes grassantes, quibusdā acutissimis medicinis expellunt: Sic peccatū in animo profundo radicatū, ieiuniū introductū interficit.

Iam ergo abs te didiceram uerum, nec eo debere uideri aliquid uerū dici, quia eloquenter dicitur, nec eo falsum, quia incompositè sonant signa labiorū. Rursus nec ideo uerum, quia impolitè enunciatur, nec ideo falsum, quia splendidus sermo est, sed perinde esse sapientiā & stultitiā, sicut cibi utiles & inutiles. Verbis aūt ornatis et inornatis, sicut uasis urbanis et rusticanis, utrosq; cibos posse ministrari.

Si paterna uestis, & annulus, ac si quid huiusmodi, tanto charius est posteris, quāto erga parentes maior extitit affectus: Nullo modo ipsa spernēda sunt corpora, quæ utiq; multo familiarius atq; cōiunctius q̄ quælibet indumenta gestamus.

Quemadmodum aliqua uestis sapienti ac probo uiro magis conuenit, quàm alia, nec ullum colorem ille odit, sed aliquem putat parum aptum esse frugalitatem professo: Sic regio quoq; est, quam sapiens uir, aut ad sapiētiam tendens declinet, tanquam alienam bonis moribus.

Sanè turpe est, ut quis uestem & uictum eligat, non splendidiorē, sed uiliorē, genuūq; callis, ac oculorū fontibus, ieiunijs insuper & uigilijs, in humo præterea B dormitatione, labore, ac cūctis in rebus humilitatē, & propriæ imbecillitatis cōscientiam ostendāt: in sermonibus uerò de Deo se cūctis præferat hominibus, & planè Imperatorē & tyrannū agat, nulliq; omnino cedat, sed supercilia ultra omnes legis doctores attollat, cū interim humilitas cū gloria securitatem etiam habeat.

Si confectam & paratam iam uestem darem, uestis esset mea, qua alius uteretur, & forsan non pro habitudine staturæ & corporis res alteri facta, minus congruens haberetur. Nunc uerò de agno, per quem redempti & uiuificati sumus, lanam ipsam & purpuram misi, quam cùm acceperis, tunicam tibi pro uoluntate conficies, & plus ut in domestica tua atq; propria ueste lætaberis, & cæteris quoque ut cōficere & ipsi pro arbitrio suo possint, quod misimus exhibebis, ut uetere illa nuditate contecta, perferant omnes indumenta Iesu, cœlestis gratiæ sanctificatione uestiti.

Quemadmodum facile est exuere uestem: Ita uidere illud est etiam in induenda uirtute, seu deponenda malitia.

Quis nostrū exteriorē hanc uestem qua tegit̄, si repentè obscœnis undiq; sputis illitam, & fœdissimis quibusq; sordibus inquinatam consideret, non uehementer exhorreat, nō uelociter exuat, nō indignāter abijciat? Itaq; qui nō uestem, sed semetipsum intus sub ueste talem reperit, eo amplius doleat, & animo consternetur oportet, quo propius tolerat quod exhorret. Quid est caro ista, nisi corruptibilis quædam tunica, qua uestimur?

Quemadmodū si uideris albā uestem, dicis, Satis candida uestis est: si uerò posueris eam iuxta niuem, incipit tibi sordida apparere, etsi uerè sordida non est, tamen quantum ad similitudinem niuis, sordida inuenitur: Sic quantum ad comparationem Ioannis omnis homo uidebatur immundus.

Atqui sicut sub omni ueste, quantūuis sit uilis aut ἱεροπρεπής, latère potest mūdanus animus: Ita sub ueste quantūuis laica, aut etiam militari, latère potest ani-

C mus à mundo alienus, etiamsi pluma struthiocameli uolitet in pileo secto.

2 Sicut qui præclara ueste uestitus est, fugit omnẽ rem sordidã, ne forte coinquinet eam, & perdat gratiam cãdoris eius: Sic qui suscipit Deum in corde suo & spiritu suo, solicitus esse debet, ne forte contaminet eum, sciens quia si contaminatus fuerit in nobis, ipse quidem in sua natura incontaminabilis manet, tamen contaminationis suæ iniuriam grauiter nostro uindicabit interitu.

Quemadmodum uestes, licet aureæ sint, calceamẽta aurea, aliud tamen quoddam indumentum requirimus ut regem cognoscamus: purpuram autem & diadema ubi primùm intuemur, iam regiæ maiestatis signum nullum aliud expectamus: Ita sanè cui charitas diadema incumbit, iam nihil obstat, quò minus Christi discipulus uere existimari possit, non nobis solùm, sed & impijs.

Vestimentum tinearũ esu attactum, nullius precij & usus poterit ulterius habere commercium. Itidemq́ lignum uermibus exaratum, non iam ad ornatũ uel mediocris ædificij, sed ad combustionem ignis merebitur deputari: Ita & anima quæ edacissimis tristitiæ morsibus deuoratur, inutilis erit uel uestimento illi pontificali, quod unguentum spiritus sancti de cœlo descendens, prius in barbam Aaron, deinde in oram suam solere suscipere, sancti Dauid uaticinio perhibetur: Sicut unguentum in capite &c.

Sicut uestimentum super homines positum, si quis furibundus scindat, illatorem quidem iniuriæ sentit homo, damnum autem non patitur in natura: Sic corpus super animam positum, si occidatur ab impijs, anima quidem occisionis eius sentit dolorem, damnum autem suæ naturæ non patitur. Habemus autem huius rei unde loquimur argumentum in membris. Sicut enim ungues cùm summitatem uestiunt digitorum, quandiu præciduntur, dolorem faciunt corpori: cùm uerò præcisi fuerint, nullus sensus corporis inuenitur in eis, sed ex ipsa natura alteri

D nou procedunt, ut nullum uideatur natura sustinuisse dispendiũ: Sic corpus donec cæditur, sentit anima: quum autem occisum fuerit, nullus sensus aut dolor animæ inueniẽ in corpore illo, sed iterũ super animã in tẽpore opportuno gloriosius illud retexet corpus, ut nullũ detrimentũ anima uideat perpessa, sed augmentata.

Quemadmodum si aliquis cum nigris uestimentis inueniatur in nuptijs, sordidat gloriam nuptiarum: Ita & qui opera habet tenebrosa, & inter Christianos quasi unus ex eis conuersatur, ipsi Christianitati facit iniuriam.

Via est uita præsens, qua ad patriam tendimus, ideo cõterimur frequenti perturbatione, ne uiã pro patria diligamus. Solent enim nõnulli uiatores cũ amœna fortassis in itinere prata cõspiciũt, pergendi moras innectere, & à cœpti itineris rectitudine declinare. Electis aũt suis Deus ad se pergentib. iter huius mũdi asperũ reddit, ne dũ quisq; uitę p̃sentis reqe, quasi amœnitate uię pascič, obliuiscač patrię.

Quemadmodum in publica uia nonnũquam eminet saxum, ad quod qui offendit, corruit, & claudus efficitur: aut extenditur laqueus, quo si quis pedibus cõprehendatur, sic detinetur ut non possit pergere: Ita ambulantibus in uia iustitiæ obstant interdum uel dicta, uel facta aliorum, quibus uel impediuntur ne pergãt, uel solicitantur retro à iustitia cedere, aut aliò diuertere.

Viator libenter interrogat, ubi est mansio: mercenarius frequenter computat quando annus completur: agricola semper tempus messis expectat: negociator die ac nocte thecæ suæ discutit rationẽ: mulier pręgnans semper de decimo mense cogitat: Sic & serui Dei libenter de consummatione seculi requirunt. Scriptũ est enim: Vbi erit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Ecce si solidorũ aliquam quãtitatem habeas in arca repositam, quotiescunq; ueniens de platea domum tuam ingrederis, ante omnia illum locum oculi tui respiciunt, ubi solidos habes: Sic & sancti illum locũ respiciunt, ubi repositã habent coronã. Nam utile est tẽpus consummationis

A mationis cognoscere, quia & homo in itinere constitutus, quanto magis appropinquauerit mansioni, tãto amplius incipit festinare. Nam in longa uia etiam ueloces homines pigriter ambulant, quando autem uia fuerit breuiata, etiam pigri uelociter ambulant.

Viator qui ambulando laborat, ideo laborem patienter tolerat, quia tandem peruenire sperat: tolle spem perueniẽdi, cõtinuò frangunt uires ambulandi. Medicus expromit ferrum ad secanda uulnera, & dicit ei quẽ secturus est, Patiẽs esto, sustine, tolera: in doloribus exigit patientiã, sed post laborem promittit sanitatem: ægrotus tamen nisi sanitatis spem sibi proponeret, in dolore quem patitur deficeret: Ita & iugũ domini portantibus, spes gloriæ miram parit consolationem.

Reuocamur ad superiora, sicut obliuiosi uiatores, qui cũ inconsulto præterierint, in sua reuertentes uestigia, incuriæ suæ multam repetito itineris labore suscipiunt. Est tamẽ etiã bonus uiator, qui dispendiũ regressionis reliqui itineris compendiosa celeritate compenset, ut mihi faciendum arbitror, maximè cũ de auibus sermo sit, quæ solent oculos hominũ uolatu properatiore perstringere.

Viator si desint æra aut horologia, quæ nuncient horas, quàm solicitis oculis obseruat umbras arborum, metitur cœlum: quòd si nubium densitas obstat, quo est incertior, hoc magis accelerat iter, ne nox occupet. Nobis autem ut nihil est certius morte, ita nihil incertius hora mortis. In foribus esse credamus, quod omni momẽto potest accidere. Ne cessemus in hac uia nostra, properemus, acceleremus ne nos occupet æterna nox. Viator oppressus nocte, spe lucis rediturae consolatur noctis tædium, at nostro diei, si cessauerimus, succedit æterna nox. Clamemus ad dominum, fratres charissimi, & clamemus indesinenter, & clamemus in die. Vbi uenerit nox, inutilis erit clamor, frustrà clamarunt fatuæ uirgines, quia nocte

B clamauerunt: frustrà diues Euangelicus, quia post occasum: frustrà qui nomine Iesu prophetias ediderant, quia noctu clamarunt. Omnia tempus habent fratres, quemadmodum scribit Ecclesiastes: Est tempus loquendi, est tẽpus tacendi. Quàdiu sumus in hac uita, tempus est loquendi: ubi hinc migrauerimus, tempus erit tacendi. Ibi loquetur aduersarius, accusans nos apud Deum, ibi loquetur iudex, reddens unicuiq;, prout gesserit in corpore.

Nam ut uictoria constare sine certamine non potest: Sic nec uirtus quidem ipsa sine hoste.

Quemadmodum frustrà dicitur laborasse pro uictoria, qui in conflictu perit atq; succumbit: Ita frustrà mortuus fuisset Christus, si in morte occubuisset, neque a mortuis uictor atq; triumphator surrexisset.

Quemadmodum & famulis debetur uictus, non qualem aut quantum optaret quorundam concupiscentia, quæ finem nescit, sed qualis & quantus idoneus est ad satisfaciendum naturæ necessitati. Naturæ usus certis terminis circumscribitur, luxus & libido fertur in immensum. Quemadmodum igitur qui pietatem amant, corpus assuefaciunt, ut corpus nec exquisitos flagitet cibos, nec plus appetat, quàm propulsandæ fami sitiq; satis est: Itidem oportet consuescere in usu coniugij, ut matrimonium sit sobrium, uerecundum & castum, & quantũ licet, uirginitati simillimũ. Domus aũt quæ perstrepit frequentibus ac tumultuosis cõuiuijs, impudicis fabulis, cãtionibus, choreis, ineptis lusibus, non potest in cæteris esse moderata. Luxus & ocij comes est libido, frugalitatis & laboris comes est pudicitia.

Vt uidua Euangelica duo æra minuta misit in ærarium templi: Ita nos duo minuta, puta corpus & animam, domino Deo offeramus.

Quemadmodũ uidua illa, quæ duo minuta miserat, pro alacritate uolũtatis, nihil minus diuitibus intulit: Ita & tu si uel duo minuta diripias, nihilo meliori in loco es, quàm hi qui multa diripiunt, imò ut mirabilius aliquid loquar, illos iniquitate transcendis.

V a Sicut

C Sicut in uinea multi usque ad prælum gradus sunt, & primùm necesse est, ut uitis gemmet in pampinis, spem promittat in floribus, dehinc ut decusso flore futuri botri species deformetur, paulatimque turgescens uua parturiat, ut pressa torcularibus dulcia musta desudet: Ita & in doctrina singuli beatitudinũ sunt profectus, ut audiat quis uerbum Dei, ut concipiat, ut in utero animæ eius adolescat, & ad partum usque perueniat, ut quum pepererit illum, lacte enutriat, & per infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, ad perfectum uirũ usque perducat.

Quemadmodum aliquis ingressus uineam, uitesque contemplatus, pampinis comãtes, fructu grauidas, macerijs ac septis undique munitas, haudquaque desiderat orationem cuiusque qui demõstret uinitoris industriã, & agricolæ uirtutem: Itidem & hic, si quis ingressus conspiciat uires spirituales, uestrumque fructũ cõtempletur, nil opus habuerit ut ex cuiusquam oratione discat qualis sit uester præpositus. Sicut & Paulus scribit alicubi: Epistola mea uos estis, quæ inscripta est, & legitur. Fluuius arguit qualis sit fons, & fructus indicat qualis sit radix.

Vt uinum dolum sustinet, dum eo peius admiscetur, ut si aqua illi addatur: Item aurum falsatur dum cum argento & ære coit: Sic & ueritas dolum patitur, quãdo suis uerbis falsa & deteriora connexa sentit.

Quomodo ad potandũ uinũ ueniri nõ potest, nisi botrus calcetur antè & prematur: Sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus prius fuisset & pressus, & calicem prior biberet, quem credentibus propinaret.

Sicut uinum aceto mixtum eandem suauitatem non habet: Sic & tristitia spiritui sancto nexa, eandem orationem mundam non habet.

Sicut si quis odoris saporisque uinum suauissimum conuiuis suis adponat in phialis poculisque minus eleganter affabreque insculptis, nihilo secius qui sitientes
D accumbunt, uino se imbuunt, neque poculorum materiam artificiumque inspiciunt, sed uinum laudant, quod cum magna sitis uoluptate exhauriunt: Itidem agant & auditores.

Cæteræ res, etiamsi corrũpantur, adhuc tamen aliquem usum habent, uelut uinum ubi uapuerit, uertitur in acetum: arbor ubi aruerit, fit esca ignis: stramen ubi computruerit, utile est stercorationi agrorum: sal autem præcipui alioquin, & maximi usus condimentum, si factus fuerit insipidus, intantum nulli usui accommodus est, ut ne in sterquilinium quidem proijciatur. Lædit enim quicquid attigerit. Quare in plateas effunditur, pedibus conculcandus. Quis ergo est sal ille? nõne discipulus Christi? Vos, inquit Christus, estis sal terræ. Vt enim sal reddit cibũ sapidum, & conseruat salsa à putrefactione: Ita discipuli Christi, siue doctores, siue auditores euãgelij Christi, reddunt domino Deo nostro hunc mundũ, tanquam sapidum cibũ, partim doctrina legis & euangelij, partim bonis exẽplis, ut homines uideant bona ipsorum opera, & glorificẽt Deũ. Conseruant etiã hunc mundũ, ad suũ usque tẽpus ab interitu. Nisi enim dominus piorũ suorũ rationem haberet, hic mundus iam dudum interijsset, id quod significatum est in Loth & Mose, quorũ alter erat sal Sodomorũ, alter sal Israëlitarum. Sed quanto discipuli Christi preciosior & utilior sal fuerint, quum sectantur Christum, & perseuerant in uocatione eius, tanto inutiliores & damnatiores erunt, quum à Christo deficiunt, & Euangelion abnegant. Sicut enim nec huic mundo, nec Deo ipsi, ut aiunt, utiles sunt. Ac reliquarum quidem gentium, quæ uel nunquam Christum agnoscunt, uel ab impietate sua, ad Christianismi professionem ueniunt, non mediocris usus est. Etsi enim impiæ gentes Christum aut nescierunt, aut non receperunt, tamẽ habuerũt alias quasdam ciuiles uirtutes, mũdo utiles, & extãt adhuc scripta Ethnicorũ, quæ & suũ habent usum in nostra religione. Eorũ autem qui agnoscũt Christũ ac euangelion eius, & postea deficiunt & abnegant Christũ, nullus planè usus relinquitur.

Primùm

A Primùm enim infamanẽ coram mundo nota partim impietatis, partim incõstantiæ. Itaq; amittũt fidem suam tam inter pios quàm inter impios. Amissa aũt fide, uidelicet ciuili illa & humana, quid relinquitur nisi extremus contemptus?

Sicut uinum dum bibitur, tristitiam sedat, & cor commutat in lætitiam: Sic & spiritale uinum dum bibitur, in lætitiam conuertit animam tuam.

Vinum sanos commodè degentes iuuat, & cor hominis duntaxat lætificat. Febricitantibus uerò si sumpserint, pernitiem continuò & interitũ parit: Ita fit ut eadem res eodem modo sumpta, uni quidem uitam, alij autem conferat mortem.

Quemadmodum si uinum diluas aqua, etiamsi plus sit aquæ quàm uini, tamẽ uini nomen obtinet: Ita tametsi plus attulit uxor quàm maritus, omnia tamen mariti dici debent. Absurdum enim sit alia dici mariti, alia uxoris: absurdius autem omnia dici uxoris.

Sicut uinũ & ebrietas eũ qui biberit, mentis suæ impotẽ facit: Ita & fornicatio ac uoluptas peruertit sensum animũq; debilitat, & de rationali homine brutũ efficit animal, ut ganeas & lupanaria, & libidinum lustra sectetur.

Quomodo uinum contra potantem facit, & postquam surrexerit, neque pes, neq; mens suum officium tenent, omnisq; lætitia, & mentis exhilaratio uertitur in ruinam: Sic uir superbus non decorabitur, nec uoluntatem suam perducet ad finem.

Sicut uinum non temperatum admixtione aquæ, mentem alienat: Ita & scientia superbũ facit, nisi fuerit temperata. Omnia enim sola insuauia sunt et nociua, quia nec panis solus bene editur, nec reliqui cibi sine admixtione grati sunt & nociui. Ideo charitas ædificat.

Habent & dulcissimarũ rerum initia quandam suam molestiam, uelut acerB bitatem quandam, progressu temporis in dulcorem abituram. Quid uino suauius? At hoc ab uua uenit primùm acerba. Proinde qui statim resiliunt à uirgine, cuius acerbitatem ferre non possunt, nihilo consultius faciunt, quàm si quis gustatam uuam immaturam, offensus acore, contemnat, alijs' que maturæ suauitatem relinquat. Expectas musta uina, donec tempore deponant austeritatem: Expecta & tu paulisper, donec noua nupta maturescat. Seponis subacria mala, donec tempore fiunt mitiora. Hæc acerbitas frequenter arguit ingenium uegetum, minimè que flaccidum. Minus enim uirium habent, nec ætatem perinde ferunt, in quibus præcox est maturitas. Neque mel (inquit Prouerbium) neque apes. Si quod dulce est, expectas, ferendum est quod adiunctum est molestiæ. Sic enim habet natura rerum humanarum, ut nihil uoluerit esse tam suaue, quin aliquid aloës admiscuerit. Habent & adolescentes nondum multo rerum usu formati, quiddam ferox & insolentius, quod paulatim ætate mitescit. Proinde puellæ quæ protinus offensæ resiliunt à sponsis suis, & simultatem suscipiunt, non minus inconsultè faciunt, quàm si quis apis ictum perpessus, mel alijs relinquat. Gratissima rosa de spinis nascitur. Nullus excindit rosarium, offensus aculeo, sed fructus amore, quod molestum est dissimulat. Tradunt apud Bœotos hunc fuisse morem, ut sponsam opertam ad sponsum deducturi serto asparagis contexto coronarent. Id quidem quo magis ridiculum uidetur, hoc magis excitat spectatorem, quid sibi uelit. Nimirum ueteres illud intelligi uolebant in congressu primo rudis & indomitæ uirginis atque iuuenis rerum imperiti, nonnihil futurum asperitatis ac molestiæ, quæ si perferatur, ex ea molestia consequi suauissimam uitæ consuetudinem: quemadmodum asparagus herba spinosa est, uel potius tota spina, nihil enim habet foliorum, & tamen hinc nascitur fructus & in cibis gratissimus, & ad multa utilis medicamenta. Et asparagus quidem semper asparagus est, nec semper habet fructum: at coniugum asperi-

C tas uertitur in perpetuam dulcedinem, ac fructum habet perennem, ſi ſemel coaluerit mutuis officijs uitæ coniunctio. Sunt & in bonis, ac bene natis ingenijs quædam non uitia, ſed tamen ita peculiaria, ut moleſtiam adferant, niſi adſueueris. Veluti ſunt uina quædam, in quibus nec auſteritatem, nec acorem poſſis incuſare, ſed ſuum quendam ac genuinum habent ſaporem, quem uulgò ſoli dicunt, ſubmoleſtum ijs qui nondum aſſueuerunt, quæ tamen moleſtia paucorum dierum aſſuetudine pellitur. Quod facis in uino, facere grauaris in coniuge? Rurſum ſunt uitia, ceu næui quidam, leuiora, ad quæ præſtat conniuere, uitiat enim omnem uitæ iucunditatem moroſitas, quam Græci μικρολογίαν appellant. Ea uel de lana, quod aiunt, caprina rixam mouet.

Quomodo in uino non antè lingua titubat, quàm mens ceſſit oneri & inclinata uel prodita eſt: Ita iſta oratio quid aliud quàm ebrietas eſt? nulli moleſta eſt, niſi animus labat. Ideo ille curetur, ab illo ſenſus, ab illo uerba exeunt, ab illo nobis eſt habitus, uultus, inceſſus. Illo ſano ac ualẽte, oratio quoq; robuſta, fortis, uirilis eſt.

Qui uino ebrius eſt, quanto plus ebiberit, tanto plus bibere cupit: Pecuniarũ uerò amator, quanto magis diteſcere uoluerit, tanto magis concupiſcentiæ flammam accendit, grauioremq; ſibijpſi ſitim procurat.

Sicut uires corporis moriuntur, & omnem ſenſum amittunt: Ita & anima cùm multis detinetur affectibus, uirtuti moritur. Et ſi quid attuleris, non ſentit, ſed ſiue ſupplicium, ſiue quodcunq; aliud minaberis, nullo ſanè ſenſu mouetur.

Quemadmodum partim quidem ſuis uiribus utitur, partim uerò opus habet alienis, & ſine reliquorum membrorum auxilio, neq; ſuam ipſius energiam quicquam ualentem, aut ſibijpſi ad ſubſiſtentiam ſufficientem reperit, neq; alicunde ſolatium habet: Ita & in uita ſolitaria, & hoc quod habet̃, inutile eſt, & quod deeſt,
D aliunde acquiri non poteſt: Ita ſtatuente Deo, qui nos cõdidit, ut mutua inuicem opera indigeamus.

Quemadmodum ex aridioribus uirgultis flamma uix dum ſuſcitata in cineres collabi ſolet: ex ſolidis uerò & firmioribus natura lignis haud facilè ignis ſuccendi poteſt, ſuccenſus uerò excitatam diu continet flammam: Sic & animi qui perfectiores fuerint & ſtabiles, haudquaquam uel ſuccenduntur facilè uel reſtinguuntur, quæ duo abiecti homines, & ad deſperationem proni, eodem temporis puncto patiuntur.

Atqui narratio dehinc mihi ſuauiſſima erit. Vicit uirgo, uincitur dæmoniũ, tentator ad amatorẽ accedit, uictũ ſe prædicat, contemnit̃, contẽptus indignat̃, ac contemptorẽ ulciſcit̃. Vltio aũt quæ nã fuit? in cultorẽ ipſum immigrat, quò malum malo pelleretur, & rabie rabiei medicamen fieret: à uirgine enim repellitur, non ſecus ac machina à muro firmo & generoſo, ob uerba & orationes profugus.

Sed & hoc audi uirgo, nequaquam illi qui præeſt cohabita, quum Chriſtum habeas ſponſum, qui ob puritatem tuam zelotypus exiſtit. Quur enim quum carnem fugis, ad carnem mihi reuerteris? non omnes ſplendorem tuũ capiunt. Nam quemadmodum roſa inter ſpinas: Ita & in multis uerſaris, & ſuper laqueos graderis malignos.

Imò quemadmodum uirgo quæ alitur honeſto caſtoq; matrimonio, non aliter inſtituenda eſt, quàm ſi perpetuam uirginitatem decreuiſſet, & fortaſſe tanto ſollicitius, ne quid ſiniſtri rumoris contrahat ante nuptias: Ita uidua quæ ſe ſeruat ſecundo coniugio, interea dum uiduam agit, nihil omittat quod ad uiduitatis honorem pertinet. Quis enim non deteſtetur iſtos, qui filias ſuas ſic habent, non quaſi parentes caſto educent coniugio, ſed leno puellas alat ad quæſtũ? Quæ bona uirgo nõ fuit, nec uxor erit bona. Quomodo pudorẽ ſeruabit apud maritũ, quæ apud parẽtes didicit impudentiã? Decet aũt Chriſtianorũ coniugium, iuxta

Pauli

A Pauli monita, honorabile esse, & thorum immaculatum, uerecundiæ plenum, ac uirginitati simillimum. Nulla dos magis commendat fœminam, quàm pudor & pudicitia. Inter uiduam nupturam, & eam quæ perpetuam est professa continentiam, nihil interest nisi temporis spatiũ. Non enim genere uitæ differunt, sed proposito. Si uidua abhorret ab iterandis nuptijs, citius inueniet probum maritum, moribus ornata potius quàm amictu. Satis dotata uenit ad sponsum, quæ pudicitiæ, modestiæ, sobrietatis mundum secum adfert. Si decreuit perpetuò cœlebs uiuere, cur solicitet uirorũ oculos? Aut cui se colit, quæ Christũ sponsum adoptauit?

Quemadmodum uirginem facit honestam habitus orationisq; perseuerantia: Sic & uiduam indicat desolatam esse, perseuerare in obsecrationibus, abstinere à delicijs.

In rebus animi secus est, nihil enim pulchrius, quàm si quamplurimę uirgines adhæreant uni sponso Iesu. Non mirũ autem si cursitant uelut amore sponsæ lymphatæ. Trahit enim ille secretis illecebris, amabilis supra omnem amorem humanum, speciosus præ filijs hominum, in cuius labijs diffusa est gratia, cuius uultum intueri angeli pro summa felicitate ducunt. Afflat odoribus suis quas uult, & afflatæ dicunt: Trahe me post te, curremus in odore unguentorum tuorum. Non possunt currere nisi trahantur, non possunt amare, nisi prius adamatæ. Et quæ iam tractæ sunt, cupiunt copiosius trahi: quæ currunt, cupiunt accurrere, ut iungantur propius ei quem amant.

Si tibi uir grauis & laudabilis aliquid pollicetur, haberes utiq; pollicenti fidẽ, nec te falli ac decipi ab eo crederes, quẽ stare in sermonibus atq; actibus scires: nũc Deus tecum loquitur, & tu mente incredula perfidus fluctuas? Deus tibi de hoc mũdo recedẽti immortalitatẽ pollicetur atq; æternitatẽ, & tu dubitas? hoc est Deũ B omnino non nosse, hoc est Christum credentiũ magistrum peccato incredulitatis offendere, hoc est in ecclesia constitutum, fidem in domo fidei non habere.

Sicut uir & mulier unum corpus sunt: Ita maiestas diuinitatis & caro hominis uniuntur, & facti sunt ijdem Deus & anima in carne una. Quia sicut caro illa habitatorem in se habuit Deum: Ita animam quoq; incohabitantem Deo.

Quemadmodũ uir aliquis prudens & lenis, ancillam habens petulantẽ, mandata illi dat, ne unquam extra uestibula prodeat, neque cum prætereuntibus conueniat: Ita & misericors dominus circuncisionis signum carni Iudæorum indidit, quasi pedibus uinculum quoddam, ut domesticum habentes signum, non ultrà doctrina aliorum opus habeant.

Quemadmodum qui in uirum euasit, firmus perstat: pueri uerò mente uagantur: Ita & fidelibus usu uenit.

Sicut admirabile & rarum erat uidere uirum desideriorum stare in medio ferarum, & nihil pati, sed quasi oues eum circumire, ita illæsum egredi è lacu: & tres pueros in camino, quasi in prato & paradiso uersari, & nihil ab igne lædi, sed egredi inde ut uirorum fortissimos: Ita admiratione dignum est & hoc facinus, quòd Iusti Abrahę uxor nullam contumeliam experta à rege Aegyptio, tyranno intemperante, exuit salua.

Vt à sancto & à fideli uiro argui se uelle, prudẽtis est, quia ægris animis, & peccatorum morbo languentibus, utilis est seueræ obiurgationis sub honesto autore medicina: Ita miserum est per peccati miserationem usq; ad ipsam peccantium misericordiam decidisse.

Vos quidem uiri Græci elegantes compositosq; sermones audire percupitis, quærentes his q̃ maximè permulceri. Vbi uerò tales nõ inueniatis, risu effuso eos contẽnitis ac maledictis incessitis, quinetiã obstructis aurib. quę dicunt, audire nõ uultis. Cõtrà uerò animaduertere uos oportuit, ita usu euenire, ut ea quæ sunt q̃ maxi-

C maximè preciosa, cuncta ferè uili materia integantur. Videre siquidem est preciosum unionem, quales ampli ac magnifici uiri apud se esse desiderant, aspernabili admodum testæ innasci, eademque nutriri, augescere, occultari. Qui uerò eum sibi coëmunt, auri plurimum persoluentes, missam faciunt testam. Præterea uerò pellucentes gemmas, ornandisque regijs capitibus destinatas, aliud genus lapidis extrinsecus circumuestit, despicabilis ille quidem atque inutilis. Qui ergo eas gemmas expoliunt, ad ornatumque concinnant, superfluam illam testam nihilique pendendam circumputantes abradentesque, nitorem lucentium lapillorum detegunt & expediunt. Aurum quoque quod passim à multitudine peramatur, iam purgatum à fecibus, non in loculis aureis circumfertur, sed in uili corio: Ita erat eruditio in apostolis. & quæ sequuntur.

Quemadmodum boni ac probi uiri duplici honore digni sunt, quòd & frugi scilicet fuere, & ab improbis nihil quicquam uitij traxere: Sic et mali duplici pœna mulctandi, quòd cùm boni esse possint, & per uitia improbi fuere, & à bonis uirtutis nihil adipisci uoluere. Pari ratione sicuti bonos non improbi solùm, sed probi quoque admirantur: Ita & improbos non boni solùm, sed mali etiam odere.

Graues uiros, & semel super petram robustam solida stabilitate fundatos, nõ dico aura leui, sed nec uento, nec turbine commoueri, ne animus dubius & incertus, uarijs opinionibus, uelut quibusdam uentorum incursantiũ flatibus, frequẽter agitetur à proposito suo, quadam leuitatis reprehensione mutetur.

Vt uerò bonis & prudentibus uiris naturæ ac studij est, totos se ad beatæ spei alicuius obtinendam uel rem, uel tempus præparare, ne in aliquo minor sit expectatione procinctus: Ita istis hæretico furore amentibus, solicitudini maximè est, toto aduersus piæ fidei ueritatẽ, impietatis suæ ingenio laborare, ut aduersus eos,
D qui religiosi sunt, uincant esse irreligiosi, & ultra spem uitæ nostræ uitæ suæ desperatione potiores sint, & plus impendant cogitationis ad falsa, quàm nobis doctrinæ aptamus ad uera.

Si in uiris prudentibus expectari id maximè solet, ut ea quæ loquunt, grauitate eorũ doctrinaque digna sint, omnisque sermo nõ sit fortuitus & uagus, sed ex rationabilibus causis profectus, & expectationi audientiũ utilis, & autoritati cõgruus disserentium: Quanto magis id in cœlestibus eloquijs opinandũ est, ut quicquid in his excelsum est, diuinum, rationabile & perfectum esse existimetur?

Quemadmodum in uijs publicis sunt stationes & diuerticula, in quibus fessi uiatores & respirant & quiescunt, ut alacrius postea iter suum conficiant: Et sicut in mari littora sunt & portus, ut in eos se recipiant nauigantes, & expectent donec uentorum impetus conquiescant, & sic iterum nauigare incipiant: Ita & nũc his, qui in hac quadragesima ieiunij cursum suscepere, quasi stationes & diuerticula, & littora & portus, per duos hebdomadæ dies dominus quietẽ largitus est, ut & corpori aliquantulum ieiunij labores remittantur, & animam refocillent ieiunãtes, & exactis illis duobus diebus in pulchrè cœpto itinere alacriter pergãt.

Nam quod in uijs, & in fluuijs comperire licet, ut quæ in diuersum tendentia scindantur, eadem in seipsa reuertantur confluantque: Hoc ipsum & hîc præ impietatis impietate contingit, nimirum ut qui alibi dissident, eidem in alijs inter se conueniant, ut qua parte consentiant, qua'ue inter se pugnent, hoc uerò ad amussim cognoscere non possis.

Nam & uisus haud facilè à iucundis diuelli solet spectaculis: si uerò uiolentia quadam abstractus fuerit, iterum illuc refertur, quemadmodum sermo à narrationibus suauissimis.

Sicut uirtus salutis causa est eam operantibus: Ita & malitia interitus.

Virtuti cuilibet semper uitij aliquid se immiscet, non aliter ac haurienti aquã è fonte

A è fonte accidere solet, qui cum aqua & ranam simul trahit, haec una tamen tanquam commune quoddam collyrium, aut pestiferum poculentum, omnibus se latenter uirtutibus permiscet, magno semper cessura nocumento, hospitalitati crapula, discretioni astutia, prudentiae malignitas, mansuetudini pigritatio, iustitiae duricies cordis, amor propriae uoluntati, silentio amaritudo animi, gaudio spiritus sancti iactantia.

Sicut si uirtute praediti sumus, maxima & ipsi lucramur, & infidelibus usui sumus: Ita si negligentes fuerimus, & ipsi magnam feremus poenam, & alijs argumentum scandali sumus. Et sicut uirtutem amplexati, duplicem mercedem à Deo accipiunt, tum quòd ipsi uirtutem exercuerint, tum quòd alios ad uirtutis communionem traxerint: Ita & in peccatis, non solùm punimur quòd ipsi peccauimus, sed & quòd alijs scandalo fuimus.

Sicut à uirtute lucrum erga nos, & ad eos qui utilitatem capiunt, transit: Ita & à malitia duplex damnum, & in nos, & in eos qui offenduntur, uenit.

Quemadmodum uirtutes retentae exire nō possunt, facilisq; earum tutela est: Ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc primum imbecillae mentis atq; aegrae est formidare inexperta.

Proinde nequaquam inuentu facile est, quę nam ex uirtutibus praecellat, ut ei uictoriae tribuatur palma, quemadmodum nec in prato odorifero, ac uarijs floribus distincto, flosculum discernere pulcherrimum & fragrantissimum, quē alius aliter odoratum, & aspectum ad se rapiat, ac ut primùm decerpatur, suadeat.

Haec debemus uirtutibus, ut non praesentes solùm illas, sed etiam ablatas è cōspectu colamus. Quomodo illae id egerunt, ut non in unam aetatem prodessent, sed beneficia sua etiā post ipsas relinquerent: Ita & nos nō una aetate grati sumus.

B Non est lusus haec uita, imò est quidam praesens uita lusus, sed non est lusus etiam futura. Nunc autem non tam lusus est uita nostra, quàm aliquid fortè deterius. Non enim tendit ad risum, sed intolerabilem quoq; portabit dolorem eis, qui mores suos non maturè ac diligenter instituunt. Quo enim distamus à pueris ludendi gratia casulas aedificantibus, nos qui ampla praetoria & clara construimus? Quae autem dissimilitudo est inter eorum prandiola ad ludum parata, & nostra haec splendidè ac delicatè apparata cōuiuia? Nulla planè, nisi quòd ea nos ad supplicium nostrum saepe faciamus, quae illi imitantur ad ludum. Quòd si necdum perspicimus eorum quae agimus uilitatem, non est profectò mirandum. Nondū enim uenimus ad maturitatem uirorum, quò cùm uenerimus, intelligemus haec omnia esse puerilia. Nam & illos cùm ad uirilem transimus aetatem, ridere consueuimus, ob ea certè ipsa quae cùm pueri essemus, etiam studiose credebamus esse facienda. Nam & testas aliquando & lutum saepius aggerentes, non minus gloriabamur, quàm hi qui certatim amplas porticus, & triclinia gaudent superba construere, sed tamen peribant illa, & continuò corruebant. Verùm ne stantia quidē utilia nobis esse potuissent, sicut ne istae quidem splendidae domus, quae certè iam coeli ciuem capere non possunt. Sed neq; iste in illis se habitare patietur, qui patriā expectat aeternam. Verùm ut nos pedibus ludicra illa aedificiola plerunq; destruimus, ita haec sapienti ille mente subuertit: & sicut nos paruulos de illa flentes destructione ridemus, sic isti quoq; uiri nobis de hac subuersione moerentibus, non modò rident, sed etiam flent. Siquidem & eorum uiscera compassione plena sunt, & nobis ingentia hinc nascuntur incommoda. Iam igitur in uiros transeamus aliquando. Quandiu terrae prorsus affigimur de lignis ac lapidibus gloriantes? quousq; lusibus occupamur, ac salutem nostram ipsi despicimus ac prodimus? Nam ut pueri cùm neglectis literis ad huiusmodi nugas sua studia conuerterint, durissimis uerberibus subiacebunt: Sic nos quoq; qui in his rebus studium omne consumimus,

C mimus, quum à nobis spiritualium exigetur operum disciplina, nisi quæ reddenda erunt, habuerimus parata, horrenda illa supplicia perferemus.

Sicut uita ipsa bonum est, si cum uirtute uiuitur, malum si cũ scelere: Ita & mors ex præteritis uitæ actibus ponderanda est.

Quemadmodũ qui in plana & æquali uia ambulat, & corruit non offensus saxo, sed præ pedum imbecillitate, huic non dicitur positum scandalum, sed ipse sibi scandalo est: Ita qui alterius pia doctrina aut rectè factis offenditur, sua, non alterius culpa offenditur, nec est omittendum officium propter hypocritarum offensionem.

Nam quemadmodum in alenda & sustinenda humana uita alius cibus cõuenit infantibus, alius natu grandioribus, alius sanis, alius ægrotis, ita in perducendis hominibus ad unam & ueram salutis uiam, quæ est fides in Iesum Christum, alia alijs cõuenit doctrina. Nam qui est hypocrita, & sui ipsius iustificator, is, quia nondum agnoscit peccatorum suorum magnitudinem, & damnationis suæ iudicium, nondum admittit etiam doctrinam de gratuita remissione peccatorum, & de liberatione è iudicio damnationis. Quare proponenda est ipsi concio decalogi, & explicanda sunt ei præcepta Dei, ut ante omnia discat agnoscere impuritatem iustitiæ suæ, & grauitatem iræ Dei. Alij ducũt publicè uitam sceleratam. Hi, quia nec ipsi agnoscunt scelerum suorum fœditatem, & diuinæ iræ seueritatem, non dũ sunt idonei auditores Euangelij de remissione scelerum per Christum, sed erudiendi sunt decalogo, terrẽdi sunt expositione suppliciorum, quæ manent homines impœnitentes, tradendi sunt pro suo modo Satanæ, ut ante omnia discant scelera & damnationem suam agnoscere. Qui autem iam peccata sua agnoscunt, & sentiunt grauitatem iræ diuinæ, ac cruciantur doloribus inferni, ut cum Dauide
D dicant: Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me: ad hos, quia lex compleuit iam in ipsis officium suum, pertinet propriè concio Euangelij de peccatorum remissione, & liberatione ab inferno per Christum. Qui uerò post agnitionem peccatorum, iustificatus est per fidem propter Christũ, & ambulat ex fide in uocatione Dei, is quia quandiu in hac carne uiuit, gestat adhuc in sinu suo reliquias peccati, retinendus est in officio timoris Dei & fidei, utraq; concione tam decalogi quàm Euangelij, ut per decalogum compescantur affectus carnis, & per Euangelion alatur & conseruetur spiritus fidei. Habes diuersissimos hominum ordines, quibus etiam diuersa doctrinæ genera conueniunt, sed quæ omnia ad unam tamen ueræ salutis uiam contendunt, nimirum ad fidem in Iesum Christum. Hypocrita enim nõ ducit in agnitionẽ suæ iniustitiæ, ut in iniustitia pereat, sed ut necessitate cogatur inquirere uiam fidei in Christum, & salutem consequatur per Christum. Sceleratus non traditur Satanæ, ut maneat captiuus Satanæ, sed ut ipse compellatur ad quærendam salutem per Christum. Pius non obtunditur decalogo, ut discat quærere salutem in suorum operum iustitia, sed ut retineatur in uera fidei sententia & obedientia. Itaq; etsi diuersa uideatur doctrina, unus tamen est doctrinæ scopus, nempe fides in Iesum Christum, iustificatorem & seruatorem nostrum.

Quemadmodum omnis piorum uita est laudatio Dei: Ita omnis impiorum uita est blasphemia in Deum, siue edant, siue bibant, siue dormiant, siue ludant.

Vita breuis est, mors imminet, res omnium tristiũ tristissima. Vt igitur ad extremum illum conflictum, multo omnium grauissimum ueniam uegetior, sine me nunc paulisper à malis respirare. Aut si uis afflictionem esse perpetuam in hac uita, intus aspira solatium, quò leniatur malorum acerbitas. Hoc petit priusquam abeat, & amplius non sit, hoc est, emigret nunquam in hanc uitam rediturus. Hic ubi

A ubi certaminis locus est, quandiu uiuimus, ut est periculum ne uincamur, ita spes est uictoriæ. Post hanc uitam nec ceromati locus est, nec brabei spes, nisi hic parata fuerit. Certantibus autem robur addit certaminis intermissio. Vbi respirarint, uelut redintegratis uiribus alacriores redeunt ad conflictum. Interdum uox Imperatoris excitat uim militis, aliquoties donatiuo reddit alacriorem. Nonnunquã theatri applausus, & acclamatio cõfirmat pancratisten: Sic & Imperator noster, aut depulsa tempestate malorum, respirandi spatium cõcedit militi suo, aut arcano afflatu addit robur & alacritatem spiritus, ut licet afflictio superet humanas uires, tamẽ infracto perferat animo. Alioqui quis martyrum defecturus non erat in illis inter manibus tyrannorum cruciatibus, quos tantùm audientes commemorare inhorrescimus, nisi spiritus donatiuum illos intus confirmasset?

Vt uita præsens huiusce mundi naturam obtinuit: Ita futurus etiam animarũ nostrarum uiuendi modus accommodatum exitum suo statui sortietur.

Quum sic ametur ista ærumnosa uita, q̃ sit amanda æterna uita? Amas istam uitam ubi laboras, curris, satagis, anhelas, & uix enumerantur quæ necessaria sunt in misera uita. Seminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & post hæc omnia finire habes uitam. Ecce quæ pateris in misera ista, quam diligis, uita, & putas te semper uicturum & nunquam moriturum? Templa, saxa, marmora ferro plumboq; consolidata, tamen cadunt: & homo nunquam putat se moriturum, dies mali hîc sunt. Non sunt dies mali, quos agimus in corruptela huius carnis, in tanta uel sub tanta sarcina corruptibilis corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, ubi falsa uoluptas, nulla securitas gaudij, timor torquens, cupiditas auida, tristitia arida? Ecce quàm malos dies, & nemo uult finire dies malos, multumq; rogant hinc Deum homines ut uiuant. Quid est autem diu

B uiuere, nisi diu torqueri? Quid est aliud diu uiuere, nisi quàm malos dies malis diebus addere? Et quum crescunt pueri, quasi accedunt illis dies, & nesciunt quia minuuntur, & ipsa est falsa computatio. Crescentibus enim decedunt dies potius quàm accedent. Constitue alicui homini nato, uerbi gratia, 80. annos, quicquid uiuit, de summa minuit. Et inepti homines gratulantur plurimis natalitijs, tam suis quàm filiorum suorum. O uirum prudentem, si tibi uinum minuatur in utre, tristaris: dies perdis, et gaudes? Mali ergo sunt dies, et eo peiores, quia diliguntur. Sic blanditur hic mundus, ut nemo uelit finire ærumnosam uitam: uita bona non est nisi beata. Vita beata esse non potest, nisi æterna, ubi sunt dies boni, non multi, sed unus.

Vita humana est ut nauis, quæ bonis operibus uelut quibusdam mercibus onusta, in portum salutis tendit: gubernaculum huius nauis est sermo Dei, qui in mari huius sęculi ita aduersa & prospera debet dirigere ad portum, sed ubi peccatrix anima repulerit uerbum Dei à corde suo, tunc uentis, procellis, tempestatibus irruentibus undecunq; quasi fracta gubernaculo periclitetur tempestate, ab aquilone diaboli suggestio, à meridie uana gloria.

Sic abscondita est apud Deum uita sanctorum, ut qui modò laborant in terra, quasi tempore hyemis arbores non habentes fructum & folia, illo apparente tanquã nouo sole exorto, illud quod in radice uiuebat, in fructibus appareat, licet castiget, flagellet, amet iudicium, non derelinquet sanctos suos.

Omnis longæuitas huius uitæ, quum ad illam futuræ gloriæ perennitatem respexeris, euanescit: Et dolores cuncti contemplatione illius immensę beatitudinis effugantur, atque ut fumus ad nihil extenuati liquescunt, & nusquam ut fauilla comparent.

Sicut enim nihil prodest malè uiuenti antè actæ uitæ probitas, quia superueniens nequitia iustitiæ opera deleuit: Ita nihil officiunt peccata uetera correcto,

C quia ſuperueniens iuſtitia labem uitæ prioris aboleuit.

Sicut uariæ ſunt uitæ electiones: Ita & multæ apud Deum manſiones, quæ ſecundū dignitatē unicuiq; diuiduntur & diſtribuuntur, & hic quidē hanc excolit uirtutem, alius uerò aliam, quidam etiam plures, nonnulli quoq; omnes: ſi ſaltem eſt poſſibile, tantummodo ultrà pergat quiſq; & anteriora concupiſcat, ac ueſtigia coūſequatur eius qui rectè deducit & dirigit, quiq; per anguſtam uiam & portam ad latitudinem quæ illic eſt, perducit.

Si tibi in his naturæ lubricis malis poſito, uitæ promittentur exceſſus: nónne omni mente gauderes? Si qua te in huius uitæ turbinibus fluctuāte uicina acceſſerit requies: nónne mortem pro remedio computares, poſitus inter arma carnificum, ac tela prælíantium? &c. Feriant licet fluctus, & reuolutum ęquor identidem pulſet, tamen hæret immobilis uirtus, nec undis circumſpumantibus adoperta ſuccumbit, donec per ſcopulos uix digeſta ſe ſupprimat, & ſuperiacens in aperta littoris ſpatia, ipſum æquor euadat.

Fieri quidem non poteſt, ut abſque morſu hominum, uitæ huius curricula quis pertranſeat, malorumq; ſolatium eſt bonos carpere, dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum. Sed tamen citò ignis ſtipulæ conquieſcit, atq; exundans flamma, deficientibus nutrimentis, paulatim emoritur. Si anno præterito fama mentita eſt, aut certè ſi uerum dixit, ceſſet uitium, ceſſabit & rumor.

Qui enim uel uitam ſolùm rectè inſtituunt, aut eloquentiæ tantummodo ſtudent, ita ut alterum omittant, nihil mihi à monoculis diſtare uidentur, quibus magnum eſt nocumentum, maior uerò turpitudo, quum quempiam inſpiciunt, ſeu inſpiciuntur: quibus uerò contingit ut in utriuſq; excellant & ſint idonei, ij illud
D etiam aſſequuntur, ut perfecti euadant, & cum beatitudine uiuant futura.

Sicut bonæ uitæ ſpecimen, & uirtutis exemplar in his uiris eſt, qui inoffenſa uitæ ſuæ tempora percurrerint: Ita qui anteactis renunciantes flagitijs, uel incredulitatis erroribus emendauerint curſum poſterioris ætatis, his ad imitandū propoſiti ſunt, qui uel opere uel cogitatione labuntur.

Sicut habet uitam, qui cohibet linguam ſuam à malo, & ſicut aures domini in preces eius ſunt, qui auertitur à malo ut faciat bonum: Ita uultus domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

Quemadmodum uitam ueſtram eſca continet, atque iſtam uita uiciſſim diſpenſat: Ita ſi bona opera habuerimus, ſpiritum ſanctum habebimus: & ſi ſpiritū ſanctum habuerimus, bona etiam opera habebimus. Quemadmodum & è contrario, ſi opera non habuerimus, ſpiritus ſanctus àuolabit: ſi uerò à ſpiritu ſancto uacui fuerimus, etiam circa opera claudicabimus.

Sicut qui peruerſam agit uitam, nunquam ſaluatur: Ita neq; qui ſeipſum ignominia aſpergit, pœnam effugere poterit.

Sicut non impediunt à uita æterna iuſtum quædam peccata uenialia, ſine quibus hæc uita non ducitur: Sic ad ſalutem æternam nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillimè uita cuiuslibet peſſimi hominis inuenitur. Veruntamen ſicut in regno Dei uelut ſtella ab ſtella in gloria differunt ſancti: Sic & in damnatione pœnæ ſempiternæ tolerabilius erit Sodomæ, quàm alteri ciuitati, & erunt quidam duplo amplius quibuſdam gehennæ filij.

Ita enim minori afficiemur triſtitia, ſi citius ex hac uita emigremus, imò potius lætabimur, ſi nos ſermo hinc abduxerit, & in ſupernis ſtatuerit, ac præſentem inſuauitatem bono abſconderit futuro, nobiſq; perſuaſerit, quòd ad dominum agamur bonū, & quòd melior ſit habitatio firma, quàm peregrinatio incerta, quodq; nauigantibus portus eſt tranquillitas, id ijs qui in huius uitæ iactantur tempeſtate, tranſ-

A te, transmigratio hinc fit & translatio. Aut quemadmodum ij qui iam longam preoccupauerunt uiam, peregrinantibus, & adhuc laborantibus uegetiores sunt, & minus defatigantur: Ita qui hospitium assequuntur quod ibi est, illis qui adhuc uitæ præsentis terunt inæqualia & præcipitia, feliciores & quietiores existunt.

Nonne uides ut etiam in hac uita quisque prouidus locum aut agrum in quo diutius se commoraturum putat, copiosis in usum faciat impendijs, & ubi paruo quis erit tempore, parua prouidet: & ubi maiore, maiora procurat? Nobis quoque quia in præsentiarum breuissimum coarctantibus angustijs tempus est, in futura secula erunt, competentibus copijs uitam exaugeamus æternam, competentibus instruamus exiguam, ne promissione peruersa impendamus breui tempori curã maximam, & maximo tempori curam breuem.

Sicut in hac uita corpora nostra primò in hoc ipsum quod sumus corporaliter crescunt, in prima ætate ciborum sufficientia nobis incrementum præstante: postea uerò quàm crescendi ad mensuram sui fuerit expleta proceritas, utimur cibis iam non ut crescamus, sed ut uiuamus, & conseruemur in uita per escas: Ita arbitror & mentem etiam quum uenerit ad perfectum, uesci tamen & uti proprijs & competentibus cibis in ea mensura, cui neque deesse aliquid debeat neque abundare. In omnibus autem cibus hic intelligendus est theoria, & intellectus Dei, habens mensuras proprias, & competentes huic naturæ quæ facta est & creata. Quas mẽsuras singulos quosque incipientium uidere Deum, id est, intelligere per puritatem cordis, competit obseruare.

Sicut cætera uitia deponunt ad inferos, maximè tamen superbia, quia radix omnium malorum superbia est: Sic & omnes uirtutes inducunt in regnum cœlorum, maximè tamen humilitas: quia radix omnium malorum superbia est, sine dubio & radix omnium bonorũ humilitas est: et quia proprium est, ut qui se exaltat,

B humilietur: sic & qui se humiliat, exaltetur.

Prius extirpanda uitia, & ita uirtutibus locus præparatur in homine. In eadem similitudine natum beatũ Ioan. Baptistã possumus intelligere, quia sicut per eius prophetiam legis ueteris consummatio mõstrabatur, & initium nouæ: Sic ueteris consuetudinis malitiam debemus pleniter consummare in nobis per confessionẽ & pœnitentiam ueram, ut incipiamus iterum noui esse, et boni in sanctificatione.

Quemadmodũ omnia uitia penitus insidunt, nisi dum surgunt oppressa sint: Ita quoque tristitia & miseria, & in se sæuitia ipsa nouissimè acerbitate pascuntur, & fit infelicis animi praua uoluptas dolor.

Cætera uitia impellunt animos, ira præcipitat. Cæteris etiamsi resistere contra suos affectus non licet, at certè affectibus ipsis licet stare: Hæc non secus quàm fulmina procellæque, & si qua alia irrationabilia sunt, quia non eunt, sed cadunt, uim suam magis ac magis tendit.

Vt quędam in contactos è corpore uitia transiliunt: Ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem uini traxit. Impudicorum cœtus fortem, & si liceat uirum, emollit. Auaritia in proximos uirus suum transtulit. Eadem ex diuerso ratio uirtutum est, ut omne quod secum habent, mitigent.

Num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, quum super illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum? Respondet: Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non utique in cura & exequijs fieret commemoratio. At sicut uitis florescit extrà in agro, & odorem eius sentit in uase uinum reclusum, sicque conflorescit etiam ipsum: Ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficentia, exangui immolatione atque gratificatione pro ipsis facta, sicut solus ordinat & præcipit, qui uiuorum & mortuorum potestatem gerit, Deus noster.

C Vitis fructifera est, ulmus autem lignum sine fructu est: sed uitis nisi applicata fuerit ulmo, non potest multum fructum facere: iacens enim in terra, malos fructus dat: sed si suspensa fuerit super ulmum, & pro se, & pro ulmo fructum dat: ulmus ergo non minorem fructum dat quàm uitis, sed potius maiorem. Hæc igitur similitudo posita est in seruos Dei, in pauperem & diuitem. Diues enim habet opes, à domino uerò pauper est, distrahit enim circa diuitias suas, & ualde exiguam habet orationem ad dominum, & quam habet, inertem habet, & non habentem uirtutem. Quum igitur diues præstat pauperi quæ illi opus sunt, pauper orat ad dominum pro diuite, & Deus præstat diuiti omnia bona, quia pauper diues est in oratione, & uirtutem magnam habet apud dominum oratio eius. Sunt ergo ambo consortes bonorum operum suorum.

Sicut uites bonæ quæ negliguntur, ab herbis & spinis premuntur & necantur: Sic & homines qui diuinis seu ariolis crediderunt, in negocijs & actionibus multis inciderunt, & euacuantur à sensu suo, & nihil omnino intelligunt de diuitijs cogitantes. Sed si quando audierint à domino, sensus eorum in negocijs ipsorum est.

Quemadmodum imperitus uitulus currens in gramine, defertur ad præcipitium: Sic inuenitur anima quæ paulisper conditionibus agitata aut pasta fuerit.

Vitula indomita plus se iactat & excutit cùm tenetur, nec acquiescit imperio, nec astringitur uinculo, sed magis cùm loro retrahitur, exasperatur. Itaque nec coacta se subijcit, nec tamen libera uinculorum est. Sicut ergo trahit uitula lorum iugi, quæ etsi non tenetur è proximo, tenet tamen, nec se explicat & absoluit: Ita trahit unusquisque peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat se liberum, quia nō est iugo subditus subiectusque iudicio, & nescit quòd non sit exutus, sed magis
D ut illa uitula & ipse se implicat suorum nexibus peccatorum.

Sicut iugi lora uitulæ: Ita peccatores attrahunt iniquitates, non dirumpentes, neque abscindentes proprium, sed longo trahentes fune peccatum. Indomita enim uitula serò mansuescit & trahit, lora non suscipit, quia impatiens est tenendi: quo diutius traxerit, eo amplius impeditur.

Sicut enim solent ulcera latius serpere, ubi ea semel implicuerint corpus, anteriora deuorant, atque integri aliud semper absumunt, contumaxque corpus in recipienda reddunt sanitate, donec medici ars fundum sedemque exciderit morbi: Ita cuius est animus suppuratus, introrsum corrosus putrisque, quodcunque ei proximum est non desistit inficere. Abscindendæ itaque ab eo sunt, ac præcidendæ corporis uires, in quas non secus animaduertendum est, atque in sicarij manus, in petulantis oculos, in helluonis uentrem.

Vt ulcera quædam nocitura manus appetunt, & tactu gaudent, & fœdam corporum scabiem delectat quicquid exasperat: non aliter dixerim his mentibus, in quas uoluptates uelut mala ulcera erumpunt, uoluptati esse laborem uexationemque.

Vlmus etsi uinum non profert, tamen uitem uinum producentem sustentat: Ita par est eum qui uirginitatem aut aliam uirtutem in se præstare nō potest, in alio saltem proueheat, collaudet & admiretur, non autem impediat.

Quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando sequitur, uel à tergo est: Ita gloria aliquando ante nos est, uisendamque se præbet, aliquando in auerso est, maiorque quo serior, ubi inuidia secessit.

Quemadmodum fieri non potest, ut uel tuam ipsius umbrā, quantumuis etiā festines, præcurras (semper eīm quantū tu urgēdo processeris, tantū ipsa sequendo occupat) uel in colores oculorū radios, nullo aut lumine, aut aëre deueniente defigas, uel denique extra aquas natatilis illa pisciū natura sua se lubricitate promoueat: Ita nulla est uia, cuius ductu, qui in corpore sunt, ad intellectilem naturā omnino

A fine corporalium rerum interuentu pertingere queant.

Sicut umbram nemo comprehenderit: Ita neq; temporales res: sed eorum aliqua fine suo consummantur & dissoluuntur, alia ante finem uelocius quouis torrente diffluunt.

Etenim quemadmodum in undis euenire cernimus stantibus, ut quotiescunq; calculus injiciatur, cētrum oriatur aliud, circulusq; super alio suscitatus, & assiduè dilatatus, semper dissoluat extremum: Illud idem & mihi palàm in re præsenti accidere uideo: dum enim mihi aliquid in mentem uenit, aliud elabitur, ac ideo circa electionem laboro, quum assiduè id quod in memoria erat, præoccupet illud quod denuo affluat.

Velut ex alto undarum iactus alijs atq; alijs superuenientibus in littoris extrema franguntur: Ita in terminum mortis succiduæ alliduntur ætates.

Si unguentario quispiam, aut unguentariæ tabernæ assideat, etiam inuitus illum accipit odorem: Longè magis qui ecclesiam frequentat.

Quemadmodum unguentum fragrantiam suam in seipso non detinet occlusam, sed protinus illam emittit, & aërē odore penetrans uicinorum quoq; sensus occupat: Ita & generosi ac præclari uiri uirtutem suam in seipsis clausam non habent, sed fama sua multos iuuant & meliores reddunt.

Vt unguentum quod uase continetur, habet quidem odoris substantiam, sed prohibetur longius spargi, quia uase intrinsecus clauditur: quum autem uas foris fuerit effusum, emittit procul beneolentiam suam: Ita Christi nomen beneolens ante aduentum eius in solo Israëlis populo uersabatur, quasi Iudææ uasi indusum. Notus enim, ait, in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. Quando autem coruscans in carne saluator in uniuersam terram, quin potius in omnē creaturam

B extendit uocabulum suum, impleto eo quod scriptum est: Quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra: quibus consequenter Apostolus loquitur: Non enim aliud nomē datum est sub cœlo, in quo oporteat saluari nos, ut in Psalmista ad dominum loquitur: Magnificasti super omnia nomen sanctum tuum: Tunc completum est: Vnguentum effusum nomen tuum.

Vt unguentum gratiam addit adsumentibus: Pari ratione uerbum Dei animum iuuat, eumq; gratia perfundit & condecorat.

Sicut unguentū & in hyeme floridum est, & boni odoris, & homines suo odore delectat atq; impinguat, cùm ex eo uncti fuerint: Sic & iustus, & in hyeme tentationis immarcessibilis est, & fidelis manet.

Sicut unguenta nisi commota, redolere altius nesciunt, & sicut aromata fragrantiam suam non nisi quum incenduntur, expandunt: Ita sancti uiri omne quod uirtutibus redolent, in tribulationibus innotescunt. Vnde rectè dicitur in Euangelio: Si habueritis fidem sicut granum synapis: nam non contritum leue est: si uerò conteratur, inardescit, & quod in se acerrimum latebat, ostendit: Sic uir sanctus quum non pulsatur, despicabilis ac leuis aspicitur: si qua uerò illum tritura persecutionis opprimat, mox omne quod calidum sapit, ostendit, atq; in feruorem uirtutis uertitur, quicquid in illo antè despicabile infirmumq; uidebatur.

In preciosis unguentis non tantùm si quis effundat lecythum, uerumetiam si quis uel summis digitis superficiem attingat, & aërem nouo colore tinxit, & quotquot adsunt, suauitate fragrantiæ repleuit. Quod & in præsentia contigit, non uiribus eloquētiæ nostræ, sed propter uim ab hoc bene gestorū. loquit de pio epō.

Vnicornis siue monoceros eius uirtutis est, ut suo cornu attacta aqua etiam aliquo ueneno corrupta reddatur salutaris: unde traditur à naturalibus prius attingere aquam cornu quam bibat: Ita Christus sua humanitate aquas pestiferas reddidit salubres ad peccatorum remissionem.

C Scindi unitas non poteſt, nec corpus unum, diſſidio compaginis ſeparari, diuulſis laceratione uiſceribus in fruſta diſcerpi. Quicquid à matrice diſceſſerit, ſeorſum uiuere & ſpirare non poterit, ſubſtantiam ſalutis amittit.

Quid uoce clarius? aut quid uento fortius? aut odore uiolentius? Hæc tamen cùm per aërem feruntur, ad ſenſusq; noſtros ueniunt, & eos potentia ſua impellunt, non cernuntur acie luminum, ſed alijs corporis partibus ſentiuntur. Similiter Deus non aſpectu nobis alióue fragili ſenſu comprehendendus eſt, ſed mentis oculis intuendus, quum opera eius præclara & miranda uideamus.

Vt uociferantium tenor obuij flatus impetu frangitur: Sic & interna mentis cogitatio externorum ſolicitatione interpellatur.

Non ſanè omnia quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam ea quæ nihil ſignificant, attexuntur. Solo enim uomere terra proſcindit, ſed ut hoc fieri poſſit, etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria. Et ſoli nerui in citharis atq; huiuſmodi uaſis muſicis aptantur ad cantum: ſed ut aptari poſſint, inſunt & cætera in compaginibus organorũ, quę non percutiuntur à canentibus, ſed ea quæ percuſſa reſonant, his connectuntur. Ita in prophetica hiſtoria dicuntur & aliqua, quæ nihil ſignificant, ſed quibus adhæreant quæ ſignificant, & quodammodo religentur.

Qui ſacrorum uoluminum lectioni, & memoriæ ſcripturarum diligenter inſiſtunt, carnalia tamen uitia non relinquunt, ſimiles ſunt illi mulieri, de qua dicitur in Prouerb. cap. 11. Sicut inauris aurea in naribus ſuis: Ita mulieris malè moratæ ſpecies. Quid enim prodeſt quempiam ornamentum eloquiorum cœleſtium, & illam precioſiſſimam ſcripturarum ſpeciem conſequi, ſi eam lutulentis operibus uel ſenſibus inhærendo quaſi immundiſſimam terram ſubigendo cõfringat, aut
D cœnoſis libidinum ſuarum polluat uolutabris? fiet enim ut quod rectè utentibus decori eſſe conſueuit, non ſolùm iſtos ornare non poſſit, uerumetiam maioris cœni colluuione ſordeſcat. Ex ore enim peccatoris non eſt pulchra laudatio.

Voluntas & conſilium Dei latuit homines multis ex cauſis. Primò quidẽ pro inſtitutione mala, pro ſodalitatibus peſſimis, pro conſuetudine nequam, pro colloquijs nõ bonis, pro præſumptionibus minus rectis: pro his, inquam, omnibus, primùm erroris, inde contemptus, tum infidelitas & malitia, auaritia quoq; & uana iactantia, aliaq; his ſimilia mala, uelut fumus quidam immenſus, uniuerſam mundi huius domum repleuit, & habitantibus intrinſecus intuendi conditorem ſuum, aſpectum liberum non dedit, neq; quæ ei eſſent placida peruidendi. Quid igitur his qui ſunt intrinſecus conuenit, niſi ut ex intimis præcordijs clamore prolato, auxilium inuocent eius, quem ſolum domus fumo repleta non claudit, & accedens aperiat ianuam domus, quò poſſit fumus quidem qui intrinſecus habetur, excludi: lux uerò ſolis, quæ extrinſecus reſplendet, induci? Hunc ergo qui ad auxilium domus caligine ignorantiæ, & uitiorum fumo repletæ perquiritur, illum eſſe dicimus, qui appellatur uerus propheta, qui ſolus illuminare animas hominũ poteſt, ita ut oculis ſuis uiam ſalutis euidenter inſpiciat.

Lapſus ex uoluntate, non æquè ex uoluntate reſurgere iam liberum habet. Non enim tam facilè quis ualet exire de fouea, quam facilè in eam labi. Cecidit ſola uoluntate homo in foueam peccati, ſed non ex uoluntate ſufficit & poſſet reſurgere, cùm iam etſi uelit, non poſſit non peccare.

Quicquid facit ſeminarium uoluptatum, uenenum puta. Parcus cibus, & uenter ſemper eſuriens, triduanis ieiunijs præfertur. Et multo melius eſt quotidie parum, quàm rarò ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terrã. Subitus & nimius imber in præceps arua ſubuertit.

Non ita certè curis homo ſauciatur, ut uoracitate. Itaq; quando aurium, quando ca-

A do capitis dolores atque tinnitus, quando stomachi subuersio, cæteraque huiusmodi hominem occuparunt, nónne omnium stimulorum puncturas hæc suppetunt? Et quemadmodum acuti uepres undecunque capiuntur atque constringuntur, magis cruentant: Eodem modo deliciæ pedibus, manibus, capiti, oculis, omnibus similiter membris officiunt: steriles etiam sunt, nullum quemadmodum uepres fructum producentes, ac multo magis quàm cætera pene omnia hominem conficiūt. Delicijs enim senectus citius surrepit, delicijs sensus obtunduntur, delicijs cogitatio retardatur, citius mens tenebris obducitur, corpus dissoluitur, maior stercoris copia reconditur quasi atque reponitur: Ita ex ingenti afflictionum aceruo nauigio nimium oneribus oppresso, crebra contingunt naufragia.

Si in uoragines uertiginosas incideris, non poteris facilè pertransire, licet plurimùm contenderis: Ita etiam, imò grauius multo, si in concupiscentiæ huius profundum incideris, teipsum cum omnibus perdes.

Nam quemadmodum is, qui per patentem urbis portam ingredi conaretur, & præ se tamen ambabus manibus transuersim gestaret oblongam perticam, ab ingressu certè prohiberetur, idque non portæ angustia, sed suo ipsius impedimēto: Ita qui in peccatis impœnitenter ambulat, sibiipsi impedimentum obuertit, quo à porta cœli excludit. Hæc enim porta non capit superbos & arrogantes, sed humiles: nō capit auaros, sed liberales: nō inuidos, sed beneuolos: nō scortatores, sed castos: nō ebrios, sed sobrios, hoc est, nō admittit impœnitētes, sed tantū pœnitētes.

Quemadmodum per frequentia urbis loca properāti in multos incursitandū est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respergi: Ita in hoc uitæ actu dissipato & uago, multa impedimenta, multæ querelæ incidunt.

Vide mihi urbem, in qua ægrotent plurimi, & medicorum frequens adhibea-
B tur manus, sint diuersa uulnera, quotidie in emortuam carnem serpens putredo penetret: & tamen medici qui adhibiti sunt, nequeant alia ultrà inuenire medicamina, & artis suæ scientia magnitudinem mali uincere, cùm hæc in talibus nacti sint, eueniat aliquis archiater, qui habeat summam in arte notitiā, & illi qui prius sanare nequiuerant, cernentes magistri manu putredines cessare uulnerum, non inuideant, non liuore crucientur, sed in laudes erumpant archiatri, & prædicent Deum, qui & sibi, & ægrotantibus tantæ scientiæ hominem miserit. In hanc similitudinem multitudo exercitus angelorū audita est, dicens: Gloria in excelsis Deo, & super terram pax in hominibus bonæ uoluntatis. Postquam enim dominus uenit ad terram, pacem fecit per sanguinem crucis suæ, siue eorum quæ in terra erāt, siue eorū quæ in cœlis. Siquidem uolentes angeli, ut recordarentur homines creatoris sui, cùm fecissent omnia, quæ in suis uiribus erant, ut sanarent, & uoluissent illi respicere sanitatem, cernunt eum qui sanare potuit.

Qui urbem expugnare nititur, ubi unam murorum partem, quam prosternere atque euertere tentauit, conspicit adeò firmam esse atque compactam, ut eam dissoluere atque subruere nequeat: mox ad alteram partem, quæ imbecillior & inualidior apparet, suas transfert machinas, arietes & tormenta, ut ea parte oppugnatam urbem intercipiat: Ita quoque Pharisæi, quia cæcum illuminatum attonitum reddere non ualuerunt, sed uidebant eum sine animi trepidatione benefactorem suū prędicantem, per parentes eius putabant Christi miraculum obscurare. &c.

Vt ignotarum urbium monstratus hospiti gratus est: Ita sciscitanti cœlestium causas, domesticus interpres, & in profunda terrarū promittere aciem iuuat.

Homo urinator nullam aliam ob causam audet seipsum in profundum aquarum demittere, quàm propter margaritas, bellorum causam: quanquam non materiam reprehendo, sed mentem intemperantem: Et tu ut accipias thesaurum deficere nescium, plantesque uineam in anima tua, non sustines æstum neque sudorem?

C Non uides istos qui sedent in theatro, quomodo sudent, nudoque capite solis radiis excipiant, quò fiant captiui mortis, quo scorti mancipia? Ad exitium illi laborant, & tu ad salutem segnis ac remissus es? Athleta es, miles es.

Quemadmodum quę in usu sunt, & manum quotidie tactumque patiunt, numquam periculum situs adeunt: illa quæ ad oculos non reuocantur, sed extra conuersationem ut superuacua iacuerūt, sordes ipsa colligunt uetustate: Ita quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat, memoriæ nunquam subducitur, quæ nihil perdit, nisi ad quod sæpe non respexit.

Vua pendet in uitibus, & oliua in arboribus, his enim duobus solent torcularia præparari. Et quandiu pendent in frutetis suis, tanquam libero aëre perfruuntur, & nec uua uinum est, nec oliua oleū ante pressuram: Sic sunt homines, quos prædestinat Deus ante secula, conformes fieri imaginis filij sui, quæ præcipuè in passione, magnus botrus expressus est. Huiusmodi ergo homines antequā accedant ad seruitutem Dei, fruentur in hoc seculo, tanquam deliciosa libertate, uelut uuæ aut oliuæ pendentes, sed quoniam dictū est: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem: Accedens quisque ad seruitutem Dei, ad torcularia se uenisse cognoscat, contribulabitur, conteretur, comprimetur, non ut in hoc seculo pereat, sed ut in apothecas Dei defluat. Exuitur carnalium desideriorum integumentis quasi uinaceis: hoc enim illi contigit in desiderijs carnalibus. In istis torcularibus positi sumus filij Choræ, id est, calui (hoc enim sequitur in titulo Psalmi) id est, domini nostri Iesu Christi.

Sicut uuarum expressione uinum funditur: Ita & sanctorum martyrio uini uice sanguis effundit, nisi quòd uua tēporales fructus, passio sempiternos præstat.

Vua acerba est peccatum, uua acerba est fructus ante tempus: quisquis pręsentis
D uitæ delectationibus satiari desiderat, quasi fructus ante tempus edere festinat. Vt qui uuam acerbam comederit, dentes eius obstupescunt: Ita qui præsentis mūdi delectatione pascitur, interim eius sensus ligantur, ut iam spiritualia mandere, id est, intelligere nequeant, quia unde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescunt. Et dum peccato anima pascitur, panem iustitiæ edere non ualet, quin ligati dentes, id est, sensus interim ex peccati consuetudine, iustum quod intus sapit, edere nequaquam possunt.

Sicut uua acerba dentibus uexatio est, & fumus oculis: Ita iniquitas utentibus ea. Quomodo qui mādúcat ore corporis uuas acerbas, obrigescunt & obstupescunt dentes eius, & minus idoneus ad manducandum panem, & remanet illi laudare, quod uidet, & manducare non posse: Sic & qui iniquitate usus est, & pastus peccatis in corde, incipit non posse manducare panem, laudat uerbum Dei, & non facit: unde hoc facit? quia cum cœperit facere, laborat. Quomodo sentimus laborare dentes post uuas acerbas? cū cœperimus panem manducare. Sed quid faciunt illi quibus obstupuerunt dentes? Temperant se aliquantulum ab uuis acerbis, & redeunt dētes ad stabilitatem suam, & incumbūt panē: Sic & nos laudemus iustitiā. Sed si uolumus mādúcare iustitiā, tēperemus nos ab iniquitatibus, & nascit in corde nō solū delectatio laudādi iustitiā, sed etiam facultas manducandi.

Quantum prosit hic pati causa Dei. Vua calcibus tunditur, & in uini saporē liquatur: Sic oliua cōtusionibus expressa, amurcam suam deserit, & in olei liquorem pinguescit: Sic per triturā areæ, à paleis grana separant, & ad horreū purgata ueniūt: Ita & quisque hic flagellat, securus ad Deum uenit, quippe cuius rubiginem ignis tribulationis purgauit.

Quemadmodū uulneratos frequenter curando medicus facilè in aliorum calamitatibus commouet, cum humanā intelligat naturā: Ita & nos si ad opitulandū inopes conueniemus, philosophabimur, neque diuitias admirabimur, neque magnū aliquid

A aliquid præsentia bona ducemus, sed omnia contemnemus, & magnanimi in cœlum intenti, facilè æterna bona consequemur.

Describe mihi uulnus quod curatur, & curam eius proficientem, & iam proximam cicatrici: tum deinde in ipso uulnere, quod iam cœperat obducere cicatricem, intuere aliud uulnus infligi, & per hoc uulnus recens, illud pristinum renouari: Tale etiam euenit huic qui proficit, sed nondum perfectus est, nec iam ad summam perductus est sanitatem. Si ergo dum adhuc in tenero est cutis, accedat ei maledictorum & conuitiorum uulnera, renouatur dolor, & parantur angustię, et tunc meritò dicit, Dum constitit peccator aduersum me, obmutui et humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Vide ergo quomodo is qui in certamine positus est, qui se refrenare cupit ab iracūdia uel furore: & dū ipse hæc apud se meditatur, & irritatio ei superuenit peccatoris, quæ eum conturbet quidem & fatiget, non tamen uincat, sed quamuis prouocetur, & inflammetur ad respondendum, remordens tamen dolorem suum cohibeat & reprimat, &c. Vide Origenem in Psal. 38.

Quemadmodum uulnus si contegatur, nullam curam recipit: Sic & peccatum si celetur. Quum autem manifestatum fuerit, efficitur lux, non peccatum ipsum, cæterùm qui operatus est. Quum enim redargutus fuerit, resipiscet, ac remissionē consequetur, nunquid eius tenebræ mundatæ sunt?

Si uulnus corpori infligatur, aut os confringatur, aut neruorum iunctura resoluatur, sub unius horæ spatio huiusmodi uulnera solent corporibus accidere, & plurimis postmodum cruciatibus ac doloribus exactis, multo uix tempore sanari: quanti enim tumores in loco, quanta tormenta generātur? Iam uerò si accidat, ut in eodem uulnere, uel in eadem fractura iterum & sæpius quis uulneretur, fre-
B quentiusq; frangatur, quantis hoc pœnis curari, & quantis potest cruciatibus medicari? Quanto autem tempore, si tamen potuerit, ad sanitatem perducitur? & uix aliquando ita curabitur, ut uel debilitatem corporis, uel fœditatem cicatricis effugiat. Transi nunc ab exemplo corporis ad animæ uulnera. Anima quoties peccat, toties uulneratur. Et ne dubites peccatis eam uelut telis & gladijs uulnerari, audi Apostolum monentem ut adsumamus scutū fidei, in quo possitis, inquit, omnia iacula maligni ignita extinguere. Vides ergo peccata maligni esse iacula, quæ in animam diriguntur. Patitur autem & anima non solùm uulnera iaculorum, sed & fracturas pedum, quum laquei parantur pedibus eius, & supplantantur gressus eius. Hæc ergo & huiusmodi uulnera quanto tempore putas posse curari? O si possemus per unumquodq; peccatum uidere, quomodo homo noster interior assiduè uulneratur, quomodo sermo malus uulnus infligit. Non legisti, Dicūt quia uulnerant gladij, sed non ita ut lingua. Vulneratur ergo per linguam anima, uulneratur & per cogitationes & concupiscentias malas: frangitur autem & conterit per opera peccati. Quæ si omnia uidere possemus, & uulneratæ animæ sentire cicatrices, certum est quòd usq; ad mortem resisteremus aduersum peccatum. Sed nūc sicut hi qui uel dæmone repleti, uel mente alienati sunt, nō sentiūt si uulnerentur, quia naturalibus sensibus carent: Ita & nos uel cupiditatibus seculi amentes effecti, uel uitijs inebriati, sentire non possumus, quanta uulnera, quantas contritiones animæ peccando conquirimus. Et ideo consequentissima ratio est pœnæ, id est, curæ ac medicationis tempus extendi, & per unumquodq; uulnus pro qualitate plagæ medendi quoq; spatia propagari. Sic ergo & Dei æquitas ac benignitas etiā in ipsis animę supplicijs euidēs fiet. Et hæc audiens qui peccauit, resipiscat, & ultrà non peccet. Conuersio enim in præsenti uita, & prima fructuose gesta, celerem confert huiusmodi uulneribns medicinam.

Sanato uulneri, & in cicatricem superductæ cuti, si medicina colorem reddere

C uoluerit, dum pulchritudinẽ corporis quærit, plagam doloris instaurat: Ita & ego serus consolator, qui importunè per biennium tacui, uereor ne nunc importunius loquar, & attrectans uulnus pectoris tui, quod tempore & ratione curatum est, commemoratione exulcerem.

Sicut nullum in uulnere ualet medicamentum, si sit intus ferrum: Ita nihil proficit illius oratio, in cuius pectore mortiferum uersatur odium.

Quemadmodum incurabilia uulnera neque austeris medicamentis cedunt: Ita & anima semel captiua, si se peccato cuipiam obnoxiam fecerit, considerare non uult quæ sibi sunt utilia: etiamsi quis innumera inculcet illius auribus, nihil proficiet, sed quasi mortuę essent aures, nullam ex admonitione suscipit utilitatem, nõ quia non potest, sed quia non uult. Nõ enim sicut in corporalibus uulneribus uideri solet, ita & in uoluntate est. Nam in corporalibus naturæ affectiones sæpe immobiles sunt: in uoluntate autem non ita se res habet. Sæpe enim si uoluerit, etiã qui malus est mutatur, & fit bonus: & qui bonus, per ignauiam excidit, & fit malus: quia liberi arbitrij esse nostram naturam fecit omnium dominus. Ipse enim quæ sua sunt, omnia pro sua misericordia semper exhibet. Et sciens abscondita in profundo mentis & arcana laudat, consulit, conatusque nostros primùm reprimit. Et necessitatem utique non imponit, sed congruis remedijs appositis totum iacere in ægrotantis sententia dimittit.

Sicut is qui absque cõpassione uulnera fratrum spectat, nullum inueniet qui se dignetur uenia, si quando & ipse peccauerit: Ita qui cum misericordia lapsum proximi iustificat, si quando & ipse supplantabit, multos uidebit manũ porrecturos.

Quomodo uulnera quæ in corpore sunt, sæpe paruo tempore accidunt, medelæ uerò uulnerum cum tormentis adhibentur ingentibus, non iuxta æqualitatem D temporis quo illatæ sunt, sed iuxta rationem curationis: uerbi gratia, in puncto horæ fractura manus & pedis contritio accidit. Hoc quod in modico factum est, mensibus ferè tribus, ac longo tempore uix curatur: Sic & uoluptas quæ neruos animæ succidit, & luxuria, & semel uniuersa peccata quum in paruo tempore infelicem animam illexerunt, & ad uitia traxerunt, magnum postea tempus in supplicijs & cruciatibus promerentur.

Quemadmodum acerba uulnera ne leuem quidem manus cõtactum ferunt: Sic & animus perturbatus difficilis est ac morosus, & ad omnia indignatur, quouisque uerbo mordetur & offenditur.

Quomodo sunt quædam uulnera, quæ malagmatibus, & oleo, & alligaturis redduntur pristinæ sanitati: alia uerò sunt istiusmodi, de quibus dicatur, Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas, sed terra uestra deserta, ciuitates uestræ igne exustæ: Sic sunt quædam peccata quæ animam sordidant, & indiget homine qui habeat poam nitrique sermonem: alia uerò talia sunt, ut non possint supradicti sermonis uirtute curari.

Quemadmodum igitur qui multis uulneratis seruit, & primùm cuiusque uulneris saniem expurgat, deinde & competentia iuxta cuiusque uulneris malitiam admouet medicamina, ministerium hoc non ueluti elationis, sed magis humilitatis, solicitudinis & laboris occasionem usurpat: Ita multo amplius qui fratrum infirmitates sanandas accepit, tanquam omnium seruus, & rationem de omnibus daturus, affectus, & solicitudine præditus esse debet.

Quando sunt uulnera facilia & prompta curationi, medicus mittit seruũ suũ, mittit discipulum, ut per eum languentem medicetur: neque enim magna sunt uulnera. Euenit quoque aliquoties, ut sectionis & ferri indigeat qui sanatur: attamen non ipse medicus pergit ad curam, sed eligens unum ex discipulis qui curare ualeat, eo utitur ministro. Quando uerò insanabiles plagæ sunt, ut & emortua carne pu-

A ne putredo contabuerit, & intantum mala ualetudo eſt, ut non ſerui uel diſcipuli, qui iam prope eum per ſcientiam artis acceſſit, ſed ipſius magiſtri manibus indigeat, tunc ipſe magnus medicus præcinctus lumbos ad ſectionem teterrimi uulneris concitatur. Similiter itaq; quando ſunt minora peccata, non reſtituit Deus ipſe peccantibus, ſed alijs utitur miniſtris. Quando uerò per merita ſua ingens hominum ægritudo comprehendit, tunc ad retributionem Deus ipſe feſtinat.

Quemadmodum cruditati uulnerum, non unum, ſed uaria uiciſſim remedia conferuntur: neque ſemel, ſed frequenter appoſitis remedijs molliuntur: Sic duro animo uaria quædam & frequens accommodāda doctrina eſt, ut ſi prima parū profecerit, ſecūda ſaltē aut tertia, uel eiſdem uerbis allata permulcere atq; attrahere poſſit. Quapropter ſaluator uaria oratione, modò ęnigmaticè atq; obſcurè, modò dilucidè atq; apertè eandērem Iudæis propoſuit, ut excuſari nequeāt ſi reſilierint, Sed mali malè perdentur, tanq̄ manu propria in animā ſuam gladiū immittentes.

Quemadmodum in uulneribus putridis, ne cancer ſerpat, & emortuum corpus uiuas carnes depaſcatur, medici ſtatim uulnus & urunt cauterio, uel puluere cauterico: Ita ſpiritus Dei finem poſuit mendacio, ne ultrà populus Dei pſeudoprophetarum uocibus ſubuertatur.

Sicut enim morbis ac uulneribus corrumpuntur corpora, quæ ſunt priuationes boni, quod dicitur ſanitas: Ita & animorum quæcunq; ſunt uitia, naturaliū ſunt priuationes bonorum.

Sicut uulpes propter fraudes ſuas latibulis demoratur: Ita & peccator tacens propter conſcientiam ſuam peccatorum foueis deliteſcit. Et ſicut illa non audet inter medias hominum turbas morum ſuorum oſtendere fallaciam: Ita & hic erubeſcit in media eccleſia conuerſationis ſuæ nequitiam confiteri. Vulpem planè dixe
B rim omnem Chriſtianum, qui ſuo inſidiatur uicino, qui quotidie nititur fines alienos arrodere, fructus inuadere, animalia deuorare, & quod eſt familiare huic tempori, non iam uulpium more pullos, ſed luporum more rapere porcos, qui dum ſuo labore poſſit ſe iuuare, ferarum rabie prædam captat alienam. Hæreticos etiā omnes arbitror uulpibus comparandos, qui cùm in domo domini habitare non poſſunt, conuenticula ſibi quædam uel foueas præparant tenebroſas, in quibus pertinaciter latentes inſidiātur eccleſię, ut ſi qua innocens anima fortè pręceſſerit, uelut pullum gallinæ matris abſorbeant.

Vulpes capit, ligatis caudis ignē apponit. Caudæ uulpiū quid ſunt niſi poſteriora hæreticorū? qui prima habēt magna, blanda & deceptoria opera, poſteriora ligata, id eſt, damnata, & in ignē in fine trahentia, ut eorum fructus & acta conſumant, qui ſuis ſeditionibus acquieſcunt. Quid aliud eſt uulpem capere, niſi hæreticos diuinæ legis autoritate deuincere, & ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs, uelut quibuſdam uinculis alligare atq; conſtringere?

Sicut uultures per multa quidē prata, multa etiā amœna et odorata loca circūuolantes, ad tabida & fœculenta loca feruntᷓ: muſcæ quoq; ſalubre ſi quod offendūt, prętereūt, ad ulcera uerò properāt: Sic et inuidi uitę ſplendorē ac rerū bene geſtarū magnitudinē minimè quidē reſpiciūt: manca uerò & fragilia, & ſi quid erratū (ut quādoq; rebus accidit humanis) tantū obſeruāt: hæc diuulgant, & per hanc tantū homines cognoſci uolūt: Quemad. maligni pictores, qui hominis imaginē uel ex cōtorta nare, uel tubere, aut mēbri cuiuſpiā mutilatione natura ſeu caſu inſita corpori effingūt notabileq; reddūt. Iniquū profectò id quod laudabile potiſſimū fuerit, alicuius peioris gratia manifeſti occultare, et uirtutē ex uicinitate uitij (ſi quod fortè reperitᷓ) calūniari. Fortitudinē audaciā potius appellat: modeſtū uerò ſine ſenſu hominem, iuſtum immitem & nimium ſeuerū, prudentem aſtutum, magnificū uaſtum, liberalem ut prodigum taxant, domeſticè frugalem auarum dicunt.

c Deniq; omnis uirtutis ſpecies in uicina uitiorum nomina conuertunt, nuſquam calumnia rebus laudatis deficiente. Quid igitur in accuſatione tantum huius mali finem orationis faciam? Sed hoc medium, parsq; curationis fuerit. Laboráti enim ægro morbi magnitudinem oſtendere, ut dignam mali fugandi curam ſubeat, nõ inutile quidem: ſed hic eum dimittere, nec admodum curandi remedium aliquod oſtendere, nihil aliud fuerit, quàm deſperantẽ, ac in morbo pereuntẽ relinquere.

Sicut in uuluam mulieris primùm ſemẽ iacitur informe, ut ſulcis et fundo eius quaſi quodam glutino adhæreat: deinde per nouem menſes reſtricto ſanguine, futurus homo coagulatur, corporatur, paſcitur atq; diſtinguitur, ut poſtquam in utero palpitarit, ſtatuto tempore fundatur in lucem, & tantis difficultatibus naſcitur, quantis poſtea ne intereat, enutritur: Ita & ſemen ſermonis Chriſti quũ in animum audientis inciderit, per gradus ſuos creſcit, &, ut multa prætercam, tam diu in ancipiti eſt, quàm diu pariat qui concepit.

FINIS.

ERRATA QVAE INTER RELE
gendum occurrerunt, ſic emendato.

Fol. 9. lin. 10. *lege proſpicit.* 25. 38. *ſenſerit.* 54. 46. *Quomodo ciſterna.* 56. 21. *genus* Ibid. 46. *nos pro nõ.* 141. 11. *fit.* 142. 1. *pro pecunias lege pœnas.* Ibid. lin. 31. *cantionẽ.* 151. 14. *inuenis.* 159. 24. *teneritudinem.* 151. 32. *peregrini.* 174. 8. *abiectus.* 185. 40. *infelices.* 192. 20. *laqueus.* 200. 26. *deinde.* 220. 17. *prodeſſe.* 228. 5. *commodorum.* 229. 5. *aſſequatur.* 233. 25. *Sic.* 250. 36. *obſepiunt.* 290. 42. *pertrahat.* 293. 28. *caſtitatis.* ✠.



BASILEAE, PER BAL
THASAREM LASIVM,
Mense AVGVSTO, Anno
M. D. XL.









